М. Ю.
ВАРШАВСКІЙ
ГЛАВНЫЙ АРХИВЪ
ДРЕВНИХЪ АКТОВЪ.
Залъ V.
Шкафъ 3. Полка 6
№ 19.

No 1. Maychrowicz.

Rozpoczęciem Dz. Liścego
do Karty 95. nad 17 Lis[illegible]
Odszedłem. —
Pakszwic

W dalszym ciągu zaszłem w obie
dnia 22 Lutego 1843 r. a skończyłem dnia
10 Marca t. r. —
Jakób Szybalski

M
220

A: 1 6

Priuilegium
Gnosorum

Augustus I
Russiæ Prussiæ
Podlachiæ Livon
rius Dux Saxo

Significamus p
& Singulis. Præc
Cohortis Nræ Lori
eum habent resp
bethæ ex Trzecies
rien, Districtu Pil
szowski vacantem
mus et conferrem
campis, Silvis, ne
piscinis, tabernis,
et laboribus, prove
et pertinentijs, it
tenendam, habe
ad extrema Vitæ
perstitis, damus
tentes pro Nobis
Ssmos Succores
et Elisabetham
possessione Pfat
aut alienaturos,
Sed Salvum et in
ros, quod et Ssm
jus advitalitat
rum Regni quot

Actum Cracoviæ in Comitijs
felicis Coronationis S.ae R.ae Mattis.
Feria Tertia post Festum Sancti
Mathæi Apli & Euangelistæ Die
scilicet 24. Mens Septembris, Anno
Domini 1697.

Priuilegium super sortem Villæ Bystrzyca Gnosorum Mroczkow Coniugum.

Augustus II.s Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuæ Russiæ Prussiæ Masoviæ Samogitiæ Kijoviæ Volhyniæ Podoliæ Podlachiæ Livoń Smoleń Severiæ Czerniechoviæq: nec non Hæreditarius Dux Saxoniæ & Princeps Elector: etc:

Significamus prntibus Lris Nris quorum interest Vniversis & Singulis. Præclara Gnosi Vladislai Mroczek Commilitonis Cohortis Nræ Loricatæ merita Nobis et Rei pcæ Nræ præstita eum habent respectum ut eidem ipsiusq; Coniugi Gnosæ Elisabethæ ex Trzeciesz in Villa Bystrzyca in Palatinatu Sandomirien, Districtu Pilsneń iacen Sortem obitu Gnosi Joannis Laszowski vacantem ad dispositionemq; Nram devolutam, daremus et conferremus. Vti quidem cum omnibus agris, pratis, campis, Silvis, nemoribus, pascuis, stagnis, fluvijs, fluminibq, piscinis, tabernis, molendinis ædificijs Subditis, eorumq; censibq, et laboribus, proventibus et emolumentis, cæterisq; attinentijs et pertinentijs, ita prout ab immediato possessore tenebatur, tenendam, habendam, et possidendam ambobus in solidum ad extrema Vitæ ipsorum tempora seu alterius eorum Superstitis, damus et conferimus prntibus Lris Nris. Promittentes pro Nobis et Srmis Successoribus Nris non esse Nos, Ssmos Succcores Nros Ipfatos Gnosos Vladislaum Mroczek et Elisabetham ex Trzeciesz Coniuges ab usu et pacifica possessione Ipfatæ Sortis in Villa Bystrzyca dicta amoturos aut alienaturos, neq; amovendi potestatem cuipiam daturos, Sed Salvum et integrum Jus eis advitalitium conservaturos, quod et Ssmi Successores Nostri præstabunt. Ratione cujus advitalitatis solitam proventuum Quartam ad Thesaurum Regni quotannis Ravam inferre tenebuntur. Juribus

Nris Regalibus Reipcæ Eccleæq; Catholicæ in integro Salvis ma-
nentibus. In quorum fidem præsen manu Nra subscras Sigil:
lo Regni communiri iussimus. Datum Cracoviæ Die XVII.a -
Mensis Septembris. Anno Dni M.DC.XCVII. Rmi vero Nri A.o 1.
Augustus Rex, Locus Sigilli Minoris Cancellæ Rni. Nicolaus
Tomistawski Cracovien, Varsavien Canc.us Sigilli Regni Custos.

Relatio Illrmi et Excellen Dni Caroli
de Czekarzowice Tarlo Procancellarij Rni.

Sortes Villarum Barzczowice & Nawoś dictarú Gnoso Alexandro Wierzchowski conferunt.

Augustus Secundus &. Significamus.

Præclara Gnosi Alexandri Wierzchowski merita Nobis et Reipcæ
in Varijs expeditionibus Singulari prudentia et dexteritate te-
stata eum habent apud Nos respectum, ut aliquod Regiæ Nræ
gratiæ consequatur Solatium. Quare Nos libenter benemeri-
taejus præmiare Volentes Sortes in Barzczowice et Nawoś
dictas in Palatinatu Russiæ Terra vero Leopolien sitas et jacen
post fata Gnosi Andreæ Wierzchowski Fratris sui germani illius
vltimi et immediati Possessoris, dicto Gnoso Alexandro Wierzcho-
wski Commilitoni Cohortis Loricatæ Illris et Magci Stanislai
Jablonowski Castellani Cracovien Supremi Exercituum Regni Du-
cis dandas et conferendas esse duximus; prout quidem prntibus Lris
Nris cum omnibus earundem Sortium, areis, prædijs, ædificijs, -
structuris, agris, pratis, campis, Silvis, borris, gais lacubus, pisci-
nis, fluvijs, fluminibus, molendinis, molendinatoribus, Tabernis,
Subditis, Cmetonibus, eorumq; laboribus, decimis, datijs, tribu-
tis, cunctis deniq; attinentijs et pertinentijs damus et conferi-
mus ad extrema Vitæ suæ tempora. Quas quidem dictas Sor-
tes, ita prout ab immediato possessore tenebant, habebant et pos-
sidebant, tenebit habebit et possidebit. Promittimus autem p
Nobis et Srmis Successoribus Nris Ipsum Gnosum Alexandrú
Wierzchowski Donatarium Nrum non esse Nos et Srmos Succo-
res Nros abusu et pacifica possessione Ipsdictarum Sortium amotu-
ros, neq; amoven aut alienan cuipiam potestatem daturos, Se
salvum et integrum Jus ipsi advitalitiale conservaturos q.d
et Srmi Succores Nri Ipstabunt, Juribus Nris Regalibus Rei-
pcæ, Ecclesiæq; Romanæ Catholicæ in toto Salvis manentibus.

In cujus rei fidem prntes Lrás manu Nra subscriptas, Sigillo Rni communiri jussimus. Datum Cracoviæ Die XVII. Mensis Septembris. Anno Dni 1697. Reg Ao I. Augustus Rex Locus Sigilli Regni Nicolaus Tomistawski Cracovien Varsavien Cancus Sig: Rni Custos.

Relatio ejusdem &.

Pocillatura Posnan Gni Francisco Skalawski

Augustus Secund & Significamus &.

Meritis et Virtutibus Gnosi Francisci Skalawski propense faventes faciendu esse duximus, ut eidem munus Pocillaturæ Posnanien post obitum Gnosi Alberti Butakowski Pocillatoris Posnanien ad dispositionem Nram Regiam devolutum daremus et conferremus, prout quidem damus et conferimus. Vigore quarum prntium Lrarum dictus Gnosus Franciscus Skalawski nominatum Pocillaturæ Posnan munus cu ibus progativis et peminentijs eandem Pocillaturam de Lege et usu concernentibus tenebit, habebit ad extrema vitæ suæ tempora vel majoris alicujus Dignitatis seu Officij assecutionem. Quod omnibus et singulis quorum interest pertim vero Dignitarijs, Officialibus, totiq Nobilitati Palatinatus Posnanie ad notitiam deducentes mandamus; quatenus noatum Gnosum Franciscum Skalawski pro vero et legitimo Pocillatore Posnan habeant et agnoscant ipsig de loco et prerogativis Officio huic de Jure vel consuetudine debitis respondeant et ab alijs quorum interest responderi curent pro gratia Nostra. In cujus rei fidem prntes manu Nra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Cracoviæ Die XVII. Mensis Septembris. Anno Dni M DC. XC. VII. Rni Nri primo. Augustus Rex Locus Sigilli Rni Minoris. Nicolaus Tomistawski Crac: Vars: Cans Sigilli Rni Custos. Quod quidem Privilegium ad Acta prntia & Actum Cracoviæ & 24. Septembris. Ao Dni 1697.

vp.

Munus Venatoriatus Palntus Betzen confertur Gnoso Mauritio Casimiro Glogowski.

Augustus Secund. & Significamus &.

Quod cum Gnosi Mauritij Casimiri in Maurycin et Glogowiec Glogowski Colonelli Exercituum Nrorum ac Reipcæ merita singulariter erga Nos ac Rempcam commendata haberemus eumq ad bene de Nobis et Repca merendum inposterum

vp.

alatriorem reddere vellemus faciendum Nobis esse duximus ut
ipsi Venatoriatum Betzeń post ascensum Gnósi Michaelis in Le
niewo Leniewski ad Castellanatum Lubaczovień illius ultimi
et imediati possessoris daremus et conferremus prout cum oi
bus Juribus, immunitatibus, Progativis de Lege et Consuetudine
huic muneri competentibus damus et conferimus ad extre
ma vitæ illius tempora vel majoris alicujus dignitatis asse
cutionem. Quod omnibus quorum interest præsertim Sena
toribus, Dignitarijs, Officialibus totiq Nobilitati Palatinatus
Betzeń ad notitiam deducen mandamus ut Prnoatum su
prascriptú pro vero et legitimo Venatore Betzeń habeant et a
gnoscant eiq de Loco, Juribus Progativis immunitatibus et
obventionibus respondeant, et ab alis quorum interest re
sponderi curent pro gratia Nra. In cujus rei fidem prntes
manu Nra subscriptas, Sigillo Rni communiri jussimus.
Datum Cracoviæ Die XXIV. Mensis Septembris A: 1697. Rni 1:
Augustus Rex. Locus Sigilli Minoris Rni. Nicolaus Tomi
stawski Cracovien Varsavien Canonicus Sigilli Regni Custos.

Relatio ejus & Illrmi Procan: &

Ensiferatus Palntus Lublinen datur Gnóso Boguslao Pszonka.

Augustus IIdus &. Significamus &.

vp. Cum ad Stabiliendam incliti hujus Regni felicitatem nihil
æquè commodum et opportunum arbitremur ac generosos
civium animos congruis ornare honoribus ut vel currentes
per meritorum Stadia digno gloriæ æstu tanto magis in
cendamus vel iam perfunctos insignibus pro Patria laboribus
debito gaudere præmio faciamus. Ideo commendatam satis
habentes virtutem magnorum capacem ac integram in
Nos et Rempcam propensionem aui tamq prosapiæ claritu
dinem Gnósi Boguslai Pszonka eidemq de ulteriori Virtutis
ac meritorum stimulo providere cupientes Ensiferatum
Lublinen post fata Gnosi Andreæ Suchodolski ultimi et imi
mediati Ensiferi Lublinen vacantem conferendú esse duxi
mus, prout quidem damus et conferimus Prntibus Lris Nris
ad extrema illius Vitæ tempora vel ad majoris dignitatis
sive Officij assecutionem cum omnibus Juribus, prærogativis,

libertatibus, proventibus, quæ ad hoc Offm spectant. Quod omnibus quorum interest, præsertim vero Dignitarijs Officialibus et toti Nob bilitati Palatinatus Lublinen ad notitiam deducentes mandamg ut Gnóatum Gnósum Boguslaum Pszonka pro vero et Legitimo Gne sifero Lublinen habeant et agnoscant atg illi de loco Juribus Progat tivis, Libertatibus, proventibus quæ ad ejus Officium pertinent re spondeant et ab alijs responderi curent. In cujus rei fidem &c Datu Cracoviæ in Comitijs Coronacnis Nræ Die 17. Men Septembris 1697. Regnⁿ 1. Augustus Rex. Locus Sigilli Minoris. Nicolaus Tomistac ovski Cracovien Varsavien Canonicus Sigilli Regni Custos.

Relatio ejusdem S.

Eidem confertur Villa Vtan.

Augustus IIdus S. Significamus. S.

Ad alliciendos conciliandosg Subditorum Nrorum animos, uni- v.g.
cum Principibus restat remedium, ut illos clementiæ et libevalitatis
suæ studijs offerentibus sese prosequantur occasionibus. Quapro-
pter cum eximia per Sex decem Annos militaria merita probatamg
in multis expeditionibus bellicis dexteritatem Gnosi Boguslai Pzon-
ka Vice Palatini Lublinen militantis sub vexillo hastatorum Srm
Antecessoris optime commendatam habeamus rem iusto æquivem
censuimus, ut condignum meritorum ac Virtutum ipsi offeramus
præmium. Vacantibus itag bonis Regalibus nuncupatis Vtan di-
spositioni Nræ subiectis in Palatinatu Lublinen Terra vero Lukov:
ensi post decessum Gnosi Andreæ Suchodolski Ensiferi Lublinen Vt
timi et immediati possessoris facien duximus ut ipsi et coniugi ejus-
legitimæ Gnosæ Theressiæ eadem dicta bona daremus et conferem.
uti quidem cum omnibus his attinentijs ac pertinentijs cum quibus
Pfatus Antecessor ejus tenuit damus et conferimus ad extrema-
vitæ eorum tempora. Promitten pro Nobis et Srmis Succorib
Nris non esse Nos neg Srmos Succores Nros ab usu et pacifica-
possessione dictorum bonorum Vtan amoturos neg amovendi
cuipiam potestatem daturos, sed salvum et integrum Jus ad-
vitalitiale illis conservaturos, quod et Srmi Successores Nri Pfat
bunt. Ratione tamen ejusdem advitalitatis solita onera ad The-
saurum Reipcæ 7 Eccleæg Catholicæ salvis manentibus. In quorū fide
prntes manu Nra subscriptas, Sigillo Regni communiri iussimus
Datum Cracovie in Comitijs Coronacnis Nræ Die XVII. Mensis Febris.
Ao Dni 1697. Rnⁱ Nri 1. Augustus Rex. Locus Sigilli Min Cancell Regni.
7 consveto tempore teferre tenebuntur. Juribg Nris Regalibg Reipcæ 7.

A°. 1697.

Nicolaus Tomistawski Cracoù Varsaù Can'cus, Sigilli Regni Custos.

Actum Cracoviæ Feriâ Quintâ post
Festum S. Mathæi Ap'li et Evangelistæ
proximâ Die scilt 26. Men Septemb A.D. 1697.

Pincernatus Visneń Gnóso Danowski

Augustus IIdus &. Significamus &. Oblatum eè &.

v.p. Postulatum est apud Nos ut Gnóso Vladislao Danowski Gladifero Laticzovień Pincernatum Visneń ad dispoónem Nrám Regiam devenientem daremus et conferremus. Nos itaq; considerando et respiciendo ejus merita, prout in campo Electorali circa stabilitaté Majestatis Nrœ à parte Scissa et rebelli Ppém de Conti in Thronum promovente enormiter vulneratus et vix non occisus evaginatis frameis extiterat, eundem Pincernatum Terræ Visneń post fata Gnosi Nicolai Mocarski Pincernæ Terræ Visneń Gnoáto Gnóso Vladislao Danowski ad Vitæ ipsius tempora damus et conferimus. Notumq; facimus ut Vniversi et Singuli Nobiles illum pro vero et Legitimo Pincerna Visneń habeant et agnoscant locumq ei dem dignitati competentem in Comitiolis dent et ꝑbeant. Si vero pro aliqua alia persona ob errorem hujus Pincernatus Privilegium emanaverit tale cassamus. In quorum fidem manum Nrám apponimus et Sigillo Rni communiri jussimus. Datum Cracoviæ post felicè Coronationem Nrám 1697. Anno XVI. Mensis Septembris Rni vero Nri D°. I. Augustus Rex Locus Sigilli Minoris Cancellariâ Regni. Nicol's Tomistawski Cracovien's, Varsavien's Canonicus Sigilli Regni Custos.

Dapiferatus Palñtus Cracoù Gñ Mscislao Ozarowski

Augustus IIdus. & Significamus. &.

v.p. Cum publicos præmiorum fructus dignitatumq; ac honorum accessiones non nisi meritissimis in hac Rep'ca Civibus largiri et deferre soleamus ac inter eos potissimum Viros quos aucta Virtus generis claritudo et præstantes animi corporisq; dotes commendant postremo haud loco ponamus. Equidem non gravatim faciendum èe duximus, quin commendatissimas Gnósi Mscisłai Ozarowski Virtutes; quibus majorum Suorum meritis generosissime respondet et cum maximo vitæ fortunarumq; suarũ

dispendio alacri semper et indefesso studio Vniversæ Rei-
publicæ præstitit habentes quo ulteriorem gratiæ Nræ testifica-
tionem in subsequens tempus contestemur, et ad similia ipsam
da alliciamus eidem Dapiferatum Cracovien̄ post mortem
Gnosi olim Nicolai Xigski ultimi et immediati illius posses-
soris ad Nos et dispositionem Nrām Regiam devolutt da-
remus et conferremus prout quidem damus et conferim
præsentibus Literis Nris cum omnibus Iuribus Privilegijs
prærogatìvis et obventionibus ad hocce Offm̄ ex Legū præ-
scripto et recepto usu spectan̄ peripsum teneń habeń et possi-
deń ad extrema Vitæ suæ tempora vel majoris alicujus di-
gnitatis seu Officij assecutionem. Quod omnibus quorū inn-
est ipsertim vero Dignitarijs et Officialibus atq; universæ
Nobilitati Palatinatus Cracovien̄ ad notitiam deducen̄ mam
damus. Vt eundem Gnosum Mscislaum Ozarowski pro
Vero et legitimo Dapifero Cracovien̄ habeant et agnoscant ei-
dem de loco Iuribus, Privilegijs, prærogativis et obventionibus
ad hocce Officium de Iure et Vsu spectan̄ respondeant et ab
alijs - responderi curent pro gratia Nra. In cujus rei fi-
dem præsentes manu Nra subscriptas, Sigillo Regni com-
muniri jussimus. Datum Cracoviæ Die 26. Mensis Septem-
bris Anno Dni 1697. Regni Nri Ao 1mo. Augustus Rex Locus
Sigilli Minoris Cancellariæ Regni. Nicolaus Tomistawski
Cracovien̄ Varsavien̄ Canonicus Sigilli Regni Custos.

Villa Wielkow in Terra Sochaczovien̄ sita,
Gn Stanislao Godlewski Regen̄ Canc: Rni confertur.

Augustus Secundus &c. Significamus &c. Oblatum esse &c. &c.
Quia Nos condignum habentes respectum considerabilių
in Rempm meritorum Gnosi Stanislai Godlewski Regentis-
Cancellariæ Regni Captnei Terræ Nuren̄ quæ prima remu-
nerandi contigit occasio in animum Nrum induximus, ut
eidem bona Nra Regalia videlicet Villam Wielkow in Terra
Sochaczovien̄ sitam morte olim Magci Marci Matczynski
Palatini Generalis Terrarum Russiæ Belzen̄ ac Rubiessevien̄
Capitanei ad dispositionem Nram Regiam devolutam darem

mus et conferremus prout quidem damus et conferimus cũ omnibus agris pratis campis, silvis nemoribus pascuis, piscinis, Stagnis, fluvijs fluminibus, molendinis Tabernis, ædificijs Prædijs Subditis, eorumq; laboribus, censibus, dationibq fructibus et emolumentis attinentijs et pertinentijs universis nunc et ab antiquo ad eadem bona spectañ tenebit, habebit et possidebit ad extrema Vitæ suæ tempora. Promittentes pro Nobis et Srmis Succõribus Nris non esse Nos et Srmos Succores Nros quactum Gnosum Capitaneũ Nurẽn ab Vsu et pacifica possessione eorundem bonorum Wielkow amoturos aut alienaturos neq; amovendi aut alienandi potestatem cuipiam daturos, Sed salvum et integrum Jus advitalitium illi omni meliori modo conservaturos. Ratione cujq Advitalitatis prænoatus Gnosus Stanislaus Godlewski Capñeq Nureñ primo possoñis suæ Anno Quadruplicem Sequentibus vero duplicem Proventuum Quartam quotannis ad Thesaurũ Regni stato tempore inferre tenebitur, Juribus Nris Regalibus Reipcæ Ecclæq; Catholicæ Salvis manen. In cujus rei fidem &. Datum Cracoviæ &. 23. Mensis Septembris 1697. Rni A°. 1°. Augustus Rex. Locus Sigilli Majoris Cancell. Reg. Maximilianq de Tęczyn Ossolinski Vexillifer Drohicien et Sigilli Rni Secretarig. Quod quidem Privilegium &. Actum ut supra &.

Pocillatura Betzeñ Gnoso Antonio Stadnicki

vp. Nos Augustus II. &. Significamus &. Oblatum esse &. Illudesse animi Nri Regij Studium ut eos quorum præclara merita fidesq; ac in rebus gerendis probata dexteritas Nobis Reipubcæ perspecta sit gratiæ et munificentiæ Nræ Regiæ argumentis prosequamur. Quocirca eandem Gnoso Antonio Stadnicki Castellanidæ Premisliensi de Nobis et Repca emerito Viro et avita generis clavitudine majorum suorum Splendore conspicuo testari volentes facieñ dusimus ut ipsi Pocillaturã Betzeñ post fata Gnosi Michaelis Tomistawski ultimi et immediati Pocillatoris Betzeñ vacantem daremus et conferremus, prout quidem damus et conferimus Lris prntibus Nris, ad extrema illius Vitæ tempora vel ad majoris dignitatis assecutionem. Quod omnibus quorum interest mandamq,

ut prænominatum Gn̄. Antonium Stadnicki provevo et legitimo Locillatore Bełzeń habeant et agnoscant atq; illi de Jure etc: quæ ad ejus Officium pertinent respondeant et ab alijs responderi cuvent. In quorum fidem &c. Datum Cracoviæ Die XVII. Septembris. Anno 1697. Augustus Rex Locus Sigilli Minoris Cancellariæ Regni &c. Relatio ejusdem &c.

Villæ Głusko et Grochole dantur Gn̄i Joanni Casimiro Brzezinski Succamr̄o Terræ Nurensis.

Augustus II.us Significamus &c.

Quia Nos condignum habentes respectum considerabilium Ex.
in Rempubcam meritorum Gnosi Joannis Casimiri Brzezinski Succamerarij Terræ Nureń quæ prima remunerar contigit occasio in animum Nrum induximus ut eidē bona Nra Regalia videlicet Villas Głusko et Grochole in Terra Sochaczoviensi et Ducatu Masoviæ sitas morte olim Magci Marci Matczynski Palatini Generlis Terrarum Russiæ Betzeń et Rubieszevień Capnei ad dispoonem Nram Regiam devolutas in possessione tamen ejusdem Magci Succamerarij excertis rationibus exntes daremus et conferremus, prout quidem damus et conferimus prntibus Lris Nris. Vigore quarum prætactus Gnosus Joannes Casimirus Brzezinski Succamerarius Nurensis easdem Villas Głusko et Grochole cum omnibus agris, pratis, campis, Silvis, nemoribus, pascuis, piscinis, stagnis fluvijs fluminibus, molendinis, Tabernis, ædificijs, Prædijs Subditis eorumq; laboribus censibus, dationibus, fructibus, emolumentis attinentijs et pertinentijs universis nunc et ab antiquo ad eadem bona Spectan̄ tenebit et possidebit ad extrema vitæ suæ tempora. Promitten̄ pro Nobis et Srmis Succoribus Nris non esse Nos et Srmos Succores Nros Ptactum Gnosum Succamerariū Nurenē ab usu et pacifica possessione eorundem Bonorum Głusko et Grochole amoturos aut alienaturos neq; amovendi aut alienandi potestatem cuipiam daturos; Sed salvum et integrum Jus Advitalitium illi omni meliori modo conservaturos. Ratione cujus advitalitatis Pnōatus Gnōsus Joannes

A:o 1697.

Casimirus Brzezinski Succamerarius Nureń primo post Sessionis suæ Anno Quadruplicem Sequentibus vero Annis duplicem Proventuum Quartam Ravam quot annis ad Thesaur. Regni statuto tempore inferre tenebitur. Iuribꝫ Nris Regalibus Reipcæ Eccleęꝫ Catholicæ salvis manentibꝰ In cujus rei fidem &. Datum Cracoviæ Die 20. Męń Septeń 1697. Regꝫ & Augustus Rex. Locus Sigilli Minoris Cancellᵃ Rńi. Nicolaus Tomistawski frac: Vars: Cancus Sigꝫ Regꝫ Custos.

Venatoriatus Regni Gnoso Stephano Bidzinski Capitaneo Chencinensi.

Augustus II.dus &. Significamus. &.

Ex. Meritis et Virtutibus Gnósi Stephani Bidzinski Capnęi Nri Chencineń propense faventes faciendum esse duximus ut eidem munus Venatoriatus Rńi post ascensum Gnósi Stephani Potocki in Præfecturam Excubiarum Regni vacantis et ad Nrām Regiam dispositionem devolutū daremꝰ et conferremus, uti quidem prntibus Lris Nris damus et conferimus prædictam Venaturam Regni cum omnibus dignitatibus, Eminentijs et prærogativis ad hoc munus de Iure vel consuetudine spectantibus ad extrema Vitæ ipsius tempora aut majoris alicujus Dignitatis seu Officij assecutionem gerendum et obtinendum. Quod ad notitiam omnium quorum interest præsertim vero Dignitariorū et Officialium Regni et quorumvis Subselliorum deduceń mandamus; ut præfatum Gnosum Stephanum Bidzinski Capitaneum Nrum Chencineń pro vero et legmo Venatore Rńi habeant et agnoscant ipsiꝫ de Iuribus, loco, Dignitatibus, Eminentijs Eprogativis, immunitatibus obventionibus ad hoc munus de Iure vel consuetudine pertinentibus respondeant ab alijsꝫ responderi curent pro gratia Nra. In cujus rei fidem præsentt manu Nra subscrás Sigillo Rńi communiri iussimus. Datum Cracovice Die XXVI. Mensis Septembris Aō Dńi 1697. Rńi I. Augustus Rex. Locus Sigilli minoris Nicolꝰ Tomistawski frac: Vars: Cancus. Sig: Regꝫ Custos.

Subdapiferat. Crac: Gnoso Alexandro Grabkowski

Augustus II.dus &. Significamus &.

Id vel maxime amplitudinem Nrâm Regiam concernere vp.
videtur ut præclaros in hac Repca Cives non minus vetusta
generis Nobilitate quam Singularibus in Divos Prædecessores Nros Nosq ipsos, et Rempcam meritis præstantes debitis
adornemus præmijs, quibus provocati alacriores ad exequenda quævis Reipcæ munia et negotia reddeventur. Quos
circa perspectam habentes optime Gnosi Alexandri Grabkowski Viri et aviti generis claritudine et majorum Suorum
Splendore conspicui singularem in Nos fidem integritatem
emeritam Virtutem promptumq et indefessum de Repca merendi Studium prona propensaq voluntate faciendum Nobis
arbitrati sumus, ut eidem munus Subdapiferatus Cracou
post ascensum Gnosi Stanislai Maÿ in Castellanatû Visliciên
daremus et conferremus; prout quidem damus et conferimq
prntibus Lris Nris cum omnibus Juribus, prærogativis, libertatibus proventibus ad hoc Officium spectañ ad extremaillius Vitæ tempora vel ad majoris dignitatis aut Offij
assecutionem. Quod omnibus quorum interest præsertim vero
Dignitarijs Officialibus totiq Nobilitati Palntus Cracovien ad
Notitiam deducen mandamus ut Pnoatum Gnosum Alexandrum Grabkowski pro vero et legitimo Subdapifero Cracoviensi
habeant et agnoscant, atq illi de loco Juribus, prærogativis,
proventibus quæ ad ejus Officium pertinent respondeant
et ab alijs responderi curent. In cujus rei fidem prntes manu
Nra Regia subscriptas Sigillo Rni communiri iussimus. Dat
Cracoviæ in Comitijs Coronationis Nræ Die 25. Men Septemb
Ao Dni 1697. Rni Nri Ao 1. Augustus Rex Locus Sigilli Majoris Cancellæ Rni. Maximilianus de Tęczyn Ossolinski Vexil:
lifer Drohicien et Sigilli Majoris Rni Secretarius.

Villa Chordzieza cum Oppido Sorokomla et Villis Ruda Janow ac alijs confertur Mgcis Firleiom Congibus

Augustus Secundus &. Significamus &.

Quia Nos Villam Nram Chordzieza in Palntu Lublinen et Ter- vj.
ra Lucovien sitt et iacentem cum Oppido Sorokomla Villisq
Ruda, Janow alias Wolka Czarna et Zakempie in Fundis ejus:

A: 1697.

dem Villæ Chordzieza locatis Universisq; et Singulis eorun-
dem Bonorum ædificijs, Campis, agris, Tabernis, molendinis,
pratis Silvis nemoribus, Stagnis piscinis, lacubus, Subdi-
tis, Cmethonibus, hortulanis, Inquilinis, laboribus, dationi-
bus, pensionibus, Censibus Vtilitatibus fructibus proventibus
commodis, obventionibus attinentijsq; et pertinentijs ad ea-
dem bona antiquitus spectantibus nullis penitus exceptis.
post fata olim Gnósi Josephi de Dambrowica Firley ad Nos dispo-
sitionemq; Nrám devolutt Magci Joanni de eadem Dambro-
wica Firley Castellano Sanocensi et Verenæ Angelæ de Wichro-
wice Wichrowska in Solidum Coniugibus legitimis ob Cclara
ejusdem Magci Castellani Sanocen in Srmos Reges Poloniæ
Prædecessores Nros et Rempm merita singulareq; erga Majes-
statem Nrám Regiam Studium Juve advitalitio dandi, con-
cedeń, et conferendú esse duximus prout prntibus damus con-
cedimus et conferimus. Quæ quidem bona ijdem Mgci Fir-
leiowie Castellani Sanocen amboin Solidum Coniuges cum Uni-
versis ipsorum attinentijs et pertinentijs antiquitus ad eadé
bona spectań tenebunt et pssidebunt ad extrema Vitæ suæ
seu alterius eorum superstitis tempora. Promittendo pro
Nobis et Srmis Succoribus Nris non esse Nos præfatos Mgcos
Firleie Castellanos Sanocen Coniuges ab usu et pacifica pss-
ne eorundem bonorum amoturos, neq; amovendi cuipiam
potestatem daturos; Sed salvum et integrú Jus Advitalitiale
in Solidum conservaturos. Ratione cujus advitalitatis du-
plicem quartam iuxta præscriptum Legis publicæ quotan-
nis Ravam inferre tenebuntur. Juribus Mattis Nræ Regiæ
et Reipcæ Ecclæq; Catholicæ salvis semper manentt. In cujus
rei fidem etc: Datum Cracoviæ Die 20. Mensis Septembris
Anno Dñi 1697. Regnl mo. Augustus Rex Locus Sigilli
Minoris Cancellæ Rñi. Nicols Tomistawski Crac: Vats Cancus
Sigilli Regl Custos.

Scruitoratus Nobilis Jacobi Lazinski.

Augustus Secund &. Significamus &.

v.p. Cum Nobilis Jacobus Lazinski Srmórum Antecessorum
Nrórum Joannis Casimiri, Michaelis, et Joannis Tertij Re-

gum Polonicæ actualis Pharmacopola egregiam Artis suæ
in curanda Valetudine Regia per Annos triginta continuo
decurrentes navasset operam totog hoc servitij tempore Sem:
per se fidelem, sedulum, et diligentem in Officio erga Pnpes
suos gessisset: Nobisg per complures Consiliarios et Offles-
Regni propter laudabiles suas virtutes et merita ac con-
sumatam in arte Pharmacopolari experientiam peroptime
commendatus sit faciendum esse duximus, ut ipsum tan-
quam probatæ fidei, activitatis, et non vulgaris in Medicina
peritiæ Virum in eodem Officio Pharmacopolæ Regij retinere-
mus atq in Nrum realem actualemq Pharmacopolam seu
Apothecarium assumeremus et constitueremus, prout quiq
retinemus assumimus et constituimus, circaq actuale Ser-
vitium Nrum cum Officina illius Apothecaria nec non Man-
sionibus omnibus illi adiacentibus inferioris contignationis
Domus Lapideæ in Arce Varsavien penes portam sitæ per-
Srm Nrum Prædecessorem Nrum ipsi pro exponen Officina ac in-
colatu concessis et assignatis conservamus conservarig à Guber-
natoribus Arcis ejusdem Nræ Varsaviensis volumus hisce Lris
Nris. Dantes et concedentes ipsi plenariam potestatem omnibus
Juribus prærogativis, libertatibus et immunitatibus, quibus cæ-
teri Servitores Nri de lege seu Usu recepto utuntur libere gauden
et fruendi, Officinam Apothecariam tam Varsaviæ in Arce Nra
seu Lapidea sua aut alia quavis civili, quam etiam in alijs qui-
busvis civitatibus et locis circa et extra Residentiá Nram apertá
habendi in ea professionem suam practicandi et exercen, Mer-
caturam exercen, merces cujuscung generis divenden omnia
genera potuum propinan aliaq omnia Negotia honesta ad qua-
ritandum Victum peragen abq quarumvis Personarú atq contu-
berniorum civilium impedimento eximentesq ipsum quoad
personam et professionem atq rationem Victus ab omnibus et
singulis Magrtuum et Officiorum civilium Subsellijs et Ju-
risdictionibus in omnibus Causis parvis et magnis / exceptis
fundi et Contractus / Soli tantum Nro et Marschalcorú Nro-
rum Judicio eum incorporando. Demum quoniam Lapideam
suam Varsaviæ penes portam Cracovien sitam magnis Sumpti-
bus noviter restauravit, inhærendo Legibus publicis de com-

flagratis et desertatis sancitt eandem Lapideam illius ab excipieñ quibusvis hospitibus etiam Personis Nrîs Curiensibus, sub tempus Comitiorum, Residentiæ Nrâe et aliorum quorumvis Actuum publicorû eximimus et liberam facimus omninoque exemptam et liberam esse volumus. Permittentes ipsi inata. Privilegium Srmi Prædecessoris Nri quod prntt approbamus, liberum usum mansionum super Portam muratam Civilem Cracovieñ dictam ad quas iam ab antiquo, vigore Specialiû Privilegiorum Regalium ex præfata Lapidea sua introitum exâsis in muro foribus habet existeñ sine ullo Magistratus Civilis impedimento. Quod omnibus quorum interest, præsertim vero Mgcis Marschalcis Nris Regni et Magni Ducatus Lithuæ necñ Hospitiorum Distributoribus, atq; Magistratibus quibusvis Terrîbus et Civilibus notum esse volentes mandamus, ut eundem Nobilem Jacobum Lazinski Apothecarium pro vero et actuali Pharmacopola Servitore Nro habeant et agnoscant circaq; prîs Privilegiû Nrûm ac prærogativas Servitoribus Nris Servientes conservent. In quorum fidem pntt manu Nra subscras Sigillo Rni communiri iussimus. Datum Cracoviæ in Comitijs, Coronationis Nræ Dxvii. Mensis Septembris. Anno Dñi 1697. Rñi Nri 1mo. Augustus Rex Locus Sigilli Minoris Cancellæ Rñi. Nicolaus Tomistawski Cracovieñ Varsavieñ Canonicus Sigilli Rñi Custos.

Relatio ejus& Illrmi Procanctt. Rñi

Actum Cracoviæ Feria Tertia post Festum S. Michaelis Archangeli proxima Die scilt prima Mensis Octobris Anno Domini 1697.

Illrmus Procancellarius Regni cum Mgca Consorte sua obligat Sortes Bonorum Korzarzow.

Augustus Secundus &c Significamus &c.

v.g. Quod coram Nobis et Actis Metrices Regni Cancellæ Minoris personaliter comparentes Illres et Mgci Carolus de Czekarzowice Tarto Rñi Nri Procancellarius et Sophia de Babin Coniuges

Ipse quidem Illris et Magcus Maritus per se, Illris vero et Magca Consors bonorum Mariti sui Domina advitalitialis et Reformatoria condescendendo de omnibus Juribus suis quæ qualia et quanta sibi ad bona infrascripta competunt cũ assistentia personali ac consensu Illris et Magci Mariti, sanimentibus et corporibus exntes a Foro, Terris, Districtibus et Jurisdictione sua quavis propria et competenti recedendo huic autem Nrã Regia Jurisdictioni quo ad Actum prntem attinet se cum Personis et bonis ac posteris suis Subjiciendo, palam, ultro, libere, et per expressum recognoverunt. Quia ipsi Gnoso Paulo Holt ejusq; Succoribus legitimis Sortes bonorum suorum Korzarzow dictorum in Palatinatu Lublinsi iacen cum omnibus eorundem bonorum Prædijs, Curijs, ædificijs, agris, Terris, possessionibus, pratis, campis, pascuis, latifundijs, Silvis, nemoribus, rubetis, apisterijs, lacubus, piscinis, fluviis, Fluminibus, molendinis Tabernis, Subditis, utriusq; sexus eorum laboribus, censibus, dationibus, pensionibus, obedientia, Servitutibus, iuvaminibus, vigilijs, cunctisq; eorundem bonorum fructibus, utilitatibus, reditibus, proventibus ac universa re familiari sive Oeconomica attinentijsq; et pertinentijs quibusvis nihil pro se et suis Succoribus aut alio quopiam reservan, ita latè, et longè, prout se eædem bonorum ptactorũ Sortes in suis Limitibus et graniciebus extendunt et prout eas Illres et Magci Recognoscentes tenuerunt et possederunt, in et pro Summa duodecem Millium Florenũ Poloni catt in argentea Moneta quemlibet Talerum Imperialem Sex Florenis et grossis Viginti Tinfonem vero per Florenum et grossos tres computan realiter sibi numerata ad Spatium et decursũ unius Anni a tempore traditæ iam eorundem bonorum possionis nempè à Festo Nativitatis Sancti Joannis Baptistæ proxime pterito ad simile aliud Festum Sancti Joannis Baptistæ in Mense Junio Anni proximè venturi Millesimi, Sexcentesimi Nonagesimi Octavi computan, vel casu pro tunc eorundem Bonorum non exemptionis ad alterius Subsequen Anni

decursum simili Festo incipiendo et terminañ et sic de An:
no in Annum usq ad realem Summæ suprascriptæ exolutiõe
et deportationem, bonorumq Ipnoátorum prævia tamen de repo:
sitione Summæ duodecem Septimanis ante Anni decursũ
facienda obdestinatione et avisatione exemptionem obliga
runt, inscripserunt et invadiarunt, prout prntibus inscri-
bunt, obligant et invadiant eadem bona cum omni Jure, do,
minio, Vibusfructibus, commodis et emolumentis tenenS,
habeñ et possideñ. Inque quidem bona obligata iam ex
nunc et defacto Intromissionem realem cum actuali pa,
cificaq possessione quandocunq. acceptañ memorato Ipnõso
Paulo Holt dant et admittunt, datamq et admissam non
impedituros necipsum Succõresq illius in quieta ac pacifica
bonorum possessione et usufructu turbaturos, aut quovis mo:
do iudiciàliter et extraiudicialiter inivviaturos imoipsũ
ab omnibus quarumcunq personarum propinquarum et
remotarum cujuscunq sint gradus et conditionis impe,
dimentis iuridicis et extraiuridicis ex re et occasione eo,
rundem bonorum exorituris tueri evincere bonaq ipsa obli,
gata ab Inscriptionibus quibusvis prioribus et posterioribus
debitis, oneribus, tum citationibus quibuscunq importañ
eadem bona afficieñ, Lucris deniq per Lucris, Decretis tum
Processibus Iuris in quocunq Termino et gradu dependeñ et
emundare et eliberare, mundaq et libera toties quoties dus
rante possessione Obligatoria opus fuerit facere et reddere
de bonis suis generaliter omnibus mobilibus et immobilibq
Summisq quibusvis pecuniarijs habitis, et habendis, ijdem
Illres et Magci Recognites cum suis Succoribus sese submit,
tunt et inscribunt. Insuper ipsamet Illris et Mca Consors
Recognis cum consensu et assistentia maritali unâ cum suis
Successoribus promittit, et sese obligat in quantum necesse fuerit
Amicos proximiores ad approbandam prntem Inscriptionem
ad Acta quævis Authentica Rñi adducere Ipnissaq omnia
ubiq Recognites in toto complere tenebuntur sub Vadio

Summæ

Summæ Duodecem Millium Florenorũ Monetæ in Regno Cur-
rentis per se et suos Succôres casu contraventionis Ꝓsenti In-
scriptioni in toto vel in parte ad solveñ succumbeñ. Pro quo
quidem Vadio ac re ipsa Principali pro qua ex præmissis ñ
completa citabuntur in Officio Castreñ Capitaneali Lublin
peremptoriè respondebunt cum recessu. Alias in forma In-
scriptionis Obligatoriæ pleniſſimâ et de Iure perfectiſſimâ.
Quam iidem Recognoscentes manibus suis subscripserunt
Carolus Tarło Procancellarius Regni. Zofia Tarłowa P. K.
Quam quidem Inscriptionem Obligatoriam Nos ratam et
firmam habentes, haberiq; ab omnibus volentes ad Acta prñt
susciſi et ex ejsdem de Verbo ad Verbum descriptam Parti
affectanti authentičè extradi permisimus. In quorũ fidem
prñtt Sigillum Regni est appreſſum Actum ut Supra

Relatio Illmi et Exclmi Dni D.
Caroli de Czekarzowice Tarło
Procancellarij Regni.

Aduentus Sacræ Regiæ Majestatis Varsaviam.

Sereniſſimus et Potentiſſimus Princeps Dñus Dominus
Augustus Secundus Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lith-
uaniæ Ruſsiæ Pruſsiæ etc: Necnon hæreditis Dux Saxoniæ et
Princeps Elector Coronatus Cracoviæ Die Decima Quinta Meñ
Septembris proxime preterito 1697. hodierna Die nempe Do-
minica prima post Epiphaniarum quæ erat dies duodecima
Mensis Januarij. Anni currentis 1698. Regiam suã Varsaviæ
triumphaliter in Comitatu plurimorum Regni et Magni Du-
catus Lithuæ Dignitariorum et Officialium Spiritualium
et Sæcularium tum Nobilitatis ex Palatinatu Masoviæ ad
Actum hunc Solennem excitatæ et congregatæ ingreſsus eſt.

Post ingreſsum itaq; Sacræ Regiæ Mattis
Varsaviam.

A: 1698.

=Varsa=

Actum Feriâ Secundâ ipsâ Octavâ Festi Epiphaniarum, Die Sctt 3tia. Mcń Januarij A: D. 1698.

Ad Relationem Illrmi et Magci Dńi Caroli de Czekarzowice Tarło Procancellarij Regni.

Oblata Privilegij super bona Gnósi Boni del Buono Succóribus Indigenis Rńi carcń Gnósis Matheo Płochocki et Thereßiæ Czosnowska Coniugib9 collati.

Ex. Augustus Secundus Dei gratia Rex Polóe &. Significam9. Quod ad Nos Actag prńtia Metrices Rńi veniens personalt Gnósus Paulus Godlewski obtulit, ad acticandum9 porrexit Privilegium Nrum infrascriptum cujus tenor est ejusmodi. Augustus Secundus Dei Gratia Rex Polonice, Magnus Dux Lithuaniæ Russice Prussiæ etc: Nec non hereditarius Dux Saxoniæ et Sacli Romani Imperij Elector. Significamus prńtibus Lris Nris quorú interest Universis et Singulis. Quod cum Gnósus olim Bonus del Buono Natione Italus, verum per Legem Regni publicam post hac pro Indigena hujus Regni susceptus et declaratus duxta in Matrimonium Gnosa Thereßia Czosnowska avitæ Familiæ Virgine eidem9 advitalitate in omnibus bonis Suis mobilibus et immobilibus, Summis9 pecuniarijs in Regno et Dominijs Nris exńtibus atq Summa Triginta Millium Florenor Polonń modo Simplicis debiti specifice in fornicibus Varsaviæ ad Arcem Nrám Regiam sitt et iacen seu in Summa in prædictis Fornicibus hærente, Contractu Matrimoniali Actis Castren Capitaneatt Varsavien roborato inscripta et asecurata, quæ Advitalitas et superius specificata Summa Decretis binis Tribunalis Rńi Lublin Gfatæ Gnosæ moderna Płochocka est adiudicata/

ntg relicta
post obitum
morte com
mo Voto del
Płochocki
de Nos Aug
liberam
auspicatt
vimus, ins
Authoritate
del Buono
nullum leg
Legibus Rń
Płochocki m
contra hoste
ribus Nris e
publicis Act
recommend
reddere cup
ralitatem Nr
et dictæ Gno
et legitimis
immobilia, q
non totam e
ma, genere e
Nris reperibil
in fornicibus
Arcem Nram
assecuratt m
et Ptensiue
petuo ac ha
Suor Suorum
et conferen
dusimus,

atq relicta prole ipse ex hac Vita deceſserit tum et ipsa proles
post obitum Parentis sui longe superstes existens Vitam cũ
morte commutaverit hanq Gnosam Thereſiam Czosnowska pri:
mo Voto del Buoni Viduam, Secundo nuptu Gnosus Matſæus
Ptochocki in Consortem matrimonialiter coniunxerit. Proin-
de Nos Augustus Rex cum hoc divina favente gratia per
liberam Electionem et post felicem Coronationem Nrám
auspicatt Regnum et ejus Dominia ad gubernandũ accepe-
rimus, insistendo Pallegatis Iurium dispositionibus easque
Authoritate Nra Regia approbando. Quoniam idem olim Gnosus
del Buono nationẽ Aligenigena in hocce Regno et Dominijs Nris
nullum legitimum suum Succeſsorem habet, neq vetantibus
Legibus Rni habere potest: insignia prænoati Gnosi Mathæi-
Ptochocki merita tam in Sago Varijs in Expeditionibus bellicis
contra hostes Srmis olim diuæ memoriæ Regibus Prædeceſso-
ribus Nris et toti Reipcæ, quam in toga sub tempus pacis in
publicis Actibus cunctisq negotijs gloriosè contestata et Pstita
recommendata habentes eumq alacriorem ad similia præstanda
reddere cupientes antequam uberiorem munificentiam et libe-
ralitatem Nram Regiam meritis ejus parem exhibeamus eidq
et dictæ Gnosæ Czosnowska illius moderna Consorti, Verisq
et Legitimis illorum Succoribus ac hæredibus bona omnia, tã
immobilia, quam mobilia, Summasq quasvis pecuniarias nec
non totam et integram Suppellectilem in quacunq materia for-
ma, genere et Specie existeñ atq in Rni Dominijs et Civitatibus
Nris repevibiles et consisteñ nominatim Summas pecuniarias
in fornicibus Lapideis muratis Mercatorialibus Varsaviæ ad
Arcem Nram Regiam sitt et iaceñ inscriptt quovis Suis titulo
assecuratt morte Gnosi olim del Buono ejusq Prolis derelictas
et Pstensiue Fisco Nro Regio obnoxias pleno Iure Fisci Nri per-
petuo ac hæreditario ad habeñ, teneñ, et possideñ levañ ing
Suos Suorumq Succorum beneplacitos usus converteñ dañ
et conferen esse ad præsens sub felici Regni Nri auspicio
duximus, prout defacto damus et conferimus præsen Lris

A: 1698

Nris. Quod omnibus et Singulis quorum interest præsertim Magcis et Gnosis Capitaneis Nris quorumvis Locorum, eorumq; Locatenen Judicijs, Terribus et Officijs Castren ac Magratibus Civitatum Nrarum Regiarum ad notitiam deducen man: damus; ut eosdem Gnosos Ptochockich Coniuges eorumq; Successores circa prnten gratiam Nram totaliter et plenarie conservent et manuteneant, conservarique et manuteneri ab omnibus faciant curentq; ut hoc Jure quanto citius perpetuo potiantur, pro gratia Nra. In quorum fidem presen manu Nra subscras Sigillo Regni communiri mandavimus. Datum Cracoviæ Die Sexta Mensis Novembris Anno Dni 1697. Regni Nri 1. A: Augustus Rex Locus Sigilli Minoris Cancellaria Rnii Joannes Casimirus Odolski Sacræ Regiæ Mtis Secretarius. ~

Quod quidem Privilegium Suprascrum Nos ad Acta prntia suscipi et exijsdem toties quoties opus fuerit Authentice extradi permisimus &

Oblata Intromißion propte corúde Congu

Augustus Secundus & Significamus &.

Ex. Oblatum esse per Gnosum Paulum Godlewski Rescriptu Intromissionis in Lapideas fornices q; muratos Boratynskie dictos ad Arcem Varsavien sitos collatæ ex Actis Castren Captneatis Varsavien emanatum ad Acta Metrices Regni Cancellariæ Nræ Minoris cujus tenor est ejusmodi: Actum in Curia Regia Varsavien Feria Secunda in Crastino Festi Immaculatæ Conceptionis gloriosissimæ Virginis Mariæ Anno Dni 1697. Coram Officio et Actis prntibus Castren Captneálibus Varsavien personaliter comparentes Mnis Regni Gnalis Providus Dominicus Skotkiewicz Authenticus et iuratus atq; Nobles Paulus Godlewski et Andreas Iwanicki palam, ac liberè vecognoverunt. Quia ipsi ex Officiosa requisitione Gnosovu Mathæi in Lipiny Ptochocki et Theresiæ de Obory Czosnowska Conjugu die hodierna in Actu contenta condescenderunt ad Lapideas Fornices q; muratas in Numero Octo Boratynskie dictt hic ad Arcem seu Curiam prntem Varsavien Stæ R: Mtis sitt

ibidem eosdem Requirentes in easdem Lapideas et Fornices nec non in Summas easdem Lapideas atq; fornices afficientes, Vigore Privilegij eisdem Gnōsis Requirentibus Cracoviæ Die Sexta Mensis Novembris, Anno Dñi 1697. per Srmum Dei gratia Augustum Secundum Regem Poloniæ super præmissas Lapideas ac Fornices, Summasq; easdem Lapideas afficientes, tumq; super alias quasvis Summas pecuniarias ac bona mobilia omnia et immobilia morte olim Gnosi Boni del- Buono derelicta ubicunq; locorum existen benigne collati in- tromiserunt investiverunt, nemine impugnante nec modo quovis contradicente. Franciscus Loski Locillator Zakro- czymen Judex et Vicecapreus Varsau. Locus Sigilli Terrestris Varsau Correxit Stanski, Legit Kulikowski.

Thesaurariatus Terræ Zakroczymen Gnōso Adamo Wągrodzki confertur.

Augustus Secundus &. Significamus &.

Oblatas esse ad Acta Metrices Regni Literas Privilegij Nostri Regij super Officium Thesaurariatus Terræ Zakroczymen collat de tenore tali. Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniæ etc: Significamus &. Merentur id eximia Gnosi Adami Wągrodz: ki Ensiferi Terræ Zakroczymen erga Nos Srmosq; Prædeceso: res Nros totamq; Rempcam merita ut eundem gratia Nra amplecti offerente sese occasione cupiamus. Quapropter cum Nobilitas Terræ Zakroczymen Laudo sui Conventus particularis munus et Officium Thesaurariatus Zakroczymen post fata olim Gnosi Brumirski Thesaurarij ejus& Terræ Zakroczymen immediati per Gnosum Samuelem Brochocki qui nullam in eadem Terra Zakroczymen habu: it et in hucusq; Terrestrem prout Jura Rni volunt habet pos: Sessionem indebite obtentum et usurpatum pro vacanti declaratum ad dispositionem Nram devolutum esse pro: ponere. Id circo Nos Legibus Rni publicis ac Laudo supra:

tacto inhærendo faciendum esse duximus ut eidem Munus Thesaurariatus Terræ Zakroczymeń damus et conferimus, prout damus et conferimus præseń Lris Nris. Quem quidem Thesaurariatum Terræ Zakroczymeń cum omnibus Juribus prærogativis, commodis et utilitatibus universis idem Gnosus Adamus Wggrodzki tenebit, habebit ad extrema Vitæ suæ tempora, vel majoris alicujus dignitatis assecutionem. Quod omnibus quorum interest præsertim vero Dignitarijs et Officialibus totiq; Nobilitati Terræ Zakroczymeń notum esse voleń mandamus, ut prædictum Gnosum Adamum Wggrodzki et non Gnosum Brochocki, pro vero et legitimo Thesaurario Zakroczymeń habeant et agnoscant eiq; de loco Juribus, prærogativis, obventionibus universis hoc Officium de Jure et consuetudine concerneń respondeant, responderiq; ab omnibus curent pro gratia Nra. In quorum fidem præseń manu Nra subscras Sigillo Regni communiri iussimus. Datum Varsaviæ Die XVII. Meń Januarij Anno Dñi M.DC.XC.VIII. Reg vero Nri A° 1° Augustus Rex Locus Sigilli Majoris Cancellá Rñi. Maximilianus de Tęczyn Osso: linski Vexillifer Drohicień S.R.M. Scrus. Quod quidem Ginsorum Privilegium Nrum ad Acta Gseń suscipi et ex ijsdem toties quoties opus fuerit describi et extradi permisimus. In quorum fidem &. Datum Varsaviæ Feria Secunda ipso die Festi SS. Fabiani et Sebastiani Martyrum die scilt 20. Meń Januar: 1698.

Donatur Summa 1200. post Gnōsū del Buono, Gnóso Adamo Wągrodzki.

Augustus Secundus &. Significamus &.

s.n. Quia Nos Singularem Gnosi Adami Wggrodzki Thesaurarij Terræ Zakroczymeń meritorum rationem habentes faciendum esse duximus ut eidem post fata Gnósi Boni del Buono Prolisq; ejus Successores in Regno Nro non habeń Summam Mille ducentorú Floreń Poloń bonæ argenteæ in Prussia currentis

monetæ per olim Gnosum Matthiam Gumowski iuxta mem
brananam Obligationem de data Varsaviæ Die trigesima Mẽ
Septembris Anno Domini 1688. ips debitam ad Fiscum dispo
sitionemq; Nrám Regiam devolutam daremus et conferremus,
utiquidem prntibus Lris Nris damus et conferimus. Et qmvis
post eundem Gnosum Bono del Buono bona immobilia, Suppel:
lectilemq; ac paratas pecunias Gnoso Matheo Plochocki et The:
resiæ de Obory Czosnowska Seorsivo Privilegio Nro contulimus,
quia tamen idem Privilegium Nrum nominatim et magis ad
Summam super fornicibus Varsav haventem Suppellecti
lemq; quam ad debita Ipdicti Gnosi del Buono regulatur. -
Idcirco non posse idem suprascrum Privilegium ad debitum
per Gnosum Matthiam Gumowski contractum regulari decla:
ramus, utq; idem debitum et Summam Mille Ducentorum
Florenũ Polonicall bonæ Monetæ in Prussia currenũ Gnosus
Wgrodzki Thesaurarius Zakroczymenẽ, sive Juris via siue
amicabili modo à Gnosis Succosibus Ipmemorati Gnosi Matthiæ
Gumowski vindicet, ac pro se obtineat plenariamipsi facultã:
tem damus prntis Lris Nris. In quorum Ip. Datum Varsaviæ Die
XVII Mensis Januarij. Anno Dni 1698. Augustus Rex. Locus
Sigilli Majoris Cancellæ Regni. Maximilianus de Tęczyn Osso
linski Vexillifer Drohicien S. M. R. Scrus. Actum ut supra.

Ensiferatus Terræ Zakroczymen Gn Kuczborski

Augustus Secundus Ip. Significamus. Ip.

Quia Nos meritorum Gnosi Feliciani Kuczborski abunde vp.
satis erga Srmum Antecessorem Nrum præstitorum memores
quo alacriorem ad altiora Nobis Ipstanda reddamus facien
esse duximus, ut ipsi Ensiferatum Terræ Zakroczymen post
ascensum Gnosi Adami Wgrodzki ad Thesauriatum Ter
ræ Zakroczymen ad dispositionem Nrám devolutum dare
mus et conferremus, prout prntibus damus et conferimus.
Quem quidem Ensiferatum Terræ Zakroczymen idem
Gnosus Kuczborski cum omnibus Juribus prærogativis et

obventionibus idem munus de Legum præscripto et recepto usu concernen̄ tenebit, obibit et illo fungetur ad extrema vitæ suæ tempora vel majoris alicujus dignitatis vel Officij assecutionem. Quod omnibus quorum in̄rest præsertim vero Dignitarijs Officialibus ac toti Nobilitati Terræ Zakroczym̄ notum esse volentes mandamus ut eundem Gnōsum Felicianum Kucborski pro vero et ltimo Ensifero Zakroczymen̄ habeant et agnoscant eidemq; de loco, Juribus, Prerogativis et obventionibus huic muneri servien̄ respondeant ab omnibus responderi curent, pro gratia Nra Regia. In cujus rei fidem prn̄tes S. Datum Varsaviæ 17. Men̄ Januarij A. Dn̄i 1698. Reg A. 1. Augustus Rex Locus Sigilli Majoris Cancellā Rn̄i. Maximilianus de Iczyn Ossolinski Vexillifer Drohicien̄ Sigilli Majoris Rn̄i Secretarius.

Oblata Confirmationis Contractûs in̄r Srmum Ppē Carolū Philippum Palatinū Rheni et Illrem Casimirum Sapicha Palatinum Vilnensem.

Augustus &. Significamus &.

v. L. Oblatas esse ad Acta Metrices Regni Literas Nrās Regias infrascriptas, continentes in se Confirmationem Contractus in̄r Srmum Principem Carolum Philippum Palatinum Rheni ex unâ; et Illrem ac Magcum Casimirum Joannem in Bychow Zastaw et Dambrowna Sapieha Palatinum Vilnen̄ Supremum Exercituum Magni Ducatus Lithuaniæ Ducem, parte ab altera, idq; ratione ducatuum et Bonorum in Magno Ducatu Lithuæ sitorum Juribus Srmi Principis et Filiæ ejus minorennis Elisabethæ Augustæ obnoxiorum initi, sanas, salvas, illæsas, nulliq; Suspicioni obnoxias, manu Nra Regia subscrās et Sigillo Rn̄i communitas. Quarū tenor est talis. Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ etc. Significamus prn̄tibus Lris Nris quorum interest Universis et Singulis.

Relatum esse.

Relatum esse Nobis per certos Consiliarios Nros Latevi Nro
assidentes ac simul Literis Authenticis remonstratum
Quomodo Srmus Princeps Carolus Philippus Comes Pala-
tinus Rheni Srmæ Principissæ Elisabethæ Augustæ Mi-
norennis cum Srma olim Principe Ludovica Carolina Nata
Ducissa Radzivilla Coniuge sua procreatæ Filiæ Pater et Tu-
tor Naturalis seu verius Plenipotentes ejus Contractum
certum cum Illmo Casimiro Joanne in Bychow, Zastaw
et Dambrowna Sapieha Palatino Vilneñ Supremo Exerci-
tuum Duce Magni Ducatus Lithuaniæ Varsaviæ Die trige-
sima Mensis Junij Anno prætevito Millmo Sexcentesimo,
Nonagesimo Septimo, Ratione tutelæ relictorú Ducatuum
et Bonorum in Magno Ducatu Lithúæ sitorum Juribus Cpdi-
cti Srmi Principis et ejus Srmæ Filiæ Elisabethæ Auguste
Minorennis obnoxiorum manibus ambarú Partium et
Amicorum subscriptum, Sigillisq communitum confece-
rint et inter se benevole concluserint. Quo mediante Con-
tractu, prævia assecuratione indemnitatis Bonorum per
Illmum Palatinum Vilneñ in Tutelam acceptorú facta
ut Cpdicta Bona Srmum Principem Carolum Philippum
concernentia, Oeconomi Nobiles possessionati in Regno
Poloniæ et Magno Ducatu Lithúæ ac Officiales juxta
Ordinationes ejusdem Srmi Cpis administrent reditus
ad Aravia inferant, rationem ex ijsdem Srmo reddituri
solo titulo Tutellæ bonorum Illmo Palatino Vilneñ re-
servato, Salvoq juxta Statuta Magni Ducatus Lithúæ
decimo grosso Tutoribus debito pro quo plenaq ejus Satis-
factione Srmus Princeps Carolus Philippus spondet et
assecurat Illmo Palatino Vilneñ Summá Quadraginta
Millium Floreñ Poloñ se exoluturum, prout ea omnia
et plura puncta latius eadem Conventio in se continet
ac obloquitur conventum et compactatum esse. Postula-
tumq à Nobis esse per Dignitarios et Offles Rni et Magni

A: 1698.

Ita ut in eadem instita post quam ab eo extructa fuerit licitum sit ipsi vitra tam Comitiorum quam alijs temporibus absq cujusvis præpeditione vendere et distrahere. Ratione quorum tam fundi, quam Instita nulla onera Civilia tam ipse quam Vxor, Proles et posteri ipsius cuiquam pendere tenebuntur, ad obsequia nihilominus Nobis præstanda erunt adstricti. Quod ad notitiam omnium quorum interest præsertim vero Magistratus Varsauiensis et architecti Nostri nunc et pro tempore existentis deducen' mandamus ut ꝑdictum Iacobum Baptista Seruitorem Nostrum, Coniugem, prolem et posteros ipsorum circa memoratum fundum et instita super ipso integrè conservent et manuteneant, conservariq et manuteneri faciant nec eo nomine difficultatis quidquam facessere præsumant. Prograția nostra. In quorum fidem præsentes manu nostra subscriptas, Sigillo Regni communiri iussimus. Datum Varsauiæ die vigesima quarta Mensis Decembris Anno Domini M. DC. XXXIX. Regnorũ Nrorũ Poloniæ Septimo. Sueciæ vero Octavo, Anno. Vladislaus Rex Locus Sigilli Minoris Cancellariæ Regni. Donatio fundi octo Rubitorum ad mænia Arcis pro extruenda instita vitraria Jacobo Baptistæ Vitrario et Seruitori, DR. Mttis Stan: Skarszewski Subdapifer Sandomirien. Quod quidem supra insertum Privilegium Nostrum donatorium pro Jacobo Baptista emanatt, cujus originale offerens ad se recepit et de recepto Cancellariam Nostram quietavit. Nos ad Acta præsentia suscipi, ijsdem inseri et ingrossari ac rursus ex ijsdem actis de verbo ad verbum descriptt parti afectanti, authenticè extradi permisimus. In quorum fidem &c. Actum Varsauiæ ut supra.

Relatio Illrmi et Excellentmi Dñi Domini Caroli Comitis de Tęczyn et Czekarzowice Tarło Procancellarij Regni.

Oblata Privilegij Baptysty pro instita circa Arcem Varsaviensem.

Augustus Secundus Dei Gratia Rex Poloniæ &. Significamus præsentibus Literis Nostris quorum &c.
interest Universis et Singulis. Quod veniens ad Nos et
acta Metrices Regni Nōbis Valentinus Barski obtulit ad
acticandumq; porrexit Privilegij Confirmationem continen:
tis in se certam donationem particulæ fundi cujus tenor
sequitur estq; ejusmodi. Joannes Casimirus Dei gratia
Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ &. nec non Ruthenorum
Gottorum Vandalorumq; hereditarius Rex. Significamus præ:
sentibus Literis Nostris quorum interest universis & Singulis.
Exhibitas et reproductas coram Nobis esse Literas authenticas
Sigillo Majori Regni communitas Donationem certi fundi
ad mœnia arcis Varsavien̄ iacen̄ pro extruenda institæ vitraria
Egregio Jacobo Baptista Servitori Sacræ Regiæ Majestatis per olim
Primum Regem gratiose collatam in se continentem, sanas
illæsas omnig vitio carentes. Supplicatumq; Nobis ut eas
autheritate Regia approbare et confirmare dignaremur. Ea-
rum vero tenor est talis. Vladislaus Quartus Dei gratia Rex
Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ &. Significamus &c.
Quia Nos obsequiorum Honesti Jacobi Baptistæ Servitoris et Vitra=
rij Nostri quæ in Suppeditandis usui quotidiano et Mensæ Nræ
deservientibus generis varij vitris à multis annis præstat
et hucusq; præstare non desinit, memores quo ad eadem impo-
sterum ob loci propinquitatem celevior efficiatur faciendum
duximus, ut ipsi Coniugi, liberis ac posteris ejus fundi Nostri
ad arcem consisten̄ in longum octo, in latum vero tres Cubitos
à porta Cracoviensi cubitis sex distan̄ pro extruenda institæ
Vitraria daremus et donaremus prout damus et donamus
hisce præsentibus perpetuo et in ævum. Ita ut in eadem in-
stita postquam abeo extructa fuerit licitum sit ipsi Vitra
tam Comitiorum quam alijs temporibus absq; cujusvis præ:
petitione vendere et distrahere. Ratione quorum tam fundi
quam institæ nulla onera Civilia tam ipse, quam uxor, proles,
et posteri ipsius cuiquam pendere tenebuntur, ad obsequia ni:
hilominus Nobis præstanda erunt adstricti. Quod ad notitiam
omnium quorum interest, præsertim vero Magistratus Varsau
et architecti Nri nunc et pro tempore existen̄ deducen̄ mandamus,

A: 1699:

ut prædictum Jacobum Baptista Servitorem Nrum, Coniugem prolem ac posteros ipsorum circa memoratum Fundum et institam super ipso integre conservent et manuteneant conservarig et manuteneri faciant nec eo nomine difficultatis quidpiam facessere præsumant. Pro gratia Nra. In quorum fidem præsentes manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri iussimus. Datum Varsaviæ die XXIV. Mensis Decembris Anno Domini M DCXXXIX Regnorum Nostrorũ Poloniæ Septimo Sueciæ Octavo Anno Vladislaus Rex. Stanislaus Skarszewski Subdapifer Sandomirien Locus Sigilli. Cui quidem porrectæ Supplicationi uti justæ ac æquitati consentaneæ, Nos benigne annuentes præinsertas Literas in omnibus earum concessionibus, immunitatibus punctis clausulis et contentis universis approbandum, confirmandum et ratificandum esse duximus utiquidem inquantum est iuris approbamus, confirmamus et ratificamus præsentibus Literis Nostris. Co nihilominus puncto quantum attinet revenditionem vitrorum in eadem instita illis Verbis superioribus expressam licitum sit ipsi Vitra tam Comitiorum quam alijs temporibus vitra distrahere taliter declarato melioratog. Quod videlicet tam tempore Comitiorum Regni quam alio quovis idq; sub discessum quandog nostrum Varsavia sive id absentibus Nobis Sanguinem Nostrum Regium in Arce Varsaviensi residere sive etiam aliquam personam ex dignitarijs aut Officialibus Regni custodiæ Causa de mandato Nostro eidem arci præesse contigerit, vitra varij generis ibidem licite et sine cujuspiam præpeditione revendere poterit. In quorum fidem præsentes manu nostra subscriptas Sigillo Regni communiri iussimus. Datum Cracoviæ in Comitijs felicis Coronationis nostræ die XX Mensis Januarij Anno Domini M. DC. XL. IX. Regnorum Nrorum Poloniæ & Sueciæ &. Anno. Joannes Casimirus Rex Locus Sigilli Minoris Cancellariæ Regni, Confirmatio Donationis per Primum olim Regem certi fundi ad Mœnia arcis Varsaviensis iacentis pro extruenda instita Vitraria Jacobo Baptista Servitori Regiæ Majestatis. Remigianus de Piaseczno Regens Cancellariæ Regni mpp Quorquidem supra insertum Privilegium Nostrum cum ejus confirmatione

pro Hon̄ Jacobo Baptista emanat cujus Originale idem Offerens denuo ad se recepit et de recepto Cancellariam Nostram quietavit Nos ad acta præsentia suscipi ijsdem inseri et ingrossari et rursus ex ijsdem actis de verbo ad verbum descripti parti affectanti authentice extradi permisimus. In quorum fidem &. Actum ut supra.

Relatio ejusd Illmi Procancellarii &.

Gnosus Winkler et Nobilis Horlemes roborant Contractum.

Augustus Secundus Dei Gratia Rex Poloniæ &.

Significamus præsentibus Litevis Nostris quorum interest Universis et Singulis. Quod coram Nobis et Actis Metrices Regni Cancellariæ Nostræ minoris personaliter comparentes Generosus Joannes Winkler Thesauri Regni et Reipublicæ Quartæ ac Stybernorum Notarius ab una et Nblis Augustinus Horlemus Secretarius Regius Consulantiquus Varsaviæ ab altera parte sani mentibus et corporibus existentes recedendo a foro et Jurisdictione sua quavis propria et competenti huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ quoad duntaxat hunc actum attinet se cum personis, bonis ac posteris suis subijciendo et incorporando palam ultro, libere, et benevole recognoverunt, præsentibusque recognoscunt et quilibet illorum suo pro interesse ac ex propria persona recognoscit. Quia ipsi Contractum polonico idiomate confectum tenoris sequentis. —

Kiedy prowidencia Boska Ktora Oztowiekowi na Swiecie Zyiącemu nie dobrze bydz bez przyiaciela wyroliem swym determinowała po roznych Im̄Pana Iana Winklera Pisarza Kwarcianego y Stybernowego Rzeczypospolitey Koronnego około Stanu swoiego deliberaciach Serce y affekt Jegomći do Jeymći Panny Katarzyny Lubieniechiey godney pamięci JegoMći Pana Jana Lubienieckiego z JeyMćią Panią Anną Orlemusowną JegoMći Pana Augustyna Orlemusa Krolow Johmciow Sekretarza y Radnego Pana Miasta Starey Warszawy

A: 1699.

Corkę teraznieyszą; secundo voto Lubiatowska, spłodzoney, iedyney Coreczki a wnuczki pomienionego Imci Pana Augustyna Orlemesa Bayce Warszawskiego pod opiekę iego a Cunabulis ferme zostaiącey skłonieta, takze y Sgm przez się y przez przyiaciół swoich o przyiazn Imci dozywotnią pilne czynił staranie. Tedy ImP. Storlemes iako Dziad y naypierwszy przyrodzony pomienionej - Jeymci Panny Katarzyny Lubieniechiey Opiekun, uważaiąc zacnosc Starodawney familiey Ichmciow Panow Winklerow z przezacnemi y pierwszemi tak in Imperio iako y tu w Polszcze Domami zcolligowanych, tudzież pensando wysokie qualitates y chwalebne Sprawy, któremi sobie na Sławę y Łaskę u całey Rzeczypospolitey zasługuie Przerzeczonego ImPana Pisarza Kwarcianego Koronnego, maiąc przytym od Jeymci Panney Lubiatowskiey Corki swoiey a Rodzicielki ImPanny Lubieniechiey zupełną moc y na wolą swoią zdanie tak Słownie iako y Listownie deklarowane, a naostatek wyrozumiawszy dostatecznie z samey ImPanny Lubieniechiey wzaiemnych affektow Ku ImPanu Winklerowi inklinacią y na dozywotnią przyiazn zezwolenie. Aby to ku chwale Pana Boga Wszechmogącego było, pomienioną Jey Mć Pannę Wnuczkę swoią in consortium vitae za dozywotniego Przyiaciela temuż ImPanu Winklerowi dać y zaślubić zezwolił. Co zeby się skuteczniey stać y wypełnić mogło, takowy ztymże Imcią Panem Winklerem tak swoim iako y przerzeczoney ImPanny Lubieniechiey Wnuczki swoiey imieniem matura deliberatione umowiet y postanowił Kontrakt antenupcialny. A naprzod stosuiąc się do spolnego namowienia czas Ślubu albo wesela dzien dwudziesty trzeci Miesiąca Marca Ichmć naznaczaią. A potym maiąc na to baczność ImPan Storlemes ze ImP. Pisarz Kwarciany znaczne fortuny swoie tak w dobrach stoiących tu pod Iurisdikcią Miasta Starey Warszawy nabytych iako y ruchomych do Imci Panny Lubienieckiey

z sobą przynosi, y daleko ieszcze większe activitatem Jmći
Ktora in publicis pollet expectant, a do tego y onera Ślubne
in absentia Rodzicielki Jmći Panny młodey sumptu proprio
zastępować musi. Nadto zawdzięczaiąc wysuiadczoną
sobie przez Jmći od Lat pięciu mieszkaiąc w teyze kamieni:
cy humanitatem y dobrego affektu dokumenta uważaiąc
y to ze Jm Pani Lubiatowska nie tylko to coby iey było według
Prawa pro sorte materna po Rodzicielce iey in bonis mo:
bilibus et immobilibus należało, ale daleko więcey tak
w Summach gotowych na pięćdziesiąt Tysięcy Złotych wy:
noszących iako y w Kleynotach y sprzętach roznych od
Jm Pana Rodzica swego wybrała y ta Substancia na kupię:
nie maiętności Ziemskiey Dziedziczney obrocona iest.
Tedy Jmć Orlemes żeby ten związek Jchmciow Młodych
Neosponsorum sublata omni occasione inæqualitatis -
arctioribus z obopolnych affektow cohæreat nexibus z Ścże:
rey y uprzeymey przeciwko Jeymći Pannie Lubieniechiey
iako wnucce y wychowanicy Swoiey miłości, na ktore sobie
Jmć pilnemi y ochotnemi w starości iego przysługami
woli y manudukciey iego obserwancią y wszelką do pięknych
y Stanu Panienskiego godnych obyczaiow applikacią zasłu:
żyła maiąc liberam et absolutam ac independentem bono:
rum suorum in vita sua dispositionem: z tych dobr ktore
częścią à maioribus suis, częścią przy błogosławieństwie
Boskim z pracy swoiey własney nabył, chcąc mieć partici:
pes, pomienioną Jm Pannę Lubieniecką y Jm Pana Pisarza
Kwarcianego przyszłych Decedante Małżonkow onym y
Successorom ich dobra swoie dziedziczne niżey wyrażone to
iest Kamienicę Orlemusowska antiquitus nazwana w
Rynku Warszawskim podle Kamienicy Kocierzewskich ad
præsens Jm Pá Pisarza Kwarcianego dziedziczney ziedney
y Gizynską albo Orlemusowską z drugiey strony stoiącą
całą y zupełną cum Jure Patronatus do Ołtarza Orlemuso:
wskiego w Collegiacie Warszawskiey, także Sortes quas et quales
w kamienicy Gizynskiey podle wyżey wspomnioney Kamienice
Orlemusowskiey leżącey ieśe concernen, Kamienicę Mincerowską

albo Częsci iey partim per Successionem partim Iure quæsito nabyte. Kamienicę Jabskich ex post Goldynowska Ktorą Jm Pan Troszkiewicz Pisarz Konsystorski ná pewneychummie Iure obligatorio trzyma. Spichlerz murowany z gruntem pustym nad Wisłą leżącym. Item Sortes maritales w Dobrach Lwowskich po pierwszey Małżonce swoiey a Rodzicielce Jm Paniey Lubiatowskiey sobie Vigore Plebisciti Civitatis illius należące tak w Mieście iako y za Miastem będące z rolami z Lasem cum omni, Dominio, proprietate, hæreditate et Juribus ad easdem Lapideas et bona Universa eorumq attinentias Servientibus dałe, daruie, y zapisuie niniejszym Kontraktem, y Zapisy Vrzędowne cum sufficientissima Evictione à quibuscunq personis et iuribus prætensis w Xięgach Radzieckich Starey Warszawy pro firmioris iuris et possessionis certitudine na tez dobra zeznać obiecuie co iednak pro exdotatione Jm Panny Lubienieckiey censeri nie ma. Imo plenarium Jus repetendi dotem de Jure competentem Jm Pannie Lubienieckiey præcustoditur. A ze w tey Kamienicy Orlemusowskiey w Ktorey ad præsens mieszka medietas Jm Paniey Lubienieckiey ad præsens Lubiatowskiey materna zostaie et in eadem medietate Sortes paternæ Successorow wyżey rzpomnionego Jm Pana Lubienieckiego concernunt, Submittuie się tenże Jm Pan Orlemus ze pomnieniong Jm Panią Lubieniecką teraźnieyszą Lubiatowską Corką swoią y z Małżonkiem iey do tego przyuiedzie aby części swoich w teyże Kamienicy Ich Mćiom należących in personas Ich Mościow Keosponsorum Inscriptione Officiosa ustąpieli y w lewek prawa uczynieli maximè że przed kilka Lat modo obligatorio in rem et necessitatem Jm Paniey Lubiatowskiey Corki swoiey Summy piętnastu Tysięcy Złotych Polskich od Jm Pana Pisarza Kurcyanego zaciągnął byt y tę Summę Jm Pani Lubiatowska realiter z rąk Jego Mći Pana Augustyna Horlemesa Oyca Swoiego odebrała, prowizią płacić przyobiecała y do tych czas ta Summa piętnascie Tysięcy Złotych Polskich modo debiti przy Jey Mći Paniey Lubiatowskiey zostaie. Więc ieżeliby się Jey Mć Pani Lubiatowska prætextu hæreditatis et Successi:

onis materno do tey Kamienicy trahere chciała y resi:
gnaciey medietatis swoiey nieuczynieła, tedy nie tylko te
pietnascie tysięcy Złotych Polskich Im Panu Pisarzowi Kwar
cianemu y przyszłey Małzonce iego Im Pannie Lubieniè:
ckiey / Ktorych præsenti contractu in casum vindicationis
prætensæ sortis maternæ Neosponsis futuris Im Pan Hor
lemes Cessig czyni / wrocic będzie powinna ale tesz pro
majori Iuris donati całey tey Kamienicy firmitate Im P.
Horlemes na innych wszelkich dobrach pod ten Kontrakt
niepodpadaigcych Im Panu Winklerowi evictionem in ca
sum impetitionis od Imci Paniey Lubiatowskiey y Im Pa
Lubiatowskiego et illorum Successorum zapisuie. Po d-
Ktorg iednak evikcig Summy tak do Ottarza Orlemuso
wskiego iako y do Szpitala reemptionaliter antiquitus
na tey Kamienicy zostaigce trahi niepowinny, yowszem
cum hoc onere płacenia od nich wyderkaffu ac cum Iure
Patronatus Ottarza Orlemusowskiego w Kosciele Kollegia
ckim Swiętego Iana zostaigcego te Kamienice porozdaie.
Na co Im P. Winkler pozwala y pomienione Wyderkauffy
co rocznie de integro płacic obiecuie. Wzaiemnym tez Spo
bem Im Pan Winkler Pisarz Kwarciany wdzięcznym będąc
tego affektu Im Pana Orlemusa nie tylko debitam iako Dzia:
dowi swemu z przyszłą Iey Mcią swoią observantiam præ
stare przyobiecuie, ale tez pomienioną Ieymć swoią przyszłą
małzonkę ad medietatem dobr swoich cuszythich Stoigcych
tu pod Iurisdictig Miasta Starey Warszawy maigcych
iuxta resonantiam Iuris Culmensis przypuszcza. -
Ktory to Kontrakt Strony obiedwie Sobie dotrzymac sub-
damnis Civilibus simplici assertione taxandis obiecuią o Ktore
forum Sobie ex personis et bonis competens naznaczaią re
nunciando quibusvis Iuris beneficijs. Na co dla lepszey Wia
ry rękami się własnymi podpisuią. Działo się w Warsz
szawie Dnia osminastego Miesigca Marca Roku Pańskie
Tysigcnego Szescsetnego Dziewięćdziesigtego Dziewigtego.
Augustinus Orlemus mpria. Jan Winkler Pisarz Kwarciany
y Hibernowy Koronny mpria ante matrimonialem inter se
recognoscentes suo et Inoiæ Catharinæ Lubieniècka ad-

A: 1699.

præsens Gnõsi Ioannis Winkler Consortis iam vero Nõlis Horlemes Neptis nomine mutuo Consensu et spontanea voluntate ab utrinq; ratione rerum et conditionum in suprascripto Contractu antenuptiali expressarum die decima octava Mensis Martij Anno Domini Millesimo Sexcentesimo nonagesimo nono initum, conclusum, determinatum et confectum manibus propris sui recognoscentium subscriptum in omnibus ejusdem contractus punctis, clausulis, articulis, nexibus, ligamentis et conditionibus universis approbant, confirmant et ratificant, eundemq; in toto et in quavis illius parte tenere, compla et adimplere sese recognoscentes et Suos Successores de bonis suis generaliter omnibus et Summis quibusvis pecuniarijs inscribunt et obligant. Idq; sub Damnis Civilibq; simplici assertione taxandis casu contraventionis eidem Contractui in toto seu in quavis minima parte per se et Successores suos ad solvendum irremissibiliter succumbendis. Pro quibus quidem damnis acre ipsa principali in toto uel in minima parte non completa nihilominus complenda ad Officium seu Judicium ex personis suis competens citati existentes in primo Citationis termino tanquam peremptorio comparere et non utendo ullis dilationibus exceptionibus, et quibusvis Iuris beneficijs respondere, iudicatum Judicij illius præcisis omnibus dilationibus, appellationibus motionibus earumq; Prosequutionibus quibq; ad præsens pro se et suis Successoribus abrenunciant ejusque executionem pati, damna succubita totalia non recedendo à Judicijs reponere et nihilominus rei principali pro qua citati fuerint satisfacere tenebuntur, hac sua personali recognitione et Inscriptione ad præmissa mediante Alias in forma Inscriptionis roboratoriæ perfectissima. Quam ijdem recognoscentes manibus suis propris subscripserunt. Augustinus Orlemus mpria. Quam quidem Inscriptionem roboratoriam Nos firmam et ratam habentes habericq; ab omnibus volentes Nos ad Acta prntia suscipi et ex ejsdem de verbo ad verbum deprompt authentice extradi permisimus. In quorum fidem Actum ut supra. Relatio fidem.

Obtulit Priuilegium Broniccki pro, instita circa murum arcis Varsavien consisten

Augustus Secundus Dei Gratia Rex Poloniæ.

Significamus præsentibus Literis Nostris quorum Rx.
interest Vniversis et Singulis. Quod veniens personali
ad Nos et Acta Metrices Regni Cancellariæ Nrè Minoris
Nblis Petrus Staremberk obtulit, ad acticandumq; porrexit
Confirmationem Privilegij cum ejus conservatione Famato
Joanni Baptista Broniecki olim Hon. Jacobi Baptistæ
filio servien super fundo Nostro et penes murum arcis
Varsavien ejus parenti per olim Srnmos Vladislaum
Quartum et Joannem Casimirum Reges Poloniæ Præ-
decessores Nostros donatt, cujus tenor sequitur, Micha:
el Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuæ &. Signi:
ficamus præsentibus &. Quod cum Fam Joanni Bapti:
sta Broniecki actualis et salaviati Servitoris vitrarij
Serenissimi Joannis Casimiri Prædecessoris Nostri cha:
rissimi fidem et industriam commendatam habeamus
faciendum duximus ut eum in Servitorem itidem ac fa-
rem Nostrum Curiæq Nostræ susciperemus et assumerem
præsentibus Literis Nostris, plenariam illi facultatem dantes
et concedentes omnibus et Singulis Juribus, privilegijs, præ:
rogativis et immunitatibus Servitores et factores Nostros
de Jure et consuetudine concernentibus utendi, et fru-
endi, tabulam seu Signum quisvis artificij sui cum
super inscriptione tituli Nostri Regij tam sub præsentia
quam absentia Nostra Varsaviæ publicè exponendi Mer
ces vitrarias invehendi et divendendi absq contributi:
onibus quibusvis privatis, laudatis, et in posterum lau:
dandis, publicis nihilominus contributionibus exceptis
tum etiam a Jurisdictione quorumvis Magistratuum
eundem eximimus liberumq et absolutum facimus et
declaramus, Nostræ vero aut Magcorum Regni Curiæ
Nostræ Marschalcorum iurisdictioni immediate subjicimus.

A: 1699.

Ac ut eo majorem erga se Nostram experiatur gratiam eundem circa fundum Nostrum et pacificam ejusdem possessionem penes arcem consistẽ in longum Octo in latũ vero tres cubitos a porta Cracovien cubitis sex distañ et circa institam Vitrariam in eodem fundo à Fam Jacobo Baptista Parente ipsius extructi eidem per speciales Privilegij Literas a Srnmo olim Vladislao IV. Prædecessore Nro de Data Varsaviæ Die Vigesima quarta Mensis Decembris Anne Domini M.DC.XXX.IX. datam et donatt à Srnmo vero Joanne Casimiro de Data Cracoviæ in Comitijs felicis Coronationis Suæ die Vigesima Mensis Januarij Anno Domini M.DCXL.IX. confirmatt conservamus et relinquimus. In qua Instita liberum ipsi, uxoriq, proli ac posteris ipsius sine pensione ullorum onerum Civilium est et in perpetuum erit, vitra tam Comitiorum quam alijs temporibus absq cujusquam præpeditione vendere et distrahere. Quod omnibus quorum interest præsertim vero Magrtui Civitatis Nræ Antiquæ Varsaviæ alijsq quibusvis notum esse volumus mandamusq ut præfatum Fam Joannem Baptistam Broniecki pro Servitore et Factore Nostro habeant et agnoscant omnibusq Libertatibus ac prærogativis quæ Servitoribus Nostris de Jure et consuetudine competunt libere frui et gaudere patiantur, prograția Nra In cujus rei fidem prntes manu Nra subscripsimus et Sigillo Regni communiri jussimus. Datæ Vars Die XXVIII Mensis Junij. Anno Domini M.DC.LXX Regni Nri 1. anno. Michael Rex. Locus Sigilli Minoris Cancellaria Regni pensilis. Confirmatio Servitoratus Fam Joanni Baptistæ Broniecki Vitrario S.R.Mtis. Quod quidem Privilegium cum ejus Confirmatione pro Fam Joanne Baptista Broniecki emanatt cujus originale idem offerens ad se recepit et de recepto Cancellariam Nostram quietavit. Nos ad Acta præsentia suscipi ijsdem inseri et ingrossari, et ex ejsdem Actis de verbo ad Verbum descriptt parti affectanti authentice extradi permisimus. In quorum fidem &. Actum ut supra.

Relatio ejusdem Mtrmi
Procancellarij Regni.

Oblata Privilegij intuitu institæ pro Bochenkowicz.

Augustus Secundus Dei Gratia Rex Poloniæ &. &.

Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest Universis et Singulis. Quod veniens personaliter ad Nos et Acta Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Minoris Nlis Valentinus Barski obtulit ad acticandum et porrexit Privilegium cum ejus Confirmatione ac conservatione circa anteriora Privilegia Srnmorum olim Prædecessorum Nostrorum Vladislai IV. Joannis Casimiri, Michaelis Regum Poloniæ per Srnmum olim Joannem Tertium Regem Poloniæ Nobilibus Alberto Bochenkowicz Consuli Antiquæ Varsaviæ Secretario Nro et Cristina Gromadzka Conjugibus super instita penes murum arcis Nostræ Regiæ Varsavien consisten benigne collatt et emanatt, cujus tenor sequitur et est talis. Joannes Tertius Dei Gratia Rex Poloniæ &. Significamus &. Quod quemadmodum Srnmus olim diuæ memoriæ Vladislaus Quartus antecessor Noster ob singularem respectum meritorum Fam Joannis Baptistæ Servitoris sui eidem, Uxori, proli ac posteris ips pro erigenda instita fundi antecarcem Varsavien consisten, in longum octo in latum vero tres Cubitos à Porta Cracoviensi sex cubitis distan dederat et donaverat, et eundem cum uxore ac posteris ipsius circa ejusmodi donationem Srnmus olim Joannes Casimirus Rex antecessor noster Literis suis conservaverat, ipso vero vitâ functo Fam olim Joannem Broniecki filium ipsius intuitu meritorum Nos in Comitijs felicis Coronationis Nostræ adhærendo Privilegio Conservationis Srnmi Michaelis Regis Poloniæ circa possessionem præfatæ institæ et fundi conservaveramus. Ita cum prædictus olim Fam Joannes Broniecki bene de Nobis et Srnmis Antecessoribus meritus præsenio et defectibus suis in gravem et diuturnum incidisset morbum, in eog plurima debita et onera a diversis personis et præsertim à Spectabili Alberto Bochenkowicz

A: 1699.

Consule et Mercatore afine suo supereandem institam
contraxisset eidemq et Cristine Coniugi ac eorum Suc-
cessoribus in exolutionem onerum institam præfatam
in possessionem realem sub ratihabitione Nostra Regia
tradidisset faciendum duximus, ut tam ob respectum
meritorum præfati olim Fañ Joannis Broniecki quam
ob singularem prædicti Spblis Alberti Bochenkowicz in
tractandis negotijs et subministrandis varijs ad usum
aulæ Nostræ mercibus dexteritatem, circa eandem insti-
tam et fundum præfatos Spötes Albértum Bochenkowicz
et Christinam Coniuges tanquam proximiores et ejusdem
olim Fañ Broniècki Successores conservamus, uti quidem
inhærendo Privilegijs nedum eidem Fañ olim Broniecki
Sed et Successoribus ipsius servieñ ipsos ac posteros ipsorũ
circa pacificam possessionem et usum fructum institæ
ejusmodi et fundi in quo consistit. Supplendo omnes
defectus iuris conservamus. Alias si ex aliqua ratione
iuris, instita eadem una cum fundo in quo consistit
dispositioni Nræ est obnoxia, eandem cum præfato fun-
do memoratis Spectabilibus Alberto Bochenkowicz et
Christinæ Coniugibus ipsorumq Successoribus ex liberali-
tate Nostra Regia damus et conferimus, ita ut in eam
instita ipsis, liberis ac posteris ipsorum sine pensione
onerum civilium liberum sit quovis tempore et in per-
petuum Merces in quantum Iuris est absq cujuspiam
prepeditione vendere et distrahere harum literarum
Nostrarum vigore. Quas in majorem fidem manu
Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimq
Datum Leopoli die Octava Mensis Januarij Anno
Dñi M.DC.LXXXII: Regni vero Nostri VI°. Anno. Joannes Rex
Locus Sigilli minoris Cancellariæ Regni. Confirmatis
Confirmationis Privilegiorum super institam Varia
in personam Spblium Bochenkowiczow cedendo. Sta-
nislaus Szczuka Pocillator Visnensis. Quod quidem
Privilegium suprascriptum pro Spötibus Bochenkowicio-
wie Coniugibus eorumq Successoribus emanatum, Cujus
Originale idem Offerens ad se denuo recepit et de rece-

pto Cancellariam Nostram quietavit / Nos ad acta præsentia suscipi, ijsdem inseri et ingrossari et ex ijsdem Actis de Verbo ad verbum descripti parti affectanti authentice extradi permisimus. In quorum fidem &. Actum ut supra.

Relatio ejusdem Illrmi Procanz.

Oblata Decreti super instita circa murum arcis Varsavien pro Nobili Bochenkowicz super Inosis Boratyniowie.

Augustus Secundus Dei gratia Rex Polon &.

Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest Universis et Singulis. Quod veniens personaliter ad Nos et Acta Metrices Regni Cancellariæ Nostræ minoris Nobilis Valentinus Barski obtulit ad acticandum porrexit Decretum Nostri - de Actu et data Iaworovice in Russia de tenore sequenti.

Joannes Tertius Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ Kiowiæ Volhyniæ Podoliæ Podlachiæ Livoniæ Smolenciæ Severiæ Czerniechoviæq. Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest Universis et Singulis. Citatos fuisse ad Nos et Judicium Nostrum Literis citationis Nostræ Regiæ Spectabilem Albertum Bochenkowicz Consulem et Mercatorem Civitatis Nostræ Antiquæ Varsaviæ ac Christinam coniuges de personis, causa infrascripta, bonisq. illorum generaliter omnibus. - Ad instantiam Inosi Instigatoris Regni ejusq. Delatorum Generosorum Theresiæ de Minsko Opacka olim Generosi Titi Livij Boratyni Secretarij Nostri Consortis Viduæ relictæ, Ludovicæ Generosi Francisci Makowiecki Capitanei Tremboulensis Consortis, Barbaræ innuptæ Filiarum, Casimiri, Sigismundi, Alexandri Francisci cum memorata Ludovica de Minsko Opacka procreatorum filiorum et filiarum Successorum Actorum

x Serenissimi Joannis Tertij Prædecessoris x

idq ideo. Quia illi non metuendo rigorem pœnarum
in Legibus Regni sancitarum ausi sunt et temere
præsumpserunt in fundo delatorum proprio olim
Gnóso Titio Livio Boratini per Privilegium Iure hæ:
reditario à Srnmo pie memoriæ Ioanne Casimiro
Rege antecessore Nostro benigne dato et per Constituti:
ones Regni approbato Varsaviæ Institam extruere
prout defacto inscijs delatoribus extruxerunt, ne-
scitur quo Iure ædificarunt fundum ademerunt per
quod pœnas Legum Regni succubuerunt ad videndum
scilicet et audiendum ad restitutionem et deoccupa:
tionem memorati fundi delatorum proprij Censuum
ex eodem fundo provenientium per tot annos detento:
rum exolutionem et persolutionem damnorumq et
Litis expensarum refusionem per Iudicium Nostrum
stringi et compelli, Privilegium quod ad male narra:
ta Cancellariæ Nostræ intercessit reponibile esse adin:
veniri, illudq tolli cassari et annihilari. Nihilominus
præcavendo ne pendente Lite institas alias in eodem
fundo extruere præsumant illis sub pœnis inhibemq
Citatione ipsa originali latiùs præmissa obloquente. In
termino itaq hodierno ex eadem Citatione Nostra Regia
legitime ad præsens proveniente et hucusq continuato.
Partibus supranominatis Citata scilicet Spectabilis
Alberto Bochenkowicz Consule Civitatis antiquæ Var:
saviæ et Christina Coniugibus per Nobilem Ioannem
Satkowski Plenipotentem Suum coram Nobis et Iudicio
Nostro comparente, terminum eundem attentante. -
Actorea vero videlicet Gnóso Instigatore Regni ejusq
Delatoribus Gnósis Theressia de Minsko Opacka olim
Gnósi Titij Livij Boratyni Secretarij Nostri Consorte
Vidua derelicta, tum Successoribus illius voce Nnris
Terrarum Regni Generalis Nblis Alexandri Borkoski
ter et ultra solitam Iuris formam quatuor vicibus ac-

clamatis non tamen per se nec per suum quemvis legi:
timum plenipotentem pro termino suprascripto sese
sisteń imo se contumaces præbeń. NOS cum Consilia-
rijs et iurisperitis Nris audita Ministerialis præfati rela-
tione de acclamatione suprascriptorum Delatorum
ad Nos et Judicium nostrum facta in contumaciam
illorum ad legitimam vero eam q3 iuridicam sitatorum
instantiam et affectationem sæpefatos Actores in eva-
sione citationis et Causæ istius condemnari permisimꝰ.
Et in vim evasionis inhæreńdo Privilegijs Srńmorum
Prædecessorum Nostrorum Regum Poloniæ infranomi-
natis. Et in primis Vladislai IV. de Data Varsaviæ die
Vigesima Quarta Mensis Decembris, quo idem Srńmus
Rex Hoń Jacobo Baptistæ Servitori et Vitrario suo, Consor-
tiq liberis ac posteris illius fundum in longum octo in
latum vero tres Cubitos continentem a porta Cracovień
Sex cubitis distantem ad Arcem hic Varsaviæ consisteń
pro extruenda instita dedit et donavit perpetuo et in ævo
præfatusq Hoń Baptista vigore Privilegij in eodem fun-
do institam ad divendenda vasa vitrea extruxit. Et
insuper à Srńmo Joanne Casimiro sub data Cracoviæ
in Comitijs felicis Coronationis die Vigesima Mensis
Januarij Anno Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo
Nono. Confirmationem seu præfati Privilegij Vladislaviani
perpetuæ prædicti fundi donationis obtinuit atq in ejus-
dem fundi et institæ per se in illo extructæ tam ad bellum
Sueticum, quam post eliberatam de manibus Suecorum
Varsaviam in pacifica possessione permansit. Morte
vero Supradicti Jacobi Baptistæ cum idem fundus una
cum instita in illo extructa in filium illius Joannem
Baptistam Broniecki itidem Vitrarium Srńmi Michae
lis Regis Iure naturalis ac hæreditariæ Successionis
devolutus fuerit Srńmus Michael itidem dicto
Joanni Baptistæ Broniecki Servitori et Vitrario Suo
atq pro Consorte liberisq ac Successoribus illius prærecen-
sita Srńmi Vladislai Quarti et Joannis Casimiri Privi-

A: 1699.

legia seorsiuo diplomate sub data Varsavia die vigesi-
ma Octava Mensis Junÿ Anno Millesimo Sexcentmo
Septuagesimo confirmavit. Tum demum Nos habita
ratione quod predictus olim Joannes Baptista Bro-
niecki privigna sua Christina Bochenkowiczowa
notabili debito oberatus existens eidem et marito
illius Spectabili Alberto Bochenkowicz medietatem
suam virilem præfati fundi et instita tanquam bo-
norum suorum hæreditariorum in solutum tradidelit.
Altera vero pars ejusdem fundi et instita post olim
Broniecka ad Honor. Bochenkowiczowa matrem
Jure Successionis devoluta fuerit, eosdem Spbles Albertum
Bochenkowicz Consulem antiquæ Varsaviæ et Christinam
Coniuges uti olim Joannis Baptista Broniecki affines et
consortis illius matris vero Spblis Bochenkowiczowa
Successores circa dictum fundum et institam cum
eorum liberis et posteris speciali nostro Privilegio sub
data Leopoli die octava Mensis Januarÿ Anno Mille-
simo Sexcentesimo Octuagesimo Secundo conservavimus.
Idèo prænominata Serenissimi Vladislai Quarti Donati-
oni Jure perpetuo olim Joanni Broniecki Patri super
eundem fundum collatæ Regum ac Nostro Privilegio in-
sistentes Jura Gnosi olim Titij Livij Boratyni super eun-
dem fundum extendi nec illius actorum hæreditati
subiacere debere decernimus. Spectabiles vero Bochen-
kowiczow Coniuges circa donationem Primi Vladislai
Quarti supranominati fundi et institam in eo ædifica-
tam cum illius liberis ac posteris conservamus atq ab
incompetenti actione Generosæ Boratynia et liberorum
illius liberos facimus. Et ne idem Generos Actores
per se et Subordinatas personas Spbles Bochenkowicze
Coniuges illorum Successores in pacifica possessione dicti
fundi et institæ quovis tempore interturbari præsumant
sub pœna bonitionis inhibemus, quam casu contra-
ventionis iam exnunc super Actoribus decernimus,

Ministerialem Regni Generalem ad publicandum ad-
dimus et terminum publicandæ toties quoties contra-
ventio attentabitur coram Judicijs Nostris partibus
in duabus Septimanis a die contraventionis computan-
tando sine ulla Adcitatione conservamus peremptoria
Decreto præsenti ad præmissa mediante. In cujus rei
fidem præsentibus Sigillum Regni est appressum. -
Actum Javorovia in Russia Sabbatho intra Octavas
Festi Sacratissimi Corporis Christi Domini die scilicet
Septima Mensis Junij Anno Domini Millesimo, Sexcen-
tonagesimo Secundo. Regni Nostri Decimo octavo Anno.
Relatio Illustrissimi et Reverendissimi Domini Domini
Georgij Albrachti Denhoff Dei et Apostolicæ Sedis gratia
Episcopi Præmisliens Abbatia Vitoriensis perpetui Admi-
nistratoris, Supremi Regni Cancellarij. Locus Sigilli Ma-
joris Cancellariæ Regni. Georgius Albrachtus Denhoff Episco-
pus Præmisliens Supremus Regni Cancellarius. Stephan
Hankiewicz Decretorum Actor Regni Notarius. Correxit
Zaidlicz. In Contumaciam inter Spblem Albertum Bo-
chenkowicz et Successores Generosi Jilij Livij Boratyni
Decretum. Quod quidem suprascriptum Decretum pro
Nobilibus Alberto Bochenkowicz Consule Civitatis Antiquæ
Varsaviæ et Christina Gromadzka Conjugibus cujus
originale idem Offerens denuo ad se recepit et de recepto
Cancellariam Nostram quietavit. Nos ad Acta præsentia
suscipi, ijdem inseri et ingrossari et ex eisdem actis
de Verbo ad Verbum descriptam parti affectanti au-
thentice extradi permisimus. In quorum fidem &. Actum &.

Relatio ejusdem Illmi Procancellarii.

Relatio collatæ Intromissionis in bona Falenty

Augustus Secundus Dei Gratia Rex Poloniæ &c. &a.

A 1699.

Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest vniversis et Singulis. Quod veniens personaliter ad Nos et Acta Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Minoris Nobis Casimirus Sokołowski obtulit ad actricandum relationem Intromissionis infrascriptam de tenore tali. Providus Alexander Zakrzęcki Ministerialis Regni Indalis hanc ipse suam fidelem veram fecit relationem. Quia ipse pro Officio suo requisitus existens, habitis secum Nobilibus Andrea Mosakowski et Casimiro Sokołowski majoris testimonij gratia sibi adiunctis Feria Tertia incrastino Festi Sancti Bartholomæi Apostoli die scilicet vigesima quinta Mensis Augusti Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Nonagesimo Nono ad Bona Villæ Falenty et eorum attinentias in Terra Varsaviensi consistentia condescendit ibidemq3 Perillustrem Alexandrum Wytwicki Cantorem Posnanien Scholasticum Luccoriensem et Varsaviensem vigore Insc Liptionis coram Actis Metrices Regni Cancellaria Majoris Feria Quarta incrastino Festi Sancti Ioannis Baptistæ die videlicet Vigesima quinta Mensis Iunij Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Octavo per Magnificam Elisabetham Kryszpinowna Kierszeysteynowna primi voti olim Generosi Albrachti Opacki Succamerarij Terræ Varsaviensis, Secundi autem voti olim Magnifici Dni Palatini Mariæburgensis Consortis relicta Vidua in personam dicti Alexandri Wytwicki factæ in eadem bona Falenty fundos agros Curiam attinentias prout se eadem bona in suis metis et limitibq extendunt adhibitis de Iure circa talia requisitis Solennitatibus, præmissaq omnium si qui sint, Ius et interesse aliquod ad eadem bona habeñ et prætendeñ ter et ultra solitæ Iuris quatuor vicibus Voce Sonora preconica acclamatione intromisit et investivit realemq et actualem eorundem bonorum possessionem ac usumfructum ex officio suo tradidit et contulit, de quo præsentem suam relationem facit, quam manu sua subscripsit.

Alexander Zakrzecki Woźny, Andrzey Mosakowski, Casimirg Skotowski. Quam quidem suprascriptam Relationem Nos ad Acta suscipi, ijsdem inseri et ex ijsdem de verbo ad verbum descriptam parti affectanti extradi permisimus. In quorum fidem &. Actum ut supra. &.

Relatio ejusd Illrmi Procancellarii Rnii.

Secretariatus Nobilis Stephani Maychrowicz.

Augustus IIdus Dei gratia Rex Poloniæ &.

Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest vp.
est Vniversis et Singulis. Quod veniens personaliter ad Nos et Acta Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Minoris Nlis Dominicus Szymanski obtulit, ad acticandumq; porrexit Privilegium Nrum Regium manu Nostra subscriptum et sigillo Regni communitum, sanum, salvum et illæsum omnigq; suspicione vacuum cujus tenor est ejusmodi. Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ Masoviæ Samogitiæ Kiioviæ Volhyniæ Podoliæ Podlachiæ Livoniæ, Smolenscia Severiæ Czerniechoviaq; Nec non Hæreditarius Dux Saxoniæ et Elector. Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest Vniversis et Singulis. Majestatum Regiarum felicitati nullum tam solidum esse fundamentum, magistra rerum edocti experientia arbitramur. Quam dum Principes ad officia aulæ suæ intimioraq; obsequia eos potissimum admovent adhibentq; Viros, quos non tantum singularis ac multorum usu probata dexteritas insignis rerum ac literarum peritia verum etiam constans nec ullis adversæ fortunæ procellis concussa fides, spectataq; in gravissimis negotijs totiq; Reipublicæ probata virtus commendatos faciant. Qua propter cum et Nos Nobilis Stephani Maychrowicz eximias virtutes rerumq; plurimarum experientiam præclaras animi ipsius dotes atq; promptum erga Nos et obsequia Nra studium ac propensionem commendatam

habentes dignum esse iudicavimus, quem gratiæ nostræ Regiæ uberioribus augmentis prosequamur et ad obeunda graviora negotia et Officia nostra admitteremus et constitueremus, prout quidem recipimus et constituimus præsentibus Literis Nostris. Dantes et concedentes ipsi plenariam et omnimodam facultatem omnibus Iuribus, Privilegijs immunitatibus et libertatibus cæteris veris et realibus Secretarijs Nostris de legum præscripto et recepto usu servien̄ libere gauden̄, idemq; munus et Officia Secretarios Nostros concernentes ad extrema vitæ Suæ tempora obeundi, exequendi, et perageñdi. Insuper eximimus Illum a quorumvis Iudiciorum et Officiorum Subsellijs, soli tantum Nostro et Marschalcorum Nostrorum Iudicijs eum incorporamus. Ita ut coram nulla alia Iurisdictione in quibuscunq causis et actionibus tam super Iure quam facto quibuscunq emergen̄ stare comparere, respondere iudicatumq seu aliquam executionem pati teneatur. Quod omnibus quorum interest præsertim vero Magnificis Marschalcis Regni et Magni Ducatus Lithuaniæ tum et Magnificis Thesaurarijs Regni et aulæ Nostræ Magnq Ducatus Lithuaniæ ac deniq Cæteris Officialibus notum esse volentes mandamus, ut præno-minatum Nobilem Stephanum Maychrowicz pro vero et actuali Secretario Nostro habeant et agnoscant eumq; omnibus Iuribus prærogativis libertatibus, immunitatibq et exemptionibus cæteros Nostros veros Secretarios actuales concernen̄ ips hoc præsenti Privilegio Nostro concessis gaudere et frui permittant. Pro gratia Nostra et Officiorum Suorum debito. Datum Cracoviæ sub tempus felicis Coronationis Nræ die decima nona Mensis Octobris. Anno Dñi M. DC. XC. VII.o Regni vero Nri 1mo Anno. Augustus Rex. Locus Sigilli Minoris Cancellariæ Regni. Secretariatus Noti Stephano Maychrowicz confertur. Nicolaus Tomistawski Cracovien. Cancus Sigl Dñi Custos. Quod quidem suprascriptum Privilegium ad Acta Nostra porrectum / cujus originale idem Offerens denuo ad se recepit et de recepto Cancellariam Nostram quietavit / Nos ad Acta præsentia suscipi, eumq; in numerum realium et actualium Scriorum Nror recipiendum

ijdem inseri, depromptum a... misimus. In gu...

Oblata ... nere in abs... Ra...

Augustus ... Significam... interest vnive... trices Regni Ca... frascriptas qua... Secundus Dei gr... nia Russiæ, Prus... Significamus pra... Vniversis et Sin... curanda valetu... Singulari quo h... absentiam Nos... perspicere ac pro... rendissimum in... Cardinalem ... Primatem Regn... ex Senatus Cons... gnificorum Mi... dis absentiâ No... dum esse censu... namus, pruden... tes quatenus cu... rerum sub abse... præscitu tamen... vite, legitime, te... ac diligenter att... patiatur. Quod

ijsdem inseri, ingrossari, et ex ijsdem de verbo ad Verbum
depromptum authenticè parti affectanti extradi per
misimus. In quorum fidem &. Actum ut supra &.

Relatio ejusd Illmi Procancellarij Rni.

Oblata Diplomatis pro obeundo mu-
nere in absentia Reg: Mtis Illustrmo
Radzicionvski Cardinali.

Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniæ &.

Significamus præsentibus Literis Nostris quorum vsp.
interest vniversis et singulis. Oblatas esse ad Acta Me:
trices Regni Cancellariæ Nostræ Minoris Literas in-
frascriptas quarum tenor sequitur ejusmodi. Augustus
Secundus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithua-
niæ Russiæ, Prussiæ, Masoviæ Samogitiæ Kiioviæ Volhyniæ &.
Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest
Vniversis et Singulis. Quia Nos occasione et necessitate
curandæ valetudinis extra Regnum proficiscentes de
singulari quo hanc in Patriam ferimur amore, ne sub
absentiam Nostram orba velut ac derelicta videatur.
perspicere ac providere cupientes. Illustrissimum et Reve
rendissimum in Christo Patrem Dominum Michaelem
Cardinalem Radzieiowski Archiepiscopum Gnesnensem
Primatem Regni Poloniæ et Magni Ducatus Lithuaniæ
ex Senatus Consilio cum assistentia Illustrium et Ma-
gnificorum Ministrorum Status et belli Ducum supple-
dis absentiæ Nostræ vicibus relinquendum et destinan-
dum esse censuimus uti quidem relinquimus ac desti-
namus, prudentiam, fidem ac pietatem illius, obligan-
tes quatenus cum prænominata assistentia cunctarum
rerum sub absentiam Nostram intervenientium cum
præscitu tamen Nostro quantum fieri poterit moderamen
rite, legitime, teneat, expediat, atq exequatur, sedulo
ac diligenter attendat nequid piam detrimenti Respca
patiatur. Quod intimæ curæ ac sollicitudini ipsius

committentes optimos à Domino DEO eidem precamur successus. In majus vero præmissorum robur ac fidem præsentes manu nostra subscriptas Sigillo Regni et Magni Ducatus Lithuania communiri iussimus. Datum Varsavia die vigesima quinta Men Augusti Anno Domini M.DCXC.IX. Regni vero Nostri Anno IIo: Augustus Rex. Locus Sigilli Majoris Cancellaria Regni. Venceslaus Franciscus Irzcinski Pincerna Ravensis S.R.M.tis Secretarius. Locus Sigilli Magni Ducatus. Lithuania Majoris. Diploma pro obeundo munere sub absentiam Regiam. Cancellariatu Celsissimi Caroli Stanislai Radziwił Ducis in Otyka, Nieswiesz, Struck, Kopyt et Kleck Sacri Romani Imperij Principis Supremi Cancellarij Magni Ducatus Lithuania Præmislien Czlucsovien Camenecen &. Capitanei. Est in Actis. Quas quidem suprascriptas Litevas ad Acta Nostra porrectas Nos ad Acta præsentia suscipi et inseri permisimus. In quorum fidem &. Actum ut supra.

Relatio ejusd Illrmi Procancellŕ Regni.

Oblata Literarum Reverendi Episcopi Cracovien ad Regiam Majestatem.

Augustus IIus Dei Gratia Rex Poloniæ &.

Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest Universis et Singulis. Oblatas esse ad Acta Metrices Regni Cancellaria Nostra minoris Literas infrascriptas quarum tenor de verbo ad verbum talis. Serenissime et Potentissime Rex Domine Domine Clementissime. Ingentibus Regni bonig publici curis maxime intendentem Majestatem vestram nequaquam privatis literis interpellare auderem nisi cultus Divini propagandi ratio et Ecclesia Collegiata Sandomiriensis post Cathedralem in hac Diœcesi prima injuria, quæ inter mala publica censeri debet, non compelleret Privilegium speciale olim Ioannis Casimiri Regis Poloniæ Prædecessoris Majestatis Vestræ continens in se

dismembration

dismembrationem trecentorum florenorum ex proven:
tibus unicis Villulæ, a Custodia dignitate Capituli San:
domiriensis avulsæ et trium partium ex proventibus
Canonicatus fundi Turbia, quarta parte canonico re:
licta inter Prælatos et Canonicos Capituli Ecclesiæ Colle:
giatæ Sandomiriensis residentes faciend Sub Anno 1659.
singulari bonitate regia Capitulo Sandomiriensi con:
cessum et per Decretum Definitivum Reverendissimi
olim Andreæ Trzebicki Antecessoris mei consentienti:
bus Custode et Canonico protunc existentibus iudicialiter
approbatum iam in Dataria Romana beneplacito super
hoc apostolico proximum erat efficaciter suffragante ma:
iestatis vestræ consensu. En ecce unde hæc Causa
paraverat sibi præsidium inde illi accersivit periculum
sinistra interpretatio, quorundam ampliores redi:
tus per illicita media magis, quam quæ Dei sunt quæ:
rentium, qui Speciem præiudicij falsam privilegio-
et Consensui Maiestatis Vestræ prætendunt, ut blan:
dissimè fallant. Nonne ipse Canonicatus fundi turbia
possessor modernus vigore gratiarum à Majestate Vra
mihi concessarum, præsentatus, institutus, et instellatus
esse dignoscitur. Nonne sponte officio iam fecit Submis:
sionem, pariturum se in omnibus prædicto Regio Privile:
gio et Decretis definitivis super eodem Loci ordinarior
eamq per suum mandatarium circa installationem iu:
ramento in animam suam præstito comprobari voluit?
Nunc immemor iuratæ obligationis in contradictione
ore hærere an perire videtur, quod ipsi minimè opta:
verim. Credat fidei meæ Pastorali majestas Vestra nul:
lum omnino vestigium præiudicij esse in Regio Privilegio
et Consensu Majestatis Vestræ, Cum Ius Patronatus Re:
gium et nominatio illæsa et intacta maneant et in per
petuum manebunt, sed speciali gratia Prædecessoris Re:
gis et Ecclesia Collegiata Sandomirien ad pium Suffragiu
pro anima Regis Ioannis Casimiri quotannis annive:
sario exolvend obligata grave paterentur præiudicium si
hoc regium Privilegium intuitu amplius propagandi-
cultus divini concessum revocante datum Consensum Ma:
iestate Vestra impediretur impleri, quod manifestè insinuat

A:o 1699:

illa Privilegij Clausula. Promittimus autem pro Nobis et Srnmis Successoribus Nostris quod hiunc consensum Nostrum non mutabimus, Successores q Nostri non mutabunt, grave præterea subirent præiudicium Leges Regni vetantes quidquam derogare Srnmorum Mttis Vræ Prædecessorum Privilegijs maxime verò non permittit ullam mutationem iuramentum in felicissima Electione et inauguratione superservandis placitis et diplomatibus Srnmorum Prædecessorum à Majestate Nra ordinibus Regni præstitum non permittit, ad extremum Specialis consensus quo Majestas Vra signanter Privilegium hoc approbavit et ratificavit. Interest ergo immortalis gloriæ et Singularis Sapientiæ, clementiæq Majestatis Vræ ut literas quibus diploma suum Majestas Vestra revocaverat, Processumq causa in Dataria Romana tanti per suspenderat alijs Literis consensum Mttis Vræ confirmantibus revocare et quantocius Apostolico potiatur beneplacito hoc Regium Privilegium maximo Regiæ interpositionis momento ad Illmos Cardinales Protectores Regni Poloniæ et Prodatarium Mttis Vræ intervenire dignetur. quod omni quo par est Submissione cum Capitulo Sandomirien exposco Supremus Ecclesiarum author et protector Deus Regiam hanc pietatem et heroicum in augendo Cultu divino zelum, fausto ac diuturno imperio rependet. Apud quem pro gloriosissimis Successibus Mttis Vræ indignus Exorator triumphalem Regis et Domini mei dexteram venerabundus deosculor maneoq SRMttis Dni mei Clementissimi obsequentissimus Capellanus et Servus humillimus Episcopus Cracoviensis Datt Kielcis 21. Julij 1699. Quas quidem Literas seu Epistolam (insertt ad nos scriptam manu olim Rndmi in Chro Patris Episcopi Cracovien subscriptt ex originali fideli de verbo ad Verbum descriptam F parti affectanti authentice extradi permisimus. In quorum fidem &c. Actum Varsaviæ ut supra. &c. Regni vero Nri Anno Tertio.

Relatio ejusdem Illmi et Excellentissimi Dni Caroli Comitis de Tęczyn et Szczekarzowice Tarło, Procancellarij Rnu

F Nos ad Acta prntia suscipi, ijsdem inseri, et ex eis descriptt. F

fol: 80.

Absentia Sacræ Regiæ Majestatis.

Post finita Comitia pacificationis Sacra Regia Majestas Dominus Noster Clementissimus in Ducatum Saxonicum discessit, & inibi per aliquot Menses cõmorabat.

ANNVS DOMINI M.DCC.

Benedicces Coronæ Anni benignitatis tuæ Domine.

Augustus Secundus Dei Gratia Rex Polonia Magnus Dux Lithuania Russia Prussiæ Masoviæ Samogitiæ Kioviæ Volhyniæ Podoliæ Podlachiæ Livoniæ Smolensciæ Severiæ Czerniechoviæq. Nec non Hæreditarius Dux Saxoniæ & Princeps Elector &c &c.

Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest Universis et Singulis. Quod veniens personaliter ad Nos et Acta Metrices Regni Cancellariæ Nostræ majoris Fam Bartholomæus Klomff Sartor et Civis Civitatis Nostræ Utriquæ Varsaviæ obtulit et ad acticandum porrexit Donationem medietatis Lapideæ et fundi Pamfilowski nuncupati Varsaviæ in Platea Piwna dicta inter suas vicinitates consistẽ, per Famatum Joannem Medolim Famatæ Annæ Medowna olim Famati Francisci Pronski Civis Varsavien Consortis fratrem germanum in personam suprascripti Offerentis coram Actis Castrensibus Skarszeviensibus Feria Sexta post Festum Circumcisionis Domini Nostri Jesu Christi proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Nonagesimo Nono recognitam, sanam, salvam et illesam omnig suspicionis nota Carentem cujus tenor sequitur et est talis. Actum in Castro Skarszevien si Feria Sexta post Festum Circumcisionis Domini Nostri Jesu Christi proxima Anno Domini Millesimo, Sexcentesimo, Nonagesimo Nono. Coram Officio et Actis præsentibus Palatinalibus Pome J. Castrensibg

A: 1700.

Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest Universis et Singulis. Quod ad Nos et Acta Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Majoris personaliter veniens Illustris Constantinus Duszki Illustris et Magnifici Stanislai Szczuka Magni Ducatus Lithuaniæ Procancellarij aulicus obtulit et ad acticandum porrexit Literas papiraceas Donationem Oppidi Wierbka dicti cum Villa ejusdem nominis in districtu Laticovien. sitt in se continen. manu Serenissimi Joannis tertij Regis Poloniarum Prædecessoris Nri Subscriptas et Sigillo Regni communitas salvas et illæsas de tenore tali prout sequitur. Joannes Tertius Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ Masoviæ Samogitiæ Kiioviæ Volhyniæ Podoliæ Podlachiæ Livoniæ Smolenscia Severiæ Czerniechoviæq. Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest Universis et Singulis. Præclara Generosi Michaelis de Kozielsko Puzyna Nos Rempublicam merita quæ nobis in quibusvis occasionibus et expeditionibus bellicis dextrè constanter ac fideliter per Complures Annos præstitit et hucusq præstare non desinit, Regio Nostro respectu pensare ad ulteriores quæ eundem benemerendi occasiones allicere cupientes faciendum esse duximus ut ipsi Oppidum Wierbka dictum cum Villa ejusdem Nominis in Districtu Laticzoviensi Palatinatu Podoliæ sitt et iacen. post decessum Dñi olim Cetner Capitanei Nostri Leopoliensis vacan. ac descr-

A: 1700.

Nostræq dispositioni competens Daremus et conferremus uti quidem damus et conferimus præsen Literis Nostris. Vigore quarum prædictum Oppidum Wierbka cum Villa ejusdem nominis cumq omnibus Curijs, areis, ædificijs, agris pratis, campis Sylvis nemoribus piscinis, fluvijs, fluminibus, Lacubus, Stagnis, molendinis, tabernis Subditis, Emolumentibus eorumq laboribus, Censibus, datijs et obventionibus cunctisq in Universum attinentijs et pertinentijs eo antiquitus spectantibus præfatus Gnosus Michael Puzyna tenebit, habebit et possidebit ad extrema vitæ suæ tempora. Promittimus autem pro Nobis et Srnmis Successoribus Nris non esse Nos memoratum Gnosum Michaelem Puzyna ab usu et pacifica possessione prædicti Oppidi et Villæ Wierbka amoturos aut alienaturos neq amovendi aut alienandi cuipiam potestatem daturos sed salvum et integrum Jus advitale eidem conservaturos, quod et Serenissimi Successores Nostri præstabunt. Ratione cujus advitalitatis solita onera præstare tenebitur. Post decessum vero ipsius non prius Successores ejusdem dictis bonis cedere debebunt quam summa in Literis originalibus expressa vel ex taxa commissariorum Nostrorum proveniens illis de integro numerata ac persoluta fuerit. Juribus Nostris Regalibus Reipublicæ Ecclesiæq Catholicæ Salvis. In quorum fidem præsentes manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus Datum Varsaviæ Die vigesima prima Mensis Novembris Anno Domini M.D.C.C. IV Regni Nostri XXI. Joannes Rex Locus Sigilli Majoris Cancellaria Regni. Bona Wierbka dicta in Palatinatu Podoliæ sita post decessum Gnosi olim Petner Capitanei Leopolien Gnoso Michaeli de Koziełło Puzyna Aulico Cubiculario Nostro. Stanislaus Szczuka Referendarius et Regens R.mi / Quas quidem Literas seu donationem suprascriptam / cujus originale idem Offerens denuo ad se recepit et de recepto Cancellariam Nostram quietavit / Nos ad Acta præsentia suscipi, ejsdem inseri atq ingrossari exjsdemq de verbo ad verbum descripte parti affectanti authentice extradi permisimus. In quorum fidem

Actum Varsa
Rogationum
Anno Domini

Nobilis B
Rndo
Aug
significam
teresi Univers
actis presenti
soris personalite
olim Nobilium
Regni et Sedr
gitimus et Suc
Mediante fori
net agnitione
propria et com
binska Consortis
expressum recogn
Reverendo in Chr
scopo Posnanien
suam hæreditat
tea Pontali dict
Viginti viri Ant
uslich nuncup
suprascriptorum
laria Regni Nota
Legitimorum Pare
Successionis ad se
concernentem cu
ædificijs attinenti
commodis et pr
signavit prout p
gnat perpetuo et

Actum Varsaviæ Feria Secunda in crastino Dominicæ
Rogationum die scilicet decima Septima Mensis Maij
Anno Domini Millesimo Septingentesimo Regni Rri III.tio

Relatio ejusdem Rndissimi
Supremi Cancellarij Regni

Nblis Baczynski donat Sortes Lapideæ Rndo Episcopo Posnaniensi.

Augustus II.s Dei gratia Rex Poloniæ &.

Significamus præsentibus Literis Nostris quorum in Ex.
terest Universis et Singulis. Quomodo coram Nobis et -
actis præsentibus Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Ma
joris personaliter comparens Nobilis Michael Baczynski
olim Nobilium Stanislai Baczynski Notarij Cancellariæ
Regni et Hedvigis Oczkowiczowna Coniugum filius le-
gitimus et Successor sanus mente et corpore existens
Mediante fori præsentis quo ad actum hunc duntaxat atti
net agnitione facto benevolo à sua quavis Jurisdictione
propria et competenti recessu suo et Nblis Elisabethæ Kar
binska Consortis suæ nomine palam, sponte, libere ac per
expressum recognovit præsentibusq recognoscit. Quia ipse
Reverendo in Christo Patri Domino Nicolao Swięcicki Epi-
scopo Posnaniensi illiusq Sanguinis Successoribus Sortem
suam hæreditariam Curiæ et fundi hic Varsaviæ in Pla-
tea Pontali dicta inter Lapideam Famꝰ Simonis Zyzewski
Vigintiviri Antiquæ Varsaviæ ex una et Domum Kulo
wskich nuncupatt ex altera partibus iacentis post fata
suprascriptorum olim Nblium Stanislai Baczynski Cancel-
lariæ Regni Notarij et Hedvigis Oczkowiczowna Coniugum
legitimorum Parentum suorum iure divino et naturali
Successionis ad se recognoscentem devolutt et se legitime
concernentem cumq omnibus ejusdem Sortis, structuris,
ædificijs attinentijs pertinentijs, usibus fructibus emolumen
commodis et proventibus dedit, donavit, inscripsit et re-
signavit prout præsentibus dat, donat inscribit et resi-
gnat perpetuo et in ævum. Ad habendum, tenendum, dandum,

donandum alienandum, et in usus suos quosvis beneplacitos convertendum mittit cedit et condescendit. Nihil pro se et Consorte Sua ac suis quibusvis Successoribus reservando seu quovismodo excipiendo. Verum totum ac universum Jus suum proprium et hæreditarium in personam præfati Reverendi in Christo Patris Domini Nicolai Sarjcicki Episcopi Posnanien ejusq de Sanguine Successorum transferendo, transfundendo et derivando perpetuo et in æuum. Intromissionem ex nunc in eandem sortem Curiæ et fundi ejusq attinentias per Ministerialem Regni Generalem et Nobiles duos cum pacifica ac reali possessione eidem Reverendo in Christo Patri Domino Nicolao Sarjcicki Episcopo Posnaniensi dat et admittit, dandamq et officiose conferendam nullatenus impugnabit. Victionem insuper generalem ab omnibus et singulis quarumcunq personarum propinquarum et remotarum impedimentis et impetitionibus quovis oriundis cavet et toties quoties opus fuerit eundem Reverendum in Christo Patrem Episcopum Posnanien illiusq Successores suisq quoq cum Successoribus tueri defendere, evincere indemnemq reddere sese obligat quo nomine super bonis suis generaliter omnibus habitis et habendis sese inscribit et assecurat. Idq sub damnis terrestribus et Civilibus simplici assertione taxandis et ediserendis et refundendis. Adversus quam Inscriptionem præsentem nullis se recognoscens modernus tuebitur Juris diffugijs, exceptionibus, appellationibus, earumq prosecutionibus quibus omnibus renunciat non aliter acsi ijsdem omnibus Decreto ultimæ instantiæ Judicis abiudicatus foret. Hac sua recognitione personali ad præmissa mediante. Alias in forma Donationis Insclictionis, resignationis, Evictionis plenissima et perfectissima. Quam quidem donationem et inscriptionem præsentem idem recognoscens manu sua propria subscripsit. Michael Baczynski suo et Consortis Sue Nomine. Quam quidem Inscriptionem Donatoriam Nos ratam & firmam habentes haberiq ab omnibus volentes ad Acta præsentia suscipi et ex ejsdem de verbo ad verbum descriptam parti affectanti authentice extradi permisimus

In quorum fidem &c Actum Varsaviæ Sabbatho ante
Festa Solennia Sacri Pentecosten proximo diè scilicet
Vigesima Nona Mensis Maij Anno Domini 1700.

Relatio ejusdem Illrmi et Rndmi
Supremi Cancellarij Regni.

Privilegium Juris Caduci declaratorium super bona Ebertzow obtentum

Augustus II. Dei Gratia Rex Poloniæ &

Significamus præsentibus Literis Nostris quorum &c.
interest Universis et singulis. Quod veniens personaliter
ad Nos et Acta Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Majo-
ris Generosus Joannes Ebertz obtulit ad acticandum pro-
rexit Literas papiraceas continentes in se declarationem
privilegij Juris Caduci per Gnosum Vminski Venatorem
Wschovensem super bona Jutrosin terrestria Generosorum
Ebertzow hæreditaria subreptitie obtenti. Earundem vero
literarum tenor sequitur estq talis. Augustus Secundus
Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ &
Significamus præsentibus Literis Nris quorum interest Universis &
Singulis. Expositum Nobis est per certos Consiliarios Nostros late-
Nostro assistentes nomine Generosorum Ebertzow in exteris
nationibus avitæ ac Nobilis familiæ in Regno vero Poloniæ
post deductam familiæ suæ nobilitatem indigenarum.
Quod Gnosus Stanislaus Vminski Venator Wschovensis bona
hæreditaria Terrestria Jutrosin dicta cum suis attinentijs in
Palatinatu Calisiensi districtu Pyzdrzensi sita et iacentia
iuribus supradictorum Generosorum Ebertzow subiecta
et in reali possessione existentia quodam Privilegio Nostro Juris
Caduci donationem contra Leges ad meram vexam nulliter et
illegitime ad sinistram Cancellariæ Nostræ informationem
impetraverit vigoreq ejusdem Privilegij dicta bona cum suis attri-
nentijs tum alia mobilia Summasq pecuniarias ubivis locorum
existentes sibi appropriare intendat. Supplicatumq Nobis est per
eosdem Consiliarios Nostros nomine supradictorum Generosorum
Ebertzow ut ipsis in tam gravi injuriæ protectione Nostra Regia
subvenire et opportuno Juris remedio providere dignaremur.
Nos præmemoratorum Gnosorum Ebertzow super dicta bona Jutrosin
et alia tam mobilia quam immobilia Summasq omnes pecuniarias

rubvis locorum existentes habitas et habendas, Iurium certitudine et legalitate considerata, injustitia quoque Iuris Caduci per dictum Gnósum Vminski Venatorem Wschovensem impetrati debitè perpensa prospiciendo honori, reputationi et existimationi tum Substantiæ eorundem Gnosorum Ebertzow indemnitati idem Privilegium per Gnósum Vminski Superbona tam mobilia quam immobilia dictorum Gnósorum Ebertzow nullo Iure obtentum et ad malam informationem factam impetratum pro subreptitio et injusto, ac illegitimo declarandum esse duximus præsentibus q potestate Nostra Regia subreptitium, illegitimum et præter Nostram intentionem et voluntatem ex Cancellaria Regni Nostri exportatum fuisse tum bona omnia mobilia et immobilia Iuri et possessioni Legitimæ sæpefatorum Generosorum Ebertzow obnoxia ab omni Privilegio Iuris Caduci libera nec Iuribus fisci subiecta esse declaramus præsentibus Nris Nostris. Quod omnibus quorum interest præsertim vero locorum Capitaneis Nostris vel eorum loca tenentibus ijs vero præcipue sub quorum Jurisdictione bona prænominata consistunt tum et Judicijs Tribunalis Regni abijsq quibusvis magistratibus notum esse volentes mandamus ut dictum Privilegium Iuris Caduci super prædicta bona indebite et illegitime impetratum pro nullo et invalido habeant ab omni impetitione Gnósi Vminski et aliarum quarumvis personarum Gnósos Ebertzow defendant, et si aliquam violentiam præfatus Gnósus Vmienski Venator Wschovensis fieri attentaverit ijsdem Generosis Ebertzom brachio Nostro Regali assistant et in possessionem bonorum sine ulla mora reinducant et reimponant. In quorum fidem præsentes manu nostra subscriptas Sigillo communiri iussimus. Datum Varsaviæ Die XXII. Mensis Maij Anno Domini Millesimo, Septingentesimo Nri vero Nostri tertio Anno. Augustus Rex. Locus Sigilli Majoris Cancellaria Regni. Declaratio Privilegy Iuris Caduci per Gnosum Vminski Venatorem Wschovensem super bona Justrosin terrestria Gnosorum Ebertzow hereditaria in Palatinatu Calisiensi iacentia nulliter et subreptitiè obtenti et impetrati. Venceslaus Franciscus Trzcinski Pincerna Ravensis. SRMtis Secrus. Quas quidem Literas privilegij Iuris Caduci declaratorias suprascriptas / quarum Originale idem Offerens denuo ad se recepit et de recepto Cancellariam Nostram quietavit. /

Nos

Nos ad Acta præsentia suscipi ijsdem inseri, ingrossarig et ex ijsdem de Verbo ad Verbum descriptas in forma authentica extradi parti affectanti permisimus. In quorum fidem &. Actum ut supra.

Relatio ejusdem Illmi et Rndmi Supremi Cancellarij Regni.

Litera Vadij Regalis ijsdem Gnosis Ebertzom servientes.

Augustus II.s Dei Gratia Rex Poloniæ &

Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest Universis et Singulis. Quod veniens personaliter ad Nos et Acta Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Majoris Nob.s Joannes Leonardus Ebertz obtulit ad acticandum porrexit Literas papiraceas Vadij Nostri Gnosis Ebertzom servientes quarum quidem Literarum tenor sequitur et est talis. Augustus Secundus Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ Masoviæ Samogitiæ & Magnifico Raphaeli Leszczynski Palatino Lanciciensi majoris Poloniæ Generali seu ips Gnosis Surrogatoribus Posnanien.s et Calisien.s Officior.m Castren.s aliisq locorum quorumvis Capitaneis et eorum loca tenentibus Sincere et fideliter Nobis dilectis, Gratiam Nostram Regiam. Magnifice sincere nobis dilecte. Expositum Nobis est per certos Consiliarios Nostros nunc ad latus Nostrum residentes Gnosiorum Ebertzow nomine quod ejsdem præsertim Gnosi Stanislaus Vminski Venator Wschovensis, Gaspar Mikolaiewski et Franciscus Zbiriewski ac alia Persona ipsis melius notæ suo loco et tempore specificanda et declaranda apertas declarant et minentur inimicitias capitales, ita ut memorati Ebertzowie de vita ac bonis suis non sint satis securi. Quod Nos legibus Regni pacig et securitati publicæ contrarium esse animadvertentes in primis et ante omnia eosdem Gnosos Ebertzow Parentes cum filijs in protectionem Nostram Regiam cum personis et bonis eorum assumendos et susc ipiendos esse censuimus prout per præsentes assumimus et suscipimus volentesq ut non vi neq armis sed Jure mediante si quid contra ipsos habeant vel prætendant seu quivis eorum habeat vel prætendat requirant et procedant seu requirat et procedat. Vadium Nrum Regale

A: 1700.

pro Securitate majori Gnôsorum Bertzow inter et contra eadem partes et personas quasvis difidentes interponendum duximus, prout Centum Millium florenorum polonicalium interponimus hisce Literis Nostris. Decernentes idem vadium Nostrum ad quamlibet prædictarum partium difidentium personam seorsivè in integro referri illius medietatem casu contraventionis pro fisco Nostro altera vero pro parte supplicante per Generosum Instigatorem Regni exigi debere. Quòd si vero aliqua prædictarum partium difidentium bona huic vadio Nostro æquivalentia non habeat eadem de parendo Juri seu Judicato Solvendoque prædicto Vadio Nostro fidejussores statuat. Ne autem ulla earundem partium difidentium persona de eodem Vadio Nostro ignorantiam prætendat mandamus Sinceritati Vestræ et alijs locorum quorumvis Capitaneis sub quorum Jurisdictione persona et partes difidentes constitutæ fuerint ut illud ad Acta sua Castrensia Capitanealia Posnaniensia sivè Calissiensia aliaq Regni authentica inscribi et per Ministerialem Regni Generalem Domum partis difidentis authenticè deferri faciant, injungendo ijsdem ne vi et armis contra se quidquam tam ipsi per se quàm per famulos Subditos et quascunq Submissas et subordinatas personas attentare præsumant seu quivis eorum attentare præsumat sed ordinaria Juris via in foro competenti de suis diferentijs et prætensionibus inter se experiantur, secus sinceritas et fidelitates Vestræ non facbura pro gratia Nostra et Officiorum suorum debito. In quorum majorem fidem præsentes manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri iussimus. Datum Varsaviæ die Vigesima Secunda Mensis Maÿ Anno Domini Millesimo Septingentesimo Regni vero Nostri Anno tertio. Augustus Rex. Locus Sigilli Majoris Cancellaria Regni. Venceslaus Franciscus Trzcinski Pincerna Ravensis S.M.R. Secretarius Quas quidem Literas vadÿ Nostri suprascriptas / cujus originale idemoffe-rens denuo ad se recepit et de recepto Cancellariam Nram quietavit. / Nos ad Acta præsentia suscipi ÿjdem inseri, ingrossarig et ex ÿjdem de verbo ad verbum descriptas informa authentica extradi parti affectanti permisimus. In quorum &. Actum ut supra. Relatio ejus & Nomi Supremi Cancellÿ Mni.

Castellanatus Polaniecensis Gnoso Felici Czerminski confertur.

Augustus II.s Dei Gratiâ Rex Polonie &. Ex.

Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest Universis, et Singulis. Quod veniens personaliter ad Nos et Acta Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Majoris Nobilis Joannes Bratuichi obtulit ad acticandumq; porrexit Privilegium Nostrum Regium super munus Castellanatus Polaniecensis Gnoso Felici Czerminski Vexillifero Podlachiæ collatum sanum salvum et illæsum omnig nota suspicionis carens manu nostra Regia subscriptum, et Sigillo Rni communitum cujus tenor sequitur estq ejusmodi. Augustus Secundus Dei gratia Rex Polonie Magnus Dux Lithuæ Russiæ &. Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest Universis et Singulis. Ad tuendam conservandamq Regni Nostri integritatem plurimum conducere arbitramur si ad ejus munia quævis publica et dignitates non solum generis Nobilitate ac domi in toga, consilio experientiaque pacis promovendæ clari, verum etiam in sago prudentia et dexteritate conspicui promoventur viri. Hinc et perspersonam Gnosi Felicis Czerminski Vexillifevi Podlachiæ non tantum avitis majorum suorum conspicuam sed et propriis factis in actuali servitio Militari Colonellatus exercitus Regni gloriosam et multis celebratam encomijs habentes congruum Regiæq munificentiæ consentaneum esse duximus ut ipsi vacantem ad præsens post liberam resignationem Gnosi Andreæ Prusinowski Castellani Polaniecensis Castellanatum eundem daremus et conferremus utiquidem eidem Gnoso Felici Czerminski Vexillifero Podlachiæ prænominatum Castellanatum Polaniecensem cum omnibus Juribus dignitatibus, prærogativis, ac libertatibus hoc munus de lege et consuetudine concernentibus damus et conferimus præsentibus Literis Nostris ad perpetua vitæ suæ tempora vel majoris alicujus dignitatis consecutionem. Quod omnibus quorum interest præsertim vero Senatoribus, Dignitarijs Officialibus totiq Nobilitati Palatinatus Sandomiriensis notum esse volentes mandamus ut præfatum Gnosum Felicem Czerminski Vexillifevum

A°: 1700.

"Podlachiæ ab hinc pro vero, legitimo, ac indubitato Castel-
lano Potaniecensi sciant, habeant et agnoscant eiq de loco
Juribus, prærogativis et immunitatibus de lege et antiqua
" consuetudine concernentibus respondeant et ab alijs responderi
curent pro gratia Nostra Officiorumq suorum debito. In
cujus rei fidem præsentes manu nostra subscriptas Sigillo
Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ Die vigesima
prima Mensis Maij Anno Domini Millesimo Septingente-
simo. Regni vero Nostri tertio Anno. Augustus Rex. Locus
Sigilli Majoris Cancellariæ Regni. Castellanatus Plan-
censis Ignoso Felici Czerminski Vexillifero Podlachiæ post
liberam resignationem Ignosi Prusinowski Castellani Pola-
niecensis. Joannes Casimirus Odolski Sacræ Regiæ Mttis
Secretarius. Quod quidem suprascriptum Privilegium
Nostrum / cujus originale idem Oferens denuo ad se recepit
et de recepto Cancellariam Nostram quietavit / Nos ad Acta
præsentia suscipi, ijsdem inseri, et ingrossari, et rursus
ex ijsdem actis de verbo ad verbum descriptum parti affe-
renti authentice extradi permisimus. In quorum fidem &
Actum ut supra. Relatio ejusd Dnōmi Cancellarij Pri.

Vexilliferatus Podlachiæ Generoso Stanislao Czerminski

Augustus IIs Secundus Dei gratia Rex Poloniæ &.

v:p. Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest
Universis et Singulis. Quod veniens personaliter ad Nos
et Acta Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Majoris
Nobilis Adamus Joannes Osmolski obtulit ad acticandum porrexit Privilegium Nostrum Regium super munus Vexilliferatus Podlachiæ Ignoso Stanislao Czer-
minski collatum, sanum salvum et illæsum omnig nota
suspicionis carens manu Nostra Regia subscriptū et Sigillo
Regni communitum cujus tenor sequitur est q ejusmodi
Augustus Secundus Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux &.
Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest
est Universis et Singulis. Si Nobis Generosus Stanislaus
Czerminski Vexillifer Parnaviensis Solis-majorum
Suorum notus est meritis sufficienter haberet ad dedu

cendam sibi gratiam Nostram rationem cum vero ille
proprijs enitatur conatibus ut eximiarum virtutum
suarum Palmario et gentilitia familia sua illustret
decora et nostrum in dies sibi propensiorem reddat ani:
mum tantamq; à longo tempore qua sago qua toga erga
Nos fidem dexteritatemq; probaverit, ut merito inter fidos
Patria sua recenseri valeat animos inter prima censemq;
desideria ut ipsum ad insigniora evehamus munia.
Quare donec equivalentius meritis ipsius evenerit præ:
mium modo post ascensum Generosi Vexilliferi Podlachiæ
damus et conferimus præsentibus Literis Nostris hunc Ve:
xilliferatum Podlachien Generoso Stanislao Czerminski per
eum cum omnibus Juribus Prærogativis et Libertatibus huic
muneri de lege et consuetudine competentibus tenendum
habendum et possidendum esse duximus ad extrema vitæ sue
tempora seu majoris alicujus dignitatis assecutionem. Quod
omnibus quorum interest præsertim vero dignitarijs Officia:
libus totiq; nobilitati Podlachiæ notum esse volentes mandamus
ut præfatum Generosum Stanislaum Czerminski Vexilli:
ferum Podlachiensem pro vero et legitimo habeant et agnoscant
eiq; de loco Juribus prærogativis et immunitatibus de lege et
antiqua consuetudine concernentibus respondeant, et ab alijs
responderi curent pro gratia Nostra. In cujus rei fidem præ:
sentes manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri
iussimus. Datum Varsaviæ Die vigesima tertia Mensis May
Anno Domini Millesimo Septingentesimo Regni vero
Nostri tertio. Augustus Rex. Locus Sigilli minoris Cancellá
Regni. Vexilliferatus Podlachiensis Ingroso Stanislao Czer:
minski Vexillifero Parnaviensi post ascensum Felicis
Czerminski confertur. Joannes Casimirus Odolski
Sacræ Regiæ Actis Secretarius. Quod quidem suprainscri:
tum Privilegium Nostrum / cujus Originale idem Offerens
denuo ad se recepit et de recepto Cancellariam Nostram qui:
etavit / Nos ad Acta præsentia suscipi, ijsdem inseri et
ingrossari et rursus ex ijsdem actis de verbo ad verbum
descriptum parti affectanti authentice extradi permi:
simus. In quorum fidem &. Actum Varsaviæ Feria
Quinta post Festa Solennia Sacri Pentecosten proxima
die videlicet tertia Mensis Junij Anno Dñi 1700.

Relatio ejusdem Nomi Cancellarij Rñi.

A. 1700.

Relatio extraditi Mandati ex instantia Confraternitatis pij Montis Sancti Lazari Misericordiæ Dei per Mnrtem Regni recognita

Augustus II. Dei gratia Rex Poloniæ &.

Ex. Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest Vniversis et Singulis. Quod ad Nos et Acta Metvices Regni Cancellariæ Nostræ Majoris veniens personaliter Ministerialis Regni Generalis Nobilis Jacobus Kuriatkowski in vimque suæ veræ ac fidelis Relationis palam, ultro et benevole recognovit. Quia ipse ad instantiam partis Actoreæ infrascriptæ ex Officio suo existens requisitus condescendendo ad fundos et Domos infrascriptas Sabbatho pridie Festi Sacri Pentecosten die scilicet vigesima nona Mensis Maij anni nunc currentis Literas Mandati seu Citationum Nostrarum Regiarum ex Cancellaria Regni Majori contra Spectabiles Proconsulem Consules Civitatis Novæ Varsaviæ et alios in ijsdem Citationibus expressos emanatt, Sigillog Regni Majori transversali impresso munit tenoris talis. Augustus Secundus Dei gratia Rex Polonia Magnus Dux Lithuania Russiæ &. Vobis Religiosis Patribus Guardiano totig Conventui Vars Ordinis Sancti Francisci Minoris Conventualium, Spectabilibus Honoratis et Famatis Proconsuli, Consulibus, Scabinis et Decem Viris Civitatis Nostra Novæ Varsaviæ Generoso ——— Sliwicki Notario Thesauri Regni Nobilibus Joanni Kochanski ——— Mostecki, Jacobo Swiegolski, Venerabili Augustino Bernicz Canonico Varsaviensi, Famati Joanni Madeyski ——— Cyroni Successoribus olim Nobis Stanislai Wielochowski Fam Tobiæ Thanman Michaeli muvario ——— Cyroniemu Valentino Rys, Matthiæ Tropkiewicz alijsq quibusvis fundi infrascripti ademptoribus, Occupatoribus, et possessoribus de personis, causa infrascripta, bonisq Vestris generaliter omnibus mandamus. Vt coram Nobis, Judicioq Nostro Assessoriali Varsaviæ aut ubi tunc cum Curia Nostra feliciter constituti fuerimus à positione præsentis Citationis Nræ in duabus Septimanis seu tum dum et quando Causa præsens ex regestro vocandarum Causarum publico ad judicandum acclamata fuerit, personaliter; legitimè, ac peremptorie

compareatis. Ad instantiam Gnósi Instigatoris Regni ejusq
Delatorum Confraternitatis Pij montis Sancti Lazari Mi-
sericordiæ Dei Vars Actor. Qui vos citant pro eo. Quia
Vos non formidando rigorem Legis contra indebitos et
violentos occupatores fundi sancitæ et Legibus Regni
Sat severè contra talia audentes descript. ausi estis et te-
merè præsumpsistis fundum Confraternitatis Sancti Lazari
pro pauperibus donatt. in Nalewki ad Varsaviam inter fun-
dos vestros vicinos consisten. privata authoritate et clan-
culum adimere eundem fundum nullo habito Jure insedere
ædificia hortos in eodem construere et exædificare usus
fructus pauperibus in provisionem ordinatos percipere
in usus q. Vestros convertere neq. ad requisitionem actorum
modernorum eundem fundum, fructusq. ejus reddere neq.
deoccupare et avulsum restituere velle prout de facto eun-
dem fundum ademistis, ædificia et hortos construxistis,
et exædificastis usus fructus pro pauperibus fundatos per-
cepistis et in usus suos convertistis, neq. ad requisitionem
Actorum eundem fundum reddere et deoccupare et avul-
sum restituere voluistis pœnasq. eo nomine Legibus Rñi
expressas succubuistis. Citamini igitur ad videndum et
audiendum vos ad restitutionem et deoccupationem fundi
per Vos adempti Stringi, ad Solvendos usus fructus ex eodem
fundo perceptos compelli iura si qua habetis produci, eisdem
Juribus Vos privari demolitionem ædificiorum Vestrorum
Vobis injungi in refusione damnorum et Litis Expensarum
Vos condemnari. Caterag pro Causa et Juris exigentia con-
tra Vos statui et Sententiari. Sitis igitur personaliter pari-
turi, terminum attentaturi et judicialiter responsuri.
Datum in Cancellaria Majori Regni Feria Quinta post
Dominicam Exaudi proxima Anno Domini 1700. Locus Sigilli
majoris Cancellaria Regni VFJPR. SCRS. unam ad re-
sidentiam Spectabilis ——— Ciotkowicz Proconsulis
Novæ Varsaviæ alteram ad Palatium Venerabilis Ber-
nic Canonici Varsavien., tertiam ad fundum Religiosorum
Franciscanorum, Quartam ad Domum Fam. Madeyski ex
portavit, executusq. est et terminum coram Judicijs Vris
comparendi justa præfixionem temporis in eadem Citati-
one nostra specificat. assignavit de quo præsentem suam

fecit relationem. Quam NOS ab ipso suscipi, Actis in
grossari et una cum ipsa Citatione deprompt parti
affectanti in forma authentica extradi mandavim
In quorum fidem &. Actum ut supra

Relatio Illmi et Rndmi Canc. Rni.

Dapiferatus Zydacoviensis
Gnoso Alberto Poptawski confertur.

Augustus II. Dei Gratia Rex Poloniæ &c

vp. Significamus praesentibus Literis Nostris quorum interest Universis et Singulis. Quod coram Nobis et Actis Metrices Regni Cancellaria Nostra Majoris comparens personaliter Generosus Albertus Poptawski obtulit et ad acti candum porrexit Privilegium super munus Dapiferatus Zydacoviensis manu Nostra subscriptum et Sigillo Regni Cancellá Majoris communitum, sanum salvum et illæsum omniq́ue nota suspicionis carens petens ut illud actis Cancellaria Nostra inscribi et sibi extractum illius ex ijsdem actis authentice extradi permittere dignaremur. Cujus Privilegÿ tenor sequitur estq́ talis. Augustus Secundus Dei gratia Rex Polonice &. Significamus &. Ita per certos Consiliarios Nostros et Ministros Status Gnosi Alberti Poptawski virtutis ac omnis honestatis Studium ingenÿ ac industria in rebus gerendis felicitas simul ad obeunda Nostra Reipublicæq́ue negotia capacitas ac perspecta promptitudo Nobis commendata est; ut eum et patriæ amantem et Principum suorum commodum studiosum esse iure merito censeamus. Proinde cupientes illum Nostræ in ipsum pronæ voluntatis dignum demonstrare simulq́ ad magis benemerendum de Nobis et republica eundem allicere, faciendum esse duximus ut ipsi ad presens vacantem Dapiferatum Zydacoviensem post decessum Gnosi Stanislai Zaborowski Dapiferi Zydacoviensis daremus et conferremus uti quidem damus et conferimus cum omnibus Juribus, immunitatibus ac prærogativis ad hoc idem munus de Legum præscripto ac recepto usu spectan' tenendum habendum et possidendum ad extrema Vitæ ipsius tempora seu majoris alicujus dignitatis

assecutionem. Quod omnibus quorum interest præsertim vero dignitarijs officialibus, totiq; Nobilitati terræ et Districtus Zydaczoviensis notum esse volentes, mandamus ut præfatum Gnosum Albertum Postawski pro vero et Legitimo Dapifero Zydaczovien habeant et agnoscant. Cig de loco, Juribus, obventionibus et prærogativis respondeant, respondenq; ab omnibus ac rent pro gratia Nostra officiorumq; Suorum debito. In cujus rei fidem præsentes manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ die xs Mensis Maij Anno Domini M.DCC. Regni vero Nostri III. Anno. Augustus Rex Locus sigilli Majoris Cancellaria Regni. Dapiferatus Zydaczoviensis Gnoso Alberto Postawski post obitum Gnosi Stanislai Zaborowski Dapiferi Zydaczoviensis confertur. Venceslaus Franciscus Trzciński Pincerna Ravensis Sacræ Regiæ Matis Secretarius. Nos itaq; petitioni ejusdem Offerentis annuentes præinsertum Privilegium ex Originali describi actiq; ingrossari ex ijsq de verbo ad Verbum versus descript authentice extradi permisimus cujus originale isidem Offerens denuo ad se recepit et de recepto Cancellaria Nostram quietavit. In quorum fidem &c Actum Varsaviæ Feria Tertia post Dominicam &Festum Sanctissimæ Trinitatis proxima die videlicet octava Mensis Junij Anno Domini Millesimo Septingentesimo Regni Nostri IIIe. Anno

Relatio ejusdem Illmi & Rmi Supremi Cancellarij Regni.

Relatio Intromissionis in Domum Baczynskich Rndo Episcopo Posnan collat.

Augustus IIs. Dei gratia Rex Poloniæ &c. Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest Universis & Singulis. Quod ad Nos et Acta Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Majoris personaliter veniens Franciscus Osiecki Ministerialis Regni Generalis providus prout id authentico instrumento deduxit in vim suæ veræ ac fidelis relationis ubiq; faciendæ palam, ultro, et libere recognovit. Quia ipse pro Officio suo existens requisitus habitis secum duobus Nobilibus Stanislao Chodorowski et Casimiro Krasicki.

evidentioris testimonij gratia sibi ad Actum infrascri-
ptum assumptis, ad Domum partim ligneam partim mu-
ratam fundumq; in quo consistit Baczynskich nuncupat.
hic Varsaviæ in Platea Pontali vulgo Mostowa inter vici-
nas Domos Famati Simonis Czyzewski ex una et Domum
Kukowskich antiquitus nuncupatt partibus ex altera
iacen ex forma et ordine Juris requisitus Feria Quarta
post Festa Solennia Sacri Pentecosten die videlicet Secunda
Mensis Junij Anni nunc currentis condescendit ibidem
inhærendo Inscriptionibus et quidem prima, Coram Actis Offij
Consularis Civitatis Nostræ antiquæ Varsaviæ Feria Tertia
pridie Festi Sanctæ Catharinæ Virginis et Martiris die scili-
vigesima quarta Mensis Novembris Anno Domini Mille-
simo Sexcentesimo Nonagesimo Nono per Nobilem Annam
Sokolowska olim Nobilis Samuelis Rozycki Interpretis Re-
gij Consortem Viduam relictam in personam Reverendi in
Christo Patris Nicolai in Swiecice Swiecicki Episcopi Posnan
recognitæ nec non Secundæ itidem coram supras pecifica-
tis Actis Consularibus Antiquæ Varsaviæ Feria Sexta post
Festum Sanctæ Catharinæ Virginis et Martyris proxima
die vigesima Septima Mensis Novembris Anno eodem 1699.
per Nobilem Catharinam Rozycka olim prædicti Nobilis
Samuelis Rozycki in primo Matrimonio procreatam
Filiam Virginem innuptam in personali assistentia
Fam Andreæ Wierzeyski Civis Varsavien tutoris sui
suo et Sororis suæ Theresiæ Rozycka. Demum tertia con-
actis præsentibus Sabbatho ante Festa Solennia Sacri
Pentecosten proximo die scilicet vigesima Nona Mensis
Maij Anni Currentis per Nobilem Michaëlem Baczynski
olim Nobilium Stanislai Baczynski Notarij Cancellariæ
Regni et Hedwigis Oczkowiczowna Conjugum filium legiti-
mum et hæredem suo et Consortis suæ nomine in per-
sonam ejusdem Reverendi in Christo Patris Nicolai in
Swięcice Swięcicki Episcopi Posnanien recognit in eandem
Domum Curiam et Fundum structuras ædificia seu Sor-
tes eorum in sæpetactis Inscriptionibus expressas ita late
Longe prout se fundus in suis metis et limitibus extendit
adhibitis de Jure circa talia requisitis Solennitatibus præ-
missaq; omnium si qui sint Jus et interesse aliquod ad
eandem Curiam et Domum fundumq; in quo consistit

existen haben et pretenden ter et ultra solitum Iuris quatuor vicibus voce sonora preconica acclamatione eundem Rndum in Christo Patrem Nicolaum in Swiecice Swiecicki Episcopum Posnaniensem et ejus de Sanguine Successores nemine contradicente intromisit et investivit realemq et actualem ejusdem Curiæ et fundi ac ædificiorum et Structurarum possessionem ac usum fructum ex Officio suo tradidit et contulit. De quo presens illius Relatio. Quam Nos rata et gratam habentes haberiq ab omnibus volentes ad Acta præsentia suscipi et ex ejsdem in forma authentica extradi permisimus. In quorum fidem &. Actum ut supra

Relatio ejusdem Illrmi & Rndmi Cancellarij Regni.

Roboratio Contractus inter Rndum Episcopum Posnan et Rett. Patrem Drogoszewski.

Augustus II. Dei Gratia Rex Poloniæ &.

Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest Universis et Singulis. Quod coram Nobis et Actis Metrices Regni Cancellariæ Nostræ majoris personaliter comparentes Reverendus in Christo Pater Nicolaus in Swiecice Swiecicki Episcopus Posnaniensis ab una et Religiosus Pater Petrus Drogoszewski Ordinis Prædicatorum Conventus Varsavien ad Ædes Sancti Hiacynthi in Nova Civitate Varsaviensi consisten Prior, Sacræ Theologiæ Magister suo et dicti Conventus sui nomine agens ex altera parte sani mentibus et corporibus existentes recedendo a Terris Districtibus et iurisdictione quavis sua propria et competenti, huic autem Nostræ Regiæ Iurisdictioni quoad actum infrascriptum se cum persona et bonis suis subijciendo, palam, sponte ultro, libere et benevole recognoverunt, præsentibus recognoscunt et quilibet eorum suo pro interesse et seorsive recognoscit. Quia ipsi Contractum certum inter se recognoscentes mutuo et adinvicem die hodierna in Actu contenta confectum manibusq suis propriis subscriptum atq vadio Sex Millium florenorum polonicalium Moneta in Regno Currentis Vallatum in omnibus illius

punctis, clausulis, articulis, nexibus, conditionibus et
ligamentis totoq ejus tenore non aliter ac si hic de
verbo ad verbum insertus et per eosdem recognoscen-
tes seorsivis Inscriptionibus Officiosis recognitus esset.
Contractum eundem ad praesentem Inscriptionem ro-
boratoriam et è contra Inscriptionem ad Contractum
referendo approbant, confirmant, ratificant cumq
in toto et in quavis etiam minima illius parte, ter
nere, complere illi quisq pro suo interesse totaliter
satisfacere de bonis suis generaliter omnibus mobilibq
et immobilibus Summisq pecuniarijs sese et suos
Successores inscribunt et obligant. Idq sub vadio Speci-
ficato Sex Millium florenorum polonicalium monetae
et numeri in Regno currentis casu contraventionis pre-
senti Inscriptioni roboratoriae in toto vel in quavis illius
parte per se et Successores suos de integro irremissibiliter
ad solvendum succumbeñ. Pro quo quidem Vadio ac re
aliqua ex Contractu roboratorio non completa nihilo-
minus tamen complenda ad Officium seu Judicium qd
cunq Regni ijdem Recognoscentes suis cum Successoribq
Citati existentes, mediante ut supra, a proprio foro
recessu in primo Citationis termino quem sibi perem-
ptorium assignant comparere stare respondere nec
tuendo se ullis Legum auxilijs et exemptionibus dila
tionibus alijsq quibusvis Juris beneficijs praecisis etiam
appellationibus, motionibus earumq prosequtionibus
Judicatum officij seu Judicij illius ad quod citati fuerint
illiusq Executionem pati, vadium succubitum in in-
stanti reponere et nihilominus eo soluto rei principali
pro qua citabuntur, in toto et in quavis minima par-
te satisfacere tenebuntur. Hac sua personali recogni-
tione ad praemissa mediante. Alias in forma inscri-
ptionis roboratoriae de Jure solennissima et perfectis-
sima. Quam ijdem recognoscentes manibus propriis
subscripserunt. Nicolaus Szyszcicki Episcopus Posnan
Petrus Drogoszewski S.tae Theologiae Doctor et Prior Pars Ord. Pradic

Quam quidem Inscriptionem Roboratoriam Nos ratam et gratam habentes habereq ab omnibus volentes ad acta præsentia suscipi ijdem inseri et ex ijsdem de verbo ad verbum descriptam parti affectanti authentice extra: di permisimus. In quorum fidem &. Actum Varsaviæ Feria Quarta pridie Festi Sacratissimi Corporis Christi Domini die videlicet nona Mensis Junij Anno Domini Millesimo Septingentesimo. Regni vero Nostri Anno &c.

Relatio ejusdem Reverendmi Supremi Cancellarÿ Regni.

Consensus cedendi de Capitaneatu Miedzyrycen in personam Jnosi Boczkowski

Augustus II.s Dei Gratia Rex Poloniæ &.

Significamus præsentibus Literis Nostris quorum &c. interest Universis & singulis. Quod ad Nos et acta Metrices Regni Cancellariæ Nostræ majoris personaliter veniens Generosus Stanislaus Suchorski obtulit et ad acticandum porrexit Consensum Nostrum cedendi de Capitaneatu Miedzyrycensi Magnificis Vladislao Przyiemski Palatino Calissiensi et Catharina Coniugibus in personam Jnósi Andreæ de Brudnow Boczkowski manu Nostra subscriptum & Sigillo Regni Cancellariæ majoris communitum cujus tenor sequitur et est talis. Augustus Secundus &. Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest universis et singulis. Consensisse Nos et permisisse consentireq et permittere præsentibus Literis Nostris Magnificis Vladislao Przyiemski Palatino Calissiensi et Catharinæ Przyiemska Coniugibus legitimis ut possint et valeant de omni et integro Jure suo quod quale et quantum ipsis super Capitaneatum Miedzyrycensem legitimè servit et competit cedere illudq in personam Magnifici Andreæ de Brudnow Boczkowski transferre et transfundere. Quæ quidem cessio Jurisq transfusio posteaquam coram Actis quibuscunq Regni Authenticis facta et recognita

fuerit Nos eam ratam et gratam habituri sumus,
uti eam que prævio hoc Consensu Nostro perage-
tur. Vigore cujus Cessionis præsentisq transfusionis me
moratus Magnificus Bocchowski prædictum Capitanea
tum cum omnibus attinentijs et pertinentijs prædijs
Villis, Molendinis, tabernis, Curijs antiquitus illico
pertinentibus, tum etiam agris pratis, campis, Sylvis
Stagnis alijsq commodis, et emolumentis, tenebit haben
bit et possidebit ad extrema vitæ suæ tempora vel alterius
Superstitis. Promittentes pro Nobis et Srnis Succesoribus
bus Nostris ab usu et pacifica dicti Capitaneatus Mie
dzyrycensis possessione amoturos aut alienaturos, neq
amovendi aut alienandi cuipiam potestatem daturos
Sed salvum et integrum Jus advitalitium ips conserva-
tur quod et Srni Successores Nri præstabunt. Ratione cu
jus advitalitatis primo possessionis suæ anno Quadrupli-
cem, sequentibus duplicem Quartam Ravam quotannis
ad thesaurum Regni inferre tenebitur Juribus Nostris
Regalibus Reipublicæ Ecclesiaq Romanæ Catholicæ Salvis
manentibus. In cujus rei fidem præsentes manu Nra
Subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum
Varsaviæ Die xxx Mensis Maij Anno Domini M.Dc.
xc.vii. Augustus Rex Locus Sigilli majoris Cancellæ
Regni. Consensus cedendi de Capitaneatu Miedzyry-
censi Magnificis Vladislai Przyemski Palatino Alijsq
& Catharinæ Conjugibus. Maximilianus de Ipczyn
Ostolinski Vexillifer Drohiciensis M.P.S. Quam quidem
supra insertum Consensum Nostrum p. cujus
originale idem Offerens denuo ad se recepit et de
recepto Cancellariam Nostram quietavit Nos ad
acta præsentia suscipi ijsdem inseri et ingrossari
et rursus ex ijsdem Actis de verbo ad Verbum
authentice descriptum parti affectanti extradi
permisimus. In quorum fidem p. Actum
ut supra p.

Relatio Illustrissimi & Rdmi
Supremi Cancellarij Regni.

Gregorius Sabicenski.

Gregorius Słabienski contra Gnosid Felicem Boski protestatur.

Augustus II.^us Dei gratia Rex Poloniæ &.

Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest Vniversis & Singulis. Quod ad Acta Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Majoris veniens personaliter Famatus Gregorius Słabienski Curiæ Czartoriance hic ad Varsaviam in Oppido Przybow sitt Paterfamilias so: lenniter manifestatus est in Copia parata cujus tenor talis. Ad Acta Metrices Regni Cancellariæ Nostræ majoris personaliter veniens Famatus Gregorius Słabinski Curiæ Czartoriance hic ad Varsaviam in Oppido Przybow Sitæ paterfamilias magno cum animi sui dolore in et con: tra Generosum Felicem Boski Pincernam Terræ Czernensis infrascriptorum iussu scitu mandatoq; authorem principa: lem nec non Nobilem Salewski Administratorem bonorum Boze ejusdem Gnosi Pincernæ Czernensis atq; Laboriosos Martinum Szczesny Matthiam Flak, Valentinum Korczak et Stanislaum Krolik Subditos de bonis præfatis Boze prænominati Generosi Pincernæ Czernensis hæreditalijs mandata Domini sui exequentes complices et compri: cipales oppressoresq; ac innocuarum personarum aggrava: tores questus et protestatus est idq; pro eo. Quia prædictus Gnosus Pincerna Czernensis immemor Legum publicarum suiq; Status nobilitaris quæ neminem sub pœnis rigo: rosis contra Violatores Securitatis publicæ ac oppressores aggravare, et opprimere suadent, imo prohibent vilipen: dendo eas dem leges, ausus est et præsumpsit tempore non pridem præterito in termino termini specificando prædictum administratorem et Subditos suprascriptos suos informare ac instruere, qui ab ipso informati ac instructi existentes eidem protestanti ex Villa bonorum Strumiec possessionariis Albertis Opalski Canonici Opa: tovien Parochi Strumenecensis Varsaviam discedenti, Viam publicam stratam in Sylva ad prædictam Villam et bona Strumiec spectante interceperunt, et vi ac vio: lenter cum Curru ac equo rebusq; in eodem Curru existen:

sine ulla vel minima occasione sibi data acceperunt
acceptum ad bona Boze Curiamq; ibidem sitam deu-
xerunt et ibidem ex mandato domini sui per tres dies cum
magno damno et oppressione sui protestantis detinuerunt
res nonnullas ad viginti florenos polonicales excedẽ de-
perdi causarunt et eundem protestantem præcipue sua
prascriptus Gnõsus Pincerna Gerrnensis ex Curia sua di-
mittere noluit, quousq; protestans quadraginta florenos
polonicales non daret, et sic extortis injustè ac indebitè
ab ipso exactis vix eum dimisit aliasq; injurias et violen-
tias ac oppressiones ipsi per prædictum Administratorem
ac Subditos suos ac ipsemet protestatus intulit et per-
petravit per quod pacem et securitatem publicam itine-
rantium violavit exindeq; pœnas Legum succubuit ac
in se traxit. Ratione quorum præmissorum idem protes-
stans contra suprascriptum Gnõsum Pincernam Gerr-
nensem ac ejus administratorem et Subditos iterum atq;
iterum protestatur. Offerendo se cum ipsis iure acturum
et præmissa vindicaturum. Salva ejusdem protestationis
augendæ corrigendæ alterius porrigendæ reservata sibi omni
facultate et potestate. Quam præsentem potestationem
manu sua propria subscripsit. Gregorius Stabienrei.
Quam quidem suprascriptam protestationem Nos ad acta
præsentia suscipi, ijsdem inseri et ex ijsdem de verbo ad
Verbum descriptam authentice parti postulanti et affe-
stanti extradi permisimus. In quorum &. Actum Varsa
viæ Feria Quarta in Vigilia Festi Sancti Joannis Ba-
ptistæ die scilicet vigesima tertia Mensis Junij Anno
Domini Millesimo Septingentesimo Regni vero Nri M.tis

Relatio ejusd. Rndmi Cancellÿ Rni

Idem Stabienski Plenipotentem constituit.

Augustus V. Dei Gratia Rex Poloniæ &.

Significamus præsentibus Literis Nostris quorum
v.p. interest Universis et Singulis. Quod coram Nobis et Aris
præsentibus Metrices Regni Cancellariæ Majoris comipa
rens personaliter Famatus Gregorius Stabinski Sanus
mente et corpore existens à foro suo quovis proprio et Juris di-

Actione

ctione competenti sua recedendo huic autem Nostrae Regiae iurisdictioni quoad actum infrascriptum attinet se cum persona et bonis suis subjiciendo et incorporando palam, ultro libere et per expressum recognovit. Quia ipse omni meliori modo et forma quibus de Iure melius ac validius et efficacius potuit ac debuit, potestq ac debet, Venerabilem Albertum Opalski Canonicum Opatoviensem Parochum Strumecensem in suum, verum, legitimum et indubitatum Plenipotentem elegit constituit et ordinavit presentibusq eligit, constituit et ordinat. Dans et conferens eidem Plenipotenti suo plenariam facultatem et potestatem Causam et Actionem Gnoso Felici Boski Pincernae Terrae Czernensis Principali Noli Salewski administratori bonorum Boze, Laboriosis Martino Szczysny, Matthia Flak, Valentino Korczak, Stanislao Krolik dicti Pincernae Czerneń Subditis ratione sui Recognitis in via publica obsessionis Strata publica, inteverceptionis rerum vi et violenter receptionis in privato Carcere detentionis pecunia receptionis ad quod cunq Judicium Regni majoris vel minoris Subsellij competens instituendi, promovendi defendendi, tutandi, processus formandi, prosequendi determinandi. Probationes inferendi, Decreta pro parte sui lata seu ferenda acceptandi, executionem illorum urgendi à contrarijs et gravaminosis Sententijs ad altius Subselli: um appellandi, appellationes prosequendi, Juramenta deferendi referendi, auscultandi, indulgendi. Alium seu alios in locum sui plenipotentes substituendi Substitutionis munus ad se revocandi. Aliaq omnia munia et officia legitimos plenipotentes concernentia peragendi. Promittens id totum quidquid per dictum Plenipotentem suum vel ejus substitutum et Substitutos nomine suo gestum actum: ve fuerit pro rato et grato susceptorum. Atq sua personali recognitione ad præmissa mediante. Alias in forma plenipotentiæ de Iure plenissima et perfectissima. ~ Quam idem Recognoscens manu sua subscripsit. ~ Gregorius Stabienski. Quam quidem plenipotentiæ Inscriptionem Nos ratam et gratam habentes haberiq

ab omnibus volentes ad Acta praesentia suscipi et ex
ijsdem de verbo ad verbum descriptam parti affectanti au
thentice extradi permisimus. In quorum fidem &c. Actum ut sup.

Relatio ejusd. Emdni Cancty

Quietat Pigtkowski & Lomadzanka de Succesione, Nobilem Kwiatkowski.

& Augustus II.s Dei gratia Rex Polonia &.

Significamus praesentibus Literis Nostris quorum
interest Universis et singulis. Quomodo coram Nobis et actis
Metrices Regni Cancellariae Nostrae majoris personaliter
comparentes Famati Joannes Piathowski muravius et
Dorothea Lomadzanka olim Nobilis Annae Kuiathowska
Nobilis Jacobi Kuiatkowski Ministerialis Regni Generalis
Consortis Legitimae Soror uno latere coniuncta Coniuges
incolae Varsavienses sani mentibus et corporibus exites
à foro et Jurisdictione sua quavis propria recedendo
huic autem Nostrae Jurisdictioni quoad actum in-
frascriptum se cum personis et bonis suis subjiciendo
maritus quidem solus per se, Consors vero ipsius in assi-
stentia mariti sui palam sponte libere et benevole reco-
gnoverunt, praesentibusq recognoscunt. Quia ipsi
Nobilem Jacobum Kuiatkowski Ministerialem Regni Emalen-
de extraditione omnium bonorum mobilium et immo
bilium in auro argento clenodijs, Stanno cupro orichalco
Vestibus pecunijs existen morte olim Nobilis Annae Lo
madzanka dicti Nobilis Kwiatkowski Consortis vita
functa relictorum et in se recognoscentes et praecipue
Dorotheam Lomazdzanka tanquam Sororem suam uno
latere coniunctam devolutorum et ad se Jure divino
et naturalis Successionis titulo spectantium tum et
de processu iudiciario coram Judicio Advocatiali et
Scabinali Novae Civitatis Varsaviae intuitu extraditi-
onis eorundem bonorum iuxta praescriptum Juris Cul-
mensis in eadem Civitate practicati saepefato Kuiat
kowski instituto, quietarunt liberum absolutumq fe-
cerunt ac pronunciaverunt prout praesentibus quietant
liberum absolutumq faciunt aviternè. Nihil sibi Juris

pratext

prætextus, prætensionis, coloris, intuitu eorundem bono-
rum reservando aut excipiendo. Verum sibi et suis quibus
vis Succesſoribus perpetuum silentium imponendo et
indicendo. Proceſsus et Decreta omnia supradicti Judicij
Civilis Nouæ Varsaviæ ratione extraditionis bonorum eo-
rundem cum eodem Kuiatkowski format" et Lata cassant
abrogant et annihilant sibiq; in præmiſsis perpetuum si len
tium imponunt et indicunt. Quinimo omne Jus quod
sibi ad bona suprarecensita serviebat et competebat in
personam sæpetacti Nobilis Kwiatkowski transferunt deri-
vant et transfundunt in forma Juris ampliſsima. Hac
sua personali recognitione ad præmiſsa omnia mediante
In forma alias quietationis, Juris transfusionis de Jure
pleniſsima et perfectiſsima. Quam ejusmodi Inscriptio-
nem quietationis et Juris transfusionis manibus suis
subscripserunt Jan Piatkowski. ✝ Quam quidem
Quietationis inscriptionem suprascriptam Nos ratam
et gratam habentes haberiq; ab omnibus volentes ad
Acta præsentia suscipi ijsdem inseri et ex ejsdem de Ver-
bo ad Verbum descriptt" parti affectanti authenticè
extradi permisimus. In quorum fidem &. Actum
Varsaviæ Feria Sexta post Festum Nativitatis Sancti
Joannis Baptiſtæ proxima dic scilicet vigesima quin-
ta Mensis Junij Anno Domini Millesimo Septingentesimo &.

Relatio ejusdem Illustriſsimi et
Reverendmi Supremi Cancellÿ Rni.

Oblata Privilegij per Lanionos Extra-Contubernales aulicos impetrati.

Augustus II.s Dei Gratia Rex Polonice &. &c.
Significamus præsentibus Literis Nostris quorum
interest Universis et Singulis. Quod ad Nos et Acta
Metrices Regni Cancellariæ Nostræ majoris venien-
tes personaliter Honesti Joannes Jaczynski, Stephanus
Zotkiewski et Stephanus Markiewicz Laniones Nri
Curienses obtulerunt et ad acti candum porrexerunt
Privilegium Nostrum manu Nostra subscriptum et
Sigillo Regni majoris Cancellariæ Nræ pensili commu-

nitum sanum, salvum, et illæsum, omnig noto Sus
spicionis carens cujus tenor talis. Augustus Secundus
Dei gratia Rex Poloniæ &. Significamus præsen Lris &.
Quæ Privilegia Suprema Regum potestas suis Subiectis
gratiose concessit eadem plene ac inviolabiliter observare
ut consentaneum ac congruum est eo magis manutenere
debemus Sanctioris fœderis Voto obligamur. Cum ig'r
divi Prædecessores Nostri Lanionibus Extra Contuberna-
libus, seu verius Curiensibus per retroacta sæcula varias
immunitates, Libertates, Jura, Privilegia indulsissent
hujusmodiꝫ gratiam ac favores benefícos Nobis in perso-
na sua Honesti Joannes Jaczynski, Stephanus Zotkiewski
Stephanus Markiewicz Laniones nostri Curienses
Suo et aliorum in numero duodecim nomine ad appro
bandum et confirmandum obtulissent. Inter quos Decre
tum Serenissimi Vladislai Quarti assessorũ Nrorum
Sabbatho infra octavam Festi Visitationis Beatissi-
mæ Mariæ Virginis Anno Millesimo Sexcentesimo
Quadragesimo Septimo. Regnorum Poloniæ decimo Sto
Suecia decimo Sexto anno ex Serijs partium Controver-
sijs inter Laniones Contubernales Varsavienses et
Nostros Curienses seu extra Contubernales respectu
Venditionis et emptionis Carnium Latum præsentati
verunt. Quo quidem in Decreto extat in numero debere
duodecim Laniones Curienses et quandocunꝫ aliquis
locus ex dictis duodecim Lanionibus per mortem seu
alium quemvis casum vacaverit. Nobis duntaxat
nec cuivis alteri competere alium seu alios specia-
liter privilegio Nostro præficere et assignare reservan-
tum. Cautumꝫ ut sub præsentia Nra Varsaviæ Car-
nes quandocunꝫ venum exponere et in platea longa
divendere pecora cujusvis generis coemere ac alia
quæ ad artificium illorum pertinent libere exercere
possent. Secus vero sub absentia Nostra ijdem Lani-
ones Curienses ab artificio et exercitio suo omnino absti-
nere debent, nisi aliquis Princeps ex Sanguine Regio Var-
saviæ revideret, quo casu liberum erit Sex Lanionibus
Curiensibus artificium exercere acsi sub præsentia Nostra

quotiescunꝫ

quotiescunq Nos Varsavia discedemus ex ꝑdictis
Lanionibus Curiensibus, Sex Curiam & aulam Nrãm
sequi et Carnes suppeditare tenebuntur erunt que
adstricti. Post quorum quidem Jurium, libertatum, privi
legiorum ac prœallegati Decreti ꝓsentationem suppli
cari Nobis fecerunt Dignitarij & Officiales nostri nomine
et pro parte supramemoratorum Lanionum Curiensiũ
quatenus eadem prœallegata Jura, libertates et immunita
tes coram Nobis producta approbaremus, confirmarem,
ratificaremus, sanaremus, innovaremus ac dictam
reservationem, casu quo non esset plenus numerus La
nionum Curiensium resolveremus. Nos in prœmissis
nemini tanto fortius suprascriptis Lanionibus hacten
oppressis et depauperatis deesse volentes et ad intercessionem
quorundam Consiliariorum Nrorum lateri Nostro assi
dentium eadem Jura Privilegia, libertates et immu
nitates à Srnmis Prædecessoribus Nostris ijsdem gra
tiosè collatas / quibus uti Servitores Aulæ Nrã actuales
gaudebant & utifruebantur / aliaq̃ omnia hic non
specificata quæ tamen pro insertis et specificatis non se
cus ac si de verbo ad verbum hic inscripta essent, habere
volumus nullis penitus exceptis in omnibus et Singulis eo:
rum punctis, clausulis, articulis, ligamentis, conditio:
nibus approbañ, confirmañ, ratificañ, sanañ et inno
vandõ esse duximus, uti quidem ex plenitudine pote
statis Nrã Regiæ de certa scientia Nrã et voluntate appro
bamus, confirmamus, ratificamus, sanamus, et inno
vamus, defectus omnes si qui sunt supplemus præsenti
Diplomate Nostro et resolvimus punctum decreti reserva:
tionis, si aliquis ex dictis duodecim Lanionibus Curiẽ mor
vel casu quo depereat. Extunc in locum deperditi supra
scripti Laniones Curienses Virum bonæ fidei et honestum
ad numerum suum duodenarium adsciscere et coopta:
re perpetuis temporibus habebunt facultatem, eundemq̃ Ma:
gnifico Supremo Rñi Marschalco vel ipsius Officio ꝓsentare
tenebuntur. Cui hac in parte eundem præsentatum dictis Curi:
ensibus adscribendi potestatem perpetuo et in ævum impartimur.

Qui quidem Curienses Laniones Nostri in numero pleno duodecim semper manere aviteve debebunt et nulli Judicio vel Subsellio præterquam Nostro et memorati Magnifici Marschalci Regni subiacebunt quos præsentibus, à quorumvis Judiciorum Subsellijs Magistratibus Civilibus et Officijs Castrensibus perpetuo et in ævum eximimus, et liberos fore esse debere declaramus. Nullumq; Judicatum vel executionem debere pati decernimus, dicimus, ac finaliter sententiamus. Insuper matura intra Nos cum Consiliarijs Nostris lateri Nro assideri præhabita deliberatione statuimus ut quandocunq; contigeret Nos Varsaviæ non residere vel alicubi extra Regnum migrari extunc Sex ex prædictis Lanionibus Curiensibus uti Servitores aulæ Nostræ Nostram aulam Regiam sequi et Carnes suppeditari tenebuntur eruntq; adstricti Cæteri vero Sex sub absentiâ Nostrâ hic Varsaviæ commorari ad adventum Nostrum debebunt et expectabunt præsentiam Nostram. Ne vero orbati victu et amictu maneant tribuimus ipsis facultatem venum exponendi carnes coemendi et divendendi idq; diebus non nisi Dominicis, Ferijs tertijs et Ferijs quintis, ac diebus festivis sub præsentia vero Nostra Diebus singulis omnes Nostri Curienses Laniones uti Servitores actuales in numero duodecim existentes et non plures ob numerositatem plebis caristiaq; nimia et alijs rationibus animum Nostrum permoventibus / venum exponere boves, arietes, et cætera omnis generis cõemere ex cõemptis carnes divendere valebunt libere et licite absq; quorumvis Magistratuum & Contuberniorum præpeditione idq; sub pœna mille aureorum hungaricalium in casu contraventionis extendenda et irremissibiliter Curiensibus Nostris et Magnifico Marschalco vel ejus Officio persolvenda. Cæterisq; gravioribus et arbitrarijs pœnis. Et ita dicimus, decernimus, declaramus, sententiamus ac statuimq; perpetuo et in ævum / non obstantibus Privilegijs Contuberniorum Lanionum concessis emanatis vel in futurum emanandis, cæterisq; alijs rescriptis et responsis Nris aliquomodo subreptitie obtinendis; quæ præsentibus annullantur, tolluntur, et nihil nocere debere

præti

praesenti expresse voluntati Nrae / declaramus. Decer-
nentes ea omnia Jura & Privilegia omnia quae in ipsis
contenta à Nobis et Srrmis Successoribus Nostris Regi-
bus Poloniae rata, firma valida inviolabilia temporibus
perpetuis manere roburq et pondus suum debitum
quantum Juris publici rationes sinunt ususq eorum
habetur semper retinere debere. In cujus rei fidem pre-
sentes manu Nostra subscriptas Sigillo Regni commu-
niri mandavimus. Dabantur in Regia Nostra Varsa-
viae Die trigesima Mensis Maij. Anno Domini Mille-
simo Septingentesimo Regni Nostri Tertio Anno. Au-
gustus Rex Locus Sigilli Majoris Cancellaria Regni pen-
silis. Confirmatio generalis Lanionibus Extracontu-
bernalibus alias Zarembaeom Sacrae Regiae Majestatis
una cum declaratione Decreti Srrmi Vladislai Quarti
approbatt et resolutt servien Venceslaus Franciscus Trzem
ski Pincerna Ravensis Sacrae Regiae Mattis Secretarius.
Quod quidem Privilegium Nostrum suprascriptum / cujq
originale ijdem Offerentes denuo ad se receperunt et de
recepto Cancellariam Nostram quietarunt. / Nos ad Acta
praesentia suscipi ijsdem inseri atq authentice parti
affectanti extradi, ex ijsdem actis Nris de Verbo ad Verbo
depromptum et descriptum permisimus. Inquorum &c.
Actum Varsaviae Sabbatho post Festum Nativitatis San-
cti Joannis Baptistae proxima die scilicet vigesima
Sexta Mensis Julij Anno Domini 1700. Anno.

Relatio ejusdem Illmi et Rndmi
Supremi Cancellarij Regni.

Oblata Confirmationis Privilegij super Magistratum Wschoven Civilem

Augustus II. Dei gratia Rex Poloniae &c.

Significamus praesentibus Literis Nostris quorum Ex.
interest Universis et Singulis. Quod ad Nos et Acta
Metrices Regni Cancellariae Nostrae majoris veniens
personaliter Nobilis Casimirus Cichocki obtulit et ad acti-
candumq porrexit Privilegium Nostrum manu Nostra
subscriptum et Sigillo Regni communitum Civitati Nostrae

A: 1700.

Wschovensi serviens sanum, salvum et illæsum omnique suspicionis nota carens cujus tenor talis. Augustus Secundus Dei gratia Rex Polonicæ Magnus Dux &. Significamus &. Exhibitas nobis esse nomine et pro parte Civium Nrorum Wschovensium Literas Papyraceas manu Srnmi olim Joannis Casimiri Regis Polonicæ Prædecessoris Nostri subscriptas Sigillog Majoris Cancellariæ Regni communitas confirmationem Privilegij super electionem Magistratus Civilis Civitatis Nostræ Wschoven in se continentes sanas, salvas et illæsas omniq suspicionis nota carentes, quarum tenor de verbo ad verbum sequitur ejusmodi. Joannes Casimirus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ Masoviæ Samogitiæ Livoniæ Smolenscie Severiæ Czerniechoviæq nec non Suecorum, Gottorum Vandalorumq hæreditarius Rex. Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest Universis et Singulis. Reproductum coram Nobis esse Privilegium Electionis Candidatorum in Magistratum Wschovensem Civitatis Nostræ inferius de verbo ad Verbum insertum ex actis Civilibus Wschovensibus sub Sigillo Civili descriptum et per Serenissimum Diuæ Memoriæ Sigismundum Tertium Parentem Nrum desideratissimum confirmatum. Supplicatumq Nobis esse nomine Magistratus et totius Communitatis Wschoven ut ipsis idem Privilegium infrascriptum Authoritate Nra Regia approbare & confirmare dignaremur cujus quidem Privilegij tenor et contextus de verbo ad verbum sequitur et est talis. Sigismundus Tertius Dei gratia Rex Polonicæ Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ Masoviæ Samogitiæ Livoniæ &. nec non Regni Sueciæ proximus Hæres et futurus Rex. Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest Universis et singulis. Exhibitas Nobis fuisse nomine Civium Nostrorum Wschovensium Literas pargameneas privilegij ipsorum de præsentandis ab eisdem Concivibus suis Capitaneo Wschovensi ad Consulatum gerendum idoneis titulo Srnmi Regis Vladislai Antecessoris Nostri inscriptas Sigillog Regni minori communitas sanas integras omniq suspicione carentes. Supplicatumq Nobis fuit eorundem Civium Nrorum Wschoven nomine ut eas Literas authoritate Nra approbare, con-

firmare

firmare et ratificare dignaremur. Quarum exemplum
tale est. Vladislaus Dei gratia Rex Polonie Lithuanie q
Princeps Supremus, et hæres Russie &. Significam us
tenore præsentium quibus expedit Universis. Quomodo vo:
lentes in Civitate Nostra Wschovensi conditionem facere
meliorem omnibus Civibus eandem Civitatem Wschoven
inhabitantibus hanc tenore præsentium concedimus fa:
cultatem ut quotiescunq ipsos Cives Proconsulem et Consules
ejusdem civitatis eligere contigerit, extunc duodecim Viros
idoneos et bonæ famæ quos scirent ad regimen Civitatis dicte
aptiores et regio Culmini fideles et devotos Capitaneo Nro
qui pro tempore fuerit vel ipsius Burgrabio aut Vicesgerenti
debent et tenebuntur præsentare ex quibus Capitaneus Nr
unum Proconsulem reliquos vero ex ipsis in Consules omni
contradictione cessante debet admittere eligere et in eosdem
conservare, ac pro Consiliarijs dicte Civitatis annis singulis
ad decursum decem annorum continuè se sequentium in:
clusivè deputare et omnimode assignare. Quo circa tibi Ca:
pitaneo Nostro pro tempore existenti nostris firmis damus
in Mandatis regalibus; quatenus Electionem hujusmodi sub:
scriptam nullatenus gratiæ Nostræ subobten præsumas im:
pedire sed ipsam sic ut præfertur admittas annis prædictis
faciendam. Si quis autem contra hujusmodi gratiam Nram
ipsis ex nunc concessam, ausu temerario aliquid attentave:
rit seu attentare præsumpserit noverit se indignationem
Nram
incursurum harum quibus Sigillum Nrum appensum est
testimonio Literarum. Datum in Constan Feria Secunda
proxima ante Festum Sanctæ Margarethæ Anno Domi:
ni Millesimo Quadringentesimo Vigesimo. Q. Relatio Vnbis
Stanislai Ciotek Custodis Gnesnen Regni Polonie Vice:
cancellarij. Nos itaq dictæ Supplicationi ut iustæ an:
nuentes præinsertas Litevas in omnibus earum punctis
clausulis, conditionibus & articulis quantum de Jure
est approbandum et confirmandum esse duximus prout
approbamus et confirmamus præsentibus Literis Nris
hac correctione adhibita quod ÿ qui per plebem Civitis
ad gerendos Magistratus Capitaneo Wschovensi præsentati
et ab eo in Proconsules vel Consules creati fuerint non
ad decem, sed ad unius duntaxat tantum anni Spatium

eosdem Magistratus gerere debeant. In cujus rei fidem
præsentes manu Nostra subscriptas Sigillo q Regni com-
muniri mandavimus. Datum Varsaviæ in Generalibus
Regni Comitijs die decima octava Mensis Aprilis. Anno
Domini Millesimo Quingentesimo Octuagesimo Nono Rni
vero Nostri Secundo. Sigismundus Rex Locus Sigilli Regni
Georgius Branicki Hæc quemadmodum in suo originali
continentur ita de verbo ad verbum sunt descripta et
in majus fidei robur Civitatis Wschoveñ Sigillo commu-
nita Wschoviæ die ultima Januarij Anno Domini
Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Primo. Locus Sigilli
Civilis Wschovensis. Nos igitur Joannes Casimirus Rex
præfatæ Supplicationi benigniè annuentes præinsertum
Privilegium Electionis Magistratus in omnibus illius
punctis clausulis, nexibus ligamentis conditionibus
et prout de verbo ad verbum in se continetur iuxta Su-
ris et usus communis præscriptum approbandum et
confirmandum esse duximus, uti quidem cum ea spe-
ciali melioratione et declaratione Nostra, ut in posterum
communitas. Wschoveñ octo duntaxat et non duodecim
ex libera civium electione et suffragijs suis Cives Candi-
datos ad gerendum Magistratum Gnoso Capitaneo Wscho-
vensi pro tempore existenti seu illius Vicesgerenti Suc-
cessoribusq suis annuatim usitato tempore præsen-
tare teneantur ex quibus modo dictis octo Candidatis
Unum Proconsulem reliquos vero septem in Consules
Gnosus Capitaneus seu Suus Vicesgerens ordinare
collocare et constituere debebit eiusq adstrictus, appro-
bamus et confirmamus hisce literis Nostris. Volentes
ut hæc confirmatio Nra vim et robur perpetuæ firmi-
tatis obtineat et à Gnosis Capneis Wschoveñ suisq Offici-
alibus seu vicesgerentibus inviolabiliter conservetur
perpetuò pro gratia Nostra. In cujus rei fidem prntes
manu Nra subscriptas sigillo Regni communiri jus-
simus. Datum in Oppido Kielce Episcopali die decima
Octava Mensis Februarij Anno Domini M.DC.LXI.
Regnorum Nrorum Poloniæ & Sueciæ decimo Tertio
Anno. Confirmatio Privilegij super Electionem
Magrtus.

Magistratus Civilis Civitati Nrae Wschovensi servien
Ioannes Casimirus Rex Locus Sigilli majoris Cancellariae
Regni, Stephanus Hankiewicz Secretarius Regiae Mttis
Supplicatumq est Nobis quatenus easdem Literas Nos
quoq3 authovitate Nra Regia confirmare, approbare et ra-
tificare dignaremur. Nos itaq3 Augustus Rex
praefatae Supplicationi benigne annuentes praeinsertas
Literas in omnibus earum punctis clausulis articulis
confirmandas approbandas et roborandas esse duximus uti
quidem cum ea speciali meliorat'one et declavatione
Nra ut in posterum communitas Wschovensis octo dunta-
xat et non duodecim ex libera Civium electione et Sufragijs
suis Cives Candidatos ad gerendum Magistratum Gnōso Capi-
taneo Wschoven seu illius vicesgerenti Judicij Surrogato vel
Burgrabio Successoribusq3 suis annuatim usitato tempore
praesentare teneantur ex quibus modo dictis octo candida-
tis unum Proconsulem reliquos vero Septem in Consules
Gnōsus Capitaneus seu illius Vicesgerens Judex Surrogatus
vel Burgrabius videlicet pro ipso Festo Sancti Michaelis
ordinare, collocare et constituere debebit approbamus
confirmamus et roboramus. Decernentes eadem vim
et robur perpetuae firmitatis obtinere debere. In cujus
rei fidem praesentes manu nostra subscriptas Sigillo Regni
communiri jussimus. Datum Dresnae die decimaquinta
Mensis Decembris. Anno Domini MDCXCIX Regni vero
Nostri tertio Anno. Confirmatio Privilegij super Electionem
Magistratus Civilis Civitati nostrae Wschovensi servien
Augustus Rex Locus Sigilli Majoris Cancellariae Regni, Ven:
ceslaus Franciscus Trzcinski Pincerna Ravensis SR Mttis
Secretarius. Quod quidem Privilegium Nostrum supra-
scriptum / cujus originale idem Offerens denuo ad se
recepit et de recepto Cancellariam Nostram quietavit /
Nos ad ctcta praesentia suscipi ijsdem inseri atq ingros-
sari et ex ijsdem actis Nostris de verbo ad verbum deper-
ptum et descriptum parti affectanti authentice extradi
permisimus. In quorum fidem &. Actum Varsaviae Fe-
ria Quinta pridie Festi Visitationis Beatae Mariae Virgis
Die videlicet prima Mensis Julij Anno Domini 1700.

Relatio Rndmi Supremi Cancellary Regni.

A: 1700.

Quietat Vnblis Parochus Jezierscen: Religiosos Prês Ordis Prædicatt Convent Vars

Augustus II.us Dei Gratia Rex Poloniæ &.

Ex. Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest Vniversis et Singulis. Quod coram nobis et Actis Metricis Regni Cancellariæ Nostræ majoris personalr comparens, Vnblis Joannes Casimirus Aksanowski Kijoviensis Canonicus Parochus Jezierscensis sanus mente et corpore existens à foro, Jurisdictioneq sua propria quavis competenti recedendo, huic vero Nostræ Regiæ quoad actum præsentem et infrascripta recognoscenda attinet cumbonis suis sese subjiciendo et incorporando palam, sponte liberè benevole ac per expressum recognovit præsentibus quæ recognoscit. Quia ipse Summam Trecentorum florenorum polonicalium et provisiones per Gnosum olim Albertum Vendziecki bonorum Jurki in Terra Varsaviensi Districtu Tarcinensi certa sortis hæredis iacentium testamento seu ultima voluntate sua Anno Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo tertio Feria Secunda post Festum Sancti Adalberti proxima condito, et Decreto Vnblis Alexandri Halanski Præpositi Ecclesiæ Collegiatæ Varsavien Surrogati Judicis Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Septimo die Veneris octava Mensis Februarij approbato pro pauperibus Xenodochij Ecclesiæ Jezierniscensis nunc et pro tempore existentibus legatam & ordinatam de et ex manibus Religiosi Petri Drogoszewski S.æ Theologiæ Magistri et Prioris Conventus Religiosorum Patrum Fratrum Ordinis Prædicatorum Sancti Dominici Varsavien ad Ecclesiam S.ti Hiacynthi degen tanquam bonorum Suprascriptorum Jurisdicupatorum hæredum et possessorum prompta prnti et circa acta numerata pecunia tulit, levavit, percepit, et abnumeravit. De qua levata, percepta et realiter numerata pecunia idem Recognoscens eundem Religiosum Patrem Petrum Drogoszewski Priorem totumq Conventum Sæpedictum Varsavien quietavit liberos absolutosq fecit & pronunciavit prout præsentibus

quietat, liberos absolutosq; facit ac pronunciat. Nihil sibi et dictis pauperibus, Iuris, dominij, proprietatis, propinquitatis reservando aut quovis modo excipiendo, Verum sibi et suis Succedaneis ac prædicti Xenodochij pauperibus perpetuum Silentium imponendo et indicendo silentium. Hac sua personali comparitione ad præmissa mediante. Alias in forma quietationis de satisfactione et persolutione tam Summæ Capitalis quam et provisionibus amplissima & perfectissima. Quam ejusmodi inscriptionis quietationem manu sua propria subscripsit. Joannes Casimirus Aksanowski Can. Kijovien. Parochus Jezierscen. Quam ejusmodi quietationis Inscriptionem suprascriptam Nos ratam et gratam habentes habericq; ab omnibus volentes ad Acta præsentia suscipi ijsdem inseri atq; ingrossari et ex ijsdem actis Nostris de verbo ad Verbum descriptam parti affectanti authentice extradi permisimus. In quorum fidem &. Actum Varsavice Feria Secunda post Festum Sanctor. Petri & Pauli Apostolorum proxima die quinta Mensis Julij Anno Domini Millesimo Septingentesimo. Regni vero &.

Relatio ejusdem Illrmi & Rndmi Supremi Cancellarij Regni.

Inscribit Censum 300. flor. Gnosus Zaleski Unrbli Parocho Jezierscensi.

Augustus II.us Dei gratia Rex Polonia. &. &.

Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest Vniversis & Singulis. Quod coram Nobis & Actis Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Majoris personaliter comparens Gnosus Josephus Zaleski bonorum Cychry certæ Sortis Daneczyzna dicta hæres & possessor sanus mente et corpore existens, à terris, districtibus, forog. suo quovis proprio et competenti recedendo huic vero Illa Jurisdictioni Regiæ cum persona & bonis suis quoadhunc duntaxat actum attinet subjiciendo & incorporando, palam, sponte, libere, benevole ac perexpressum recognovit præsentibusq; recognoscit. Quia ipse Summam Trecentorum Florenorum polonicalium currentis in Regno Monetæ hodierna die actus præsentis de bonis Jurki possessionis ad præsens Religiosorum Patrum Prædicatorum Conventus Novæ Varsaviæ levatam de et ex manibus Venerabilis

A: 1780.

Joannis Casimiri Aksanowski Canonici Kijoviensis Parochi Iezierscensis prompta parata et circa Acta hra realiter numerata pecunia tulit, percepit levavit & abnumeravit in vim tamen reemptionis alias na Wyderkauff. Quamquidem Summam trecentorum florenorum polonicalium quemlibet florenum triginta, grossis numerando moneta et numeri in Regno curren eidem Vnbli Joanni Casimiro Aksanowski seu verius Hospitali & Pauperibus Iezierscensibus in & super bonis suis mobilibus & immobilibus nunc habitis et in futurum habendis præsertim vero et specifice in bonis Cychry seu verius in sorte earundem bonorum Danec: czyzna nuncupatt hac Summa suprarecensita de manibus Gnosi Adami Grotowski Summa Quingentorum flo: renorum polonicalium obligatt exempta obligat inscribit & assecurat tam in suprafata Sorte quam omnibus pertinentijs, attinentijs ad eandem Sortem bonorum hæreditariorum recognoscentis propriorum ac Cmethonibus tabernatoribus et alijs quibusvis incolis præfatæ Sortis Daneczyzna spectan. Et qua quidem Summa Trecentorum florenorum polonicalium monetæ et numeri in Regno Currentis modernus recognoscens cum suis Successoribus et præfatorum bonorum possessoribus Censum annuum reemptionalem à quolibet Centum per Septem computando et numerando videlicet Summam Viginti unius florenorum Polonicalium Currentis in Regno moneta eidem Venerabili Parocho Iezierscensi nunc et pro tempore existenti in tunicas pauperum Xenodochij Iezierscensis juxta voluntatem Gnosi Alberti Vlanicchi ejusdem Summæ fundatoris et testamentaliter seu sua ultima voluntate ordinatæ et non in alios usus convertendam Inciendo ejusdem Summæ Censualis florenorum viginti unius polonicatt Currentis in Regno Moneta Solutionem in et pro Festo Sancti Martini Pontificis Anno prti celebrando et sic de anno in annum pro eodem Festo S. Martini prævia manuali quietatione per præfatum Vrbtem Aksanowski ejusq Succe: daneos danda eo nomine se inscribit obligat

et assecurat modis de Iure quam firmissimis Solutturum
et suos Successores solutturos. Casu vero hujusmodi census
pro termino prefixo non exolutionis. Et presenti inscri-
ptioni Contraventionis atq; vadio infrascripto ex tunc
paratam Intromissionem per Ministerialem Regni Gene-
ralem et Nobiles duos prævia unica Citatione ad officium
competens Regni, cui ex persona et bonis suis subest per-
emptoria, tam respectu Census quam et damnorum ac
vadij peremptorio in termino primo quem sibi recogñs
constituit peremptorium libere admittit et suos Succes-so-
res bonorumq; præfatorum quosvis possessores obligat et
adstringit. Insuper idem recognoscens obligat se et suos
Successores occasione præfati Census ab omnibus inscri-
ptionibus prioribus si quæsunt et omni impetitione
iuridica præfatum Parochum Jezierscen et ejus Succeda
neos tueri, evincere et eliberare, et indemnom reddere
ab omnibus personis et eundem Censum absq; quovis
impedimento percipere integrè valeat. Quæ omnia su-
perius expressa et in presenti Inscriptione contenta
præfatus Gnosus Zaleski et ejus Successores tenebitur
et tenebuntur complere sub vadio trecentarum marca-
rum prænominato Parocho ejusq; Succedaneis casu
contraventionis prædictæ inscriptioni solvendo. Quod
si vero noluerit aut neglexerit, ex tunc in instanti
pro præfato vadio satisfacere tenebitur. Et satisfaci-
endo pro præfato vadio utiq; omnia contenta in pre-
senti Inscriptione complere debebit, damnaq; occasione
præfati Census vindicationis Venerabili Parocho et
ejus Succedaneis illatis simplici assertione taxanda
solvere tenebitur. Quod si vero Summam hanc capi-
talem sæpefatus recognoscens de bonis suis solvere &
deportare voluerit aut ejus Successores voluerint ex
tunc duodecim Septimanis ante decursum anni eundem
Venerabilem Parochum et ejus Succedaneos de deporta-
tione ejusdem avisare et obdestinare tenebitur. Prout
se præsentibus obligat, inscribit, et assecurat. In forma
aliasq; obligatoriæ Inscriptionis plenissima. Quam In-
scriptionem manu sua propria subscripsit Josephus Zaleski

Quam ejusmodi inscriptionem suprascriptam obligatoriã Nos ratam & gratam habentes haberiq; ab omnibus vo-
lentes ad Acta præsentia suscipi, ijsdem inseri et ingros-
sari atq; ex ijsdem Actis nostris de verbo ad verbum deprom
ptam parti affectanti authentice extradi permisimus.
In quorum fidem &. Actum ut Supra.

Relatio ejusdem Rnõmi Cancellarij Regni.

Relatio Mnĩrlis Regni Generalis extra diti Mandati pro parte Confraterni- tatis pij montis S. Lazari Misericordiæ

Augustus II. Dei gratia Rex Poloniæ &.

Ex. Significamus præsentibus Literis Nostris quorum
interest Vniversis & Singulis. Quod ad Nos et acta
Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Majoris veniens
personaliter Nobilis Iacobus Kwiatkowski in vim suæ veræ
ac fidelis relationis ubiq; locorum faciendæ palam ultro
ac benevole recognovit. Quia ipse ad instantiam partis
actoreæ infrascriptæ ex officio suo existens requisitus con
descendendo ad fundos et Domos infrascriptas Sabbatho
ante Festum Nativitatis Sancti Ioannis Baptistæ pro-
xima die videlicet decima Nona Mensis Iunij anni num
Currentis Literas mandati seu Citationum Nostrarum
regiarum in numero quatuor ex Cancellaria majori
Regni contra Spectabiles Proconsulem Consules Civitat
Nouæ Varsaviæ et alios in ijsdem Citationibus expressos
emanatas Sigillo Regni majori transversali impresso
munitas tenoris talis. Augustus Secundus Dei gratia
Rex Poloniæ Magnus &. Vobis Venerabili Augustino
Bernicz Canonico Varsaviensi. Religiosis Patribus
Guardiano totiq; Conventui Varsaviensi Ordinis Sancti
Francisci minorum Conventualium, Spectabilibus
Proconsuli, Consulibus, Ntratis Scabinis, Famatis
Decemviris Civitatis Nostræ nouæ Varsaviæ Gnõso
Sliwicki thesauri Regni Notario, Nobilibus
Ioanni Kochanski Mostecki, Jacobo Swie-
gurski, Famõ Ioanni Madeyski Cyroni Suc-
cessoribus, Stanislao Wielochowski, Famõ Tobiæ Tauman
Michaeli Murario. Valentino Rys, Matthiæ Tropiewic
aliisq; quibusvis fundi infrascripti Ademptoribus,

occupatoribus & possessoribus de pevsonis causa infra
scripta bonisq Vestris generaliter omnibus mandam,
ut coram Nobis Judicioq Nostro Assessoriali Varsaviæ
aut ubi tunc cum Curia Nostra feliciter constituti
fuerimus à positione præsentis citationis nostræ in
duabus Septimanis seu tum dum et quando Causa &:
sens ex regestro vocandarum causarum publico ad iu:
dicandum acclamata fuerit personaliter, legitimè ac
peremptorie compareatis. Ad instantiam Gnósi In:
stigatoris Regni ejusq Delatorum Confraternitatis
Pij montis Sancti Lazari misericordiæ Dei Vars. Qui
vos post obtentam primæ Contumaciæ pœnam citant
pro eo. Quia Vos non formidando rigorem Legis contra
indebitos et violentos occupatores fundi sanctæ et Legi:
bus Regni sat severe contra talia audentes descripti ausi
estis et temerè præsumpsistis Confraternitatis fundum
Sancti Lazari pro pauperibus donati in Nalewki ad
Varsaviam inter fundos Vestros vicinos consistem pri:
vata authoritate et clanculum adimere eundem fun:
dum nullo habito Jure insedere ædificia hortos in
eodem construere et exædificare, usus fructus pau:
peribus ordinatos in provisionem percipere in usus
Vestros convertere neq ad requisitionem actorum
modernorum eundem fundum fructusq ejus reddere
neq deoccupare et avulsum restituere velle prout de
facto eundem fundum ademistis ædificia et hortos
construxistis et exædificastis usus fructus pro pau:
peribus fundatos percepistis et in usus suos conver:
tistis neq ad requisitionem actorum eundem fun:
dum reddere et deoccupare et avulsum restituere
voluistis panasq eo nomine Legibus Regni expressas
succubuistis. Citamini igitur ad videndum et au
diendum vos ad restitutionem et deoccupationem
fundi per vos adempti stringi ad solvendos usus
fructus ex eodem fundo perceptos compelli Jura
si qua habetis produci ejsdem Juribus vos priva:
ri demolitionem ædificiorum Vestrorum vobis in:
iungi in refusione damnorum et Litis Expensarum

vos condemnari. Cæteraq; pro Causæ et Iuris exi:
gentia contra vos Statui et sententiari. Sitis igitur
personaliter parituri terminum attentaturi et Iudici:
aliter responsuri. Datum in Cancellária majori Rñi
Feria Sexta post Octavas Sacratissimi Corporis Chri:
sti Domini die videlicet decima octava Mensis
Junij Anno ejusdem Millesimo Septingentesimo
Locus Sigilli transversalis majoris Cancellariæ
Regni. V.F.T.P.R.S.R.M.s. unam ad residentiam Spthis
Ciothowicz Proconsulis Novæ Varsaviæ alteram ad
Domum Religiosorum Patrum Franciscanorum
tertiam ad palatium Venerabilis Bernicz, quartam
denig. Inhabitatoribus præfati fundi actorũ proprij
exportavit et executus est, et terminum coram Iudi:
cijs Nostris comparendi iuxta præfixionem tempo:
ris in eadem Citatione Nostra specificatt assignavit
de quo præsentem suam fecit Relationem. Quam Nos
ab ipso suscipi, Actis ingrossari et una cum ipsa Cita
tione de promptt parti affectanti in forma authen:
tica extradi permisimus. In quorum &. Actum ut supra
Datio ejusdem Rndmi Cancellarij Lñi.

Obtulit Nobilis Zdziecki certas Literas

Augustus II. Dei gratia Rex Poloniæ &.

Significamus præsentibus Literis Nostris quorum
vp. interest Universis & Singulis. Quod ad Nos et Acta
Metrices Regni Cancellariæ personaliter veniens Nobis
Michael Zdziechi obtulit et ad acticandum porre
xit Literas infrascriptas polonico idimate formatas
manu Rndi in Christo Patris Nicolai Wyzychi Episcopi
Chełmen subscriptas et Sigillo utensili communitas
Supplicatumq; Nobis est nomine Offerentis ut easdem
Literas ad Acta præsentia suscipi ijsdem inseri et
parti affectanti in forma authentica extradi per:
mitteremus. Quarum Literarum tenor de verbo ad
verbum est qui sequitur talis. Mości Xięże Zaleski
Jakom ustnie zalecił tak y teraz przesłi Listowa
powtarzam abyś się we cale nie wdawał w żadne
Odbieranie Woytostwa Skrzyszewskiego ale przy nim

in plena possessione Im̃ P.ti Ladowskiego Metrykanta Cancellaryey Wielkiey zostawił. Na co się ręką swą podpisuię y pieczęc przyciskam w Warszawie 6. Julij 1700. Xᵉ Nikolay Wyzycki Bishup Ch.mysᵉ Locus Sigilli utensilis cera hispanica appressi. Farce miedziane gorzałczane oddać bo to nienależy na moie życie. Quas quidem Literas / quarum originale idem offerens ad se recepit et de receptis Cancellariam Nostram quietavit. Supplicationi præfatæ Nos benignè annuentes ad acta præsentia suscipi ijsdem inseri atq ingrossari et rursus ex ijsdem actis descriptas parti affe-
danti extrâdi authentice permisimus In quorum Actum Varsaviæ Feria Quarta post Festum Visitationis Beatæ Mariæ Virginis proxima die scilicet Septima Mensis Julij. Anno Domini 1700. L.

Relatio ejusdem Illrmi & Rndmi Supremi Cancellarii.

Oblata Privilegij pro Civitate Pyzdrensi.

Augustus II. Dei gratia Rex Poloniæ &c. Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest Universis & Singulis. Quod Nos et Acta Metrices Regni Cancellariæ Nostræ majoris veniens personaliter Honoratus Stanislaus Timinski Civitatis Pyzdrensis Notarius obtulit et adacticandum porrexit Literas Papiraceas Sigillo Civitatis ejusdem Pyzdrensis communitas et manu præfati offerentis subscriptas continentes in se Privilegium Serenissimi olim Sigismundi Augusti Regis Poloniæ Prædecessoris Nostri. Supplicatum est Nobis ut easdem Literas ad Acta Nostra regia suscipi, ijsdem inseri permittere dignaremur. Earundem vero literarum tenor est qui sequitur talis. Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ nec non Terrarum Petricoviæ Sandomiriæ Siradiæ Lancicæ Cuiaviæ Russiæ Prussiæ Masoviæ Culmen. Elbingen. Pomeraniæq. &c. Dñus et hæres. Universis et Singulis tam præsentibus quam futuris significamus volentes Cives Nostros Pyzdrenses

circa ipsorum bona quæ per olim Serenissimos nostros
duces et Reges ex benigna gratia donata et concessa tum
etiam ea quæ ipsi seu ipsorum prædecessores à Nobilibus
olim Catharina et Bogustawa Beneficiis dicta ipsis
incolis Pyzdrensibus à multis temporibus resignata atq;
vendita. Quæ licet bona per prædecessores Nostros præfatos
per Nos confirmata et restaurata. Itaq; Privilegium
Nostrum Originale prædictæ Civitatis Nostræ Pyzdrensis
à multis temporibus per voraginem ignis est consumptum
atq; amissum. Ideo ad petitionem Magnificorum Domi
norum Stanislai à Czarnkow Referendarij Nostri et
Dragimeń Capitanei et Magnifici Domini Alberti fra
tris ejus germani majoris Poloniæ Generalis Pyzdrensis
Capitanei benignè gratioseq; acclinati Privilegium
ipsis incolis Nostris Pyzdrensibus iuxta Privilegia Civi:
tatis Nostræ dictæ Kalisz atq; aliarum Civitatum nrarum
benigne concedimus prout concessimus præsentibus.
Limites graniciesq; præfatæ Civitatis Nostræ prout ex
antiquo limitatæ sunt atq; resignatæ describen.
Et in primis bona Nostra præfatorum Civium Pyzdren
sium incipiendo per fluvium dictum Warta tenæ
dunt penes pratum à dextra manu dictum poremba
quod pratum etiam Civile fuit penes rivum Rowce
dictum per antiquum laterificium usq; ad molendinum
regale novum dictum Stodek ad viam qua itur ad Ko
nin eadem via limites Civitatis Nostræ Pyzdrensis
tendunt ad molendinum dictum Biatobrzeg ubi est
scopulus destructus exeundo de vado via quæ ten
dit prope boram et Sylvam Civilem Pyzdrensem dict.
Sptawie ad manum dextram, penes quam viam de
monstrantur quidam Sulci Beneficiis vocati usq;
ad definies Sptawie Sylvæ et ad viam quæ tendit
à molendino Biatobrzegi ad Jadomierz quæ via
limitat granicies Villæ regalis Nostræ Dtusko atq;
Rataie et Civiles quæ tendit ad Villam Jadomierz
per eum montem versus Jadomierz ad Scopulum
veterem Signatum qui fixus in acie campi Villæ

Myszakowo per Sylvam et rivum Zielowca et per
borram ad Sylvam Grudzin inqua borra atq Sylva
sunt scopuli collaterales usq ad granicies borra
Monasterij Landensis à quibus scopulis perguns
scopuli collaterales ad Villam dictam Tomice per
borram, ubi sunt tres scopuli unus Cenobij alter
Civitatis Nostrae Pyzdrensis, tertius Villae Tomice colla-
terales a quibus via versus Tomice itur ubi ex
utraq parte viae sunt scopuli renovati collaterales
limitant novam borram Civilem cum borra Villae
Szymanowice et Villae Tomice penes molendinum et
Stagnum ejusdem Villae et Sylvam Novam Civilem
ad Scopulum angularem, qui noviter sipatus est
de consensu haeredum de Tomice et Szymanowice
et penes Vadum seu rivum qui fluit penes campum
ejusdem Villae. Qui Scopulus dividit haereditates Vil-
larum Tomice et Szymanowice et bona Civilia seu
novam borram Civitatis Pyzdren à quo scopulo alij
scopuli penes viam quae ducit de Tomice ad Lukom usq
ad viam dictam Rosciszewska eadem via de Grudzin To-
miceq inde Scopulus extat ubi angularis est Scopulus
à quo retro Sylvam ad vadum seu flumen dictum
Zimochowiec Scopulis antiquibus sipatis qui dividunt
bona Villae Szymanowicze et bona Villae Tomice atq
bona Civilia Pyzdrensia. Deinde eodem flumine penes
bona haereditaria Villae Ciemierowo ad granicies Villae
Nostrae regalis Lisowo via per vadum dictum przechod
quae via dividit bona Nostra regalia Villae Nostrae Lisowo
et penes lutum dictum Lisowka ad Scopulos tres
magnos per viam quae ducit de Pyzdry ad Kalisz qui
Scopuli dividunt bona nostrae Villae regalis dictae Lisowo
et bona villae Tarnow et bona Civilia Pyzdren inde ab
eodem flumine versus Pyzdry penes prata & haere-
tem Villae Tarnowo per vadum dictum minor Siekonka
quas haereditates vadus seu rivus iam supranńatas
alias Sanica dividit usq ad Civitatem Pyzdry penes
prata Advocatiae Pyzdrensis penes Stagna alias Je-
ziora Advocatialia ad flumen antiquum Warta

dictum ex alia parte fluvij dicti Warta à furca alias
od Szubienice penes hereditatem Ville Tarnowo et he
reditatem Villa Sptawie et hæreditatem Ville Nowawies
heredum de Tarnowo & Zieleniec et Hæreditatem
Chlebowo ad Scopulum maynum dictum Koniowy -
qui Scopulus dividit hereditates Villam Chlebowo
et aliam Villam Wszemboz & Villam Civilem dictam
Cieste. A quo Scopulo magno alias Koniowy per lutum
alias per Racz Kędy był Wilczy dol ad rivum seu flu:
men alias do Strugi albo do Samice Szrodka quod flu:
men transit penes bona Ville Wszemborz ad bona Ci:
vilia Cieste prætereundo in medietate fundi Civilis Py-
zdrensis Iurisdictioni ab antiquo subiacens nempe vide
licet bona specificata prædium dictum in medio campi
Szyba una cum Stagnis pratis, Campis, Sylvis, hortis,
domis, Stagniculis, atq molendino et in toto. Et aliud
prædium Libabrij dictum in fundo atq Campo Civili
Pyzdrensi Iurisdictioni ab Antiquo Pyzdrensis Civitis
subiacens una cum campis, pratis, Stagnis, Sylvis,
ædificijs, à quo flumine alias Strugi albo Samice aut
graniciebus transit flumen seu rivus ad hereditatem
Ville Borzikowo penes Villam eandem et ex alia parte
campi Civilis Pyzdrensis alias po Samicz quod flumen
seu rivus aut Samica transit ad granicies Ville Nre
regalis dicte Dtusko graniciebus dividentibus cam:
pis Ville Borzikowo et ville Nostre regalis Dtusko et Ci:
viles usq ad piscinas aut Stagna qui sunt circa ean:
dem Villam Nostram regalem dictam Dtusko. De quib
rivis aut piscinis et Stagnis Cannalibus fluit aqua
ab antiquo ad Civitatem Nostram Pyzdrensem ex pra
fatis piscinis aut Stagnis usq ad flumen dictum
Warta penes quod flumen prædium est Præpositi
hospitalis Sancti Spiritus in fundo Civili Iurisdi:
ctioni Civili Pyzdrensi subiacens ab antiquo quod
prædium supranominatum transit penes flumen
dictum Warta usq ad hortum Monasterij Francisano:
rum. Nos itaq Sigismundus Augustus Rex præno:
minatus granicies præinsertas prædicte Civitati

Nostre

Nostræ Pyzdrensi dedimus prout præsentibus damus tem
poribus perpetuis harum testimonio Literarum quibus
Sigillum Nostrum est appensum. Datum Cracoviæ
Feria Secunda post Dominicam Cantate proxima ~
Anno Domini Millesimo Quingentesimo Quadragesimo
Nono Regni Nostri Anno Vigesimo. Præsentibus Rndis
in Christo Patribus, Magnificis Generosis & Venerabilibg
Dominis Samuele Macieiowski Cracoviensi et Regni
Nostri Cancellario, Domino Joanne Droiowski Chełmeń
Episcopis, Spitkone de Tarnow Vosnicień Regni Nostri
Thesaurario et Brzezinsceń Crepicensis, Stanislao
Macieiowski Lublinensis Serenissimæ Coniugis Nostræ
Marschalco ac Zarwichostensis, Nicolao Prabia Chełmeń
Regni Nostri Vicecancellario et Lubomlień et Nicolao
Lutomirski Czechoviensi Castellanis. Joanne Lutomirski
Curiæ Nostræ Thesaurario, Jacobo Vchanski Decano Var.
saviensi Canonico Cracoviensi Valentino Dabinski
Burgrabio Cracoviensi Referendarijs Nostris testibus ad
præmissa. Datum ut supra. Quod quidem Privilegium
uti in ijsdem actis Pyzdrensibus continetur fideliter
de verbo ad verbum descriptum et ex ijsdem actis ex
traditum et pro majori fide Sigillo Civitatis Pyzdrensis
communitum. Locus Sigilli Civitatis Pyzdreń. Ex
actis Proconsularibus Civilibus Pyzdrensibus extract
Stanislaus Tyminski Notarius Pyzdreń. Quas quidem
Privilegij Literas / quarum originale idem Offerens
ad se recepit et de recepti Cancellariam Nostram qui:
etavit / Supplicationi præfatæ Nos benigne annuentes
ad Acta præsentia suscipi, ijsdem inseri atq. ingrossari
et rursus ex ijsdem actis descriptas parti affectanti
authentice extradi permisimus. In quorum fidem &
Actum ut supra.

Relatio ejusdem Illrmi &
Rndmi Cancellarij Regni.

Pincernatus Visnensis Inoso
Moczarski confertur.

Augustus II. Dei gratia Rex &.

Significamus præsentibus Literis Nostris quorum vp.
interest Vniversis et Singulis. Quod ad Nos et acta

A: 1700.

Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Majoris veniens personaliter Nobilis Felicianus Kolonka obtulit et ad acticandum porrexit Privilegium nostrum super Pincernatum Visnensem Nobili Casimiro Moczarski benigne collatum manu Nostra subscriptum et Sigillo Regni minoris Cancellariæ Nostræ communitum, sanum, salvum et illæsum omnig suspicionis nota carens. Supplicatumq Nobis est ut illud ad acta præsentia suscipi ijsdem inseri et ingrossari atq in forma authentica illud parti affectanti extradere dignaremur ejusdem vero Privilegij tenor ejusmodi. Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ &. Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest Universis & Singulis. Cum virtutis sit mereri gratitudinis remunerari ac quibus ad bene merendum boni cives feruntur conatibus ijsdem Principes in partem distributivæ iustitiæ flecti momentis dignum esse iudicamus. Nihil prius et pecularius in hoc felici Regni Nostri initio censemus, quam non ut præesse solum sed etiam prodesse Studeamus. Eos præcipue uberiori prosequentes benevolentia quorum illibatam nec ullis aduersæ fortunæ procellis concussam fidem promptum erga Nos ad obsequia Studium præclaras animi dotes experti sumus. Has virtutes & merita insignia in Generoso Casimiro Moczarski vetusta generis clavitudine conspicuo comperta habentes non immerito faciendum esse duximus ut ipsi Pincernatum Visnensem post ascensum Generosi Stanislai Gracki ad Vexilliferatum Visnensem ad præsens vacantem ad dispositionem Nram Regiam devolutu daremus & conferremus prout quidem præsentibus Literis Nris damus & conferimus. Ita ut eundem Pincernatum Terræ Visnensis cum omnibus Juribus, prærogativis immunitatibus hoc munus de antiquo concernentibus, teneat habeat et possideat ad extrema vitæ suæ tempora vel alterius dignitatis assecutionem. Quod omnibus quorum interest presertim vero Dignitarijs Officialibus et universæ Nobilitati terræ ejusdem Visnensis notum esse volentes mandamus ut amodo non alium nisi dictum Gnosm

Casimirum Moczarski pro vero et legitimo Pincerna Visnensi agnoscant eiq de loco Juribus et Prærogativis ad hoc munus spectantibus respondeant et ab alijs responderi curent. Pro gratia Nostra. In cujus rei fidem præsentes manu nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ die vigesima quarta Mensis Martij Anno Domini Millesimo Septingentesimo. Regni vero Nostri tertio. Augustus Rex. Locus Sigilli minoris Cancellariæ Regni Pincernatus Visnensis Gnoso Casimiro Moczarski post ascensum Gnósi Stanislai Opacki ad Vexilliferatum Terræ ejusdem Visnensis confertur. Joannes Casimirus Odolski Sacræ Regiæ Majestatis Secretarius mpp. Quod quidem Privilegium suprascriptum / cujus originale idem Offerens ad se recepit & de recepto Cancellariam Nostram quietavit / Nos Supplicationi præfatæ benigne annuentes ad Acta præsentia suscipi, ijsdem inseri atq ingrossari et rursus ex ijsdem actis descriptas parti affectanti authentice extradi permisimus. In quorum fidem &. Actum ut Supra

Relatio ejusdem Lndmi Cancell. Rni.

Bona Chreptiow conferuntur Generoso Wyzycki.

Augustus II.dus Dei Gratia Rex Polon &. v. d.

Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest Universis et Singulis. Quod ad Nos et acta Metrices Regni Cancellariæ Nostræ majoris veniens personaliter Nobilis Joannes Zagacki obtulit et ad actitandum porrexit privilegium Nostrum continens in se Collationem bonorum Chreptyow Gnóso Joanni Wyzycki Vexillifero Kijoviæ manu Nra propria subscriptum & Sigillo Regni Cancellariæ Majoris munitum. Supplicatumq Nobis est ut illud ad acta præsentia Nostra suscipi ijsdem inseri, et ingrossari atq illud in forma authentica extradi mandaremus. Ejusmodi vero Privilegij tenor est qui sequitur ejusmodi. Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ &. Significamus præsentibus Literis &. Quia Nos veluti ex singulari meritorum respectu Gnósi Joannis Wyzychi Vexilliferi Kijoviensis bona Chreptyow cum omnibus

A: 1700.

Villis pratis, campis, Sylvis, nemoribus, fluminibus Stagnis, piscinis, apisterijs, melificijs, cæterisq attinentijs et pertinentijs nullis penitus exceptis in Palatinatu Podoliæ sitt eidem post fata Generosi olim Joannis Myshiszewski Vexilliferi Czerniechoviensis ad Nostram dispositionem devoluta non obstante Gnosæ Mysliszewska Vexilliferæ Czerniechoviensis advitalitate ut pote non capacis tenendi dicta bona regalia Chreptyiow Turcis olim tractatu pacis Reipublicæ resignata protunc q in hostico iacentia semperq hostium incursionibus patentia uti sita in limitibus per speciale privilegium Nostrum dedimus et contulimus, ita nunc tamen si nulla privilegio Nostro superius intimato ac Gnoso Joanni Wyzychi Vexillifero Kijovien benigne collato desideretur Legitimatio providentes nihilominus eidem de plenitudine et firmitate Juris prædicta bona Chreptyiow etiam post fata ejusdem Generosæ Mysliszewska Vexilliferæ Czerniechovien eidem Gnoso Joanni Wyzychi Vexillifero Kijovien Tribuno Nostro ad extrema vitæ tempora cum omnibus attinentijs et pertinentijs per ipsumet tenenda et possidenda conferimus decernimus et declaramus, anteriusq Privilegium præsentibus Literis Nostris approbamus et confirmamus. In quorum fidem præsentes manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus Datum Varsæ die octava Mensis Januarij Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Nonagesimo octavo Regni Nostri Anno primo. Augustus Rex Locus Sigilli Majoris Cancellaria Regni. Bona Chreptyiow nuncupata in Palatinatu Podoliæ vita Gnoso Joanni Wyzycki Vexillifero Kijovia post fata Gnosi Joannis Myshiszewski Vexilliferi Czerniechovien. Venceslaus Franciscus Trzcinski Pincerna Lavensis Sacræ Regiæ Mttis Secretarius. Quod quidem Privilegium suprascriptt cujus originale idem Asserens ad se recepit et de recepto Cancellariam Nostram quietavit Nos Supplicatorij præfata benigne annuentes ad acta præsentia suscipi, ijsdem inseri atq ingrossari et rursus ex ijsdem actis descriptas parti affectanti extradi authentice permisimus. In quod &. Actum ut supra

Relatio ejusdem Andmi Cancellarii

Bona

Bona Chreptiow cum attinentijs conferuntur Gnoso Wyzycki secundario.

Augustus II.dus Dei gratia Rex Polonie &.

Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest Iniversis et singulis. Quod ad Nos et Acta Metrices Regni Cancellaria Nostra majoris veniens personaliter Nobilis Ioannes Zagachi obtulit et ad acticandum q. porrexit Privilegium Nostrum infra scriptum manu Nostra propria subscriptum ſ sanum, salvum et illæsum omniq. suspicionis nota carens. Supplicatumq. Nobis est ut illud ad acta Nostra suscipi, ijsdem inseri et ingrossari, et rursus ex ijsdem actis describi et parti affectanti authenticè extradi dignaremur. Ejusmodi vero Privilegij tenor est qui sequitur talis. Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ Masoviæ Samogitiæ Kijoviæ Volhyniæ Podoliæ Podlachiæ Smolenciæ Severiæ Czerniechoviæq. Hereditarius Saxoniæ Dux et Elector. Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest Iniversis & Singulis. Quia Nos veluti ex Singulari meritorum respectu Gnosi Ioannis Wyzycki Vexilliferi Kijoviensis bona Chreptyiow cum omnibus Villis, pratis, campis, Sylvis, nemoribus, fluminibus, stagnis, piscinis apisterijs mellificijs, cæterisq. attinentijs et pertinentijs nullis penitus exceptis in Palatinatu Podoliæ sitt eidem post fata Generosi olim Ioannis Mysliszewski Vexilliferi Czerniechoviensis ad Nostram dispositionem devoluta non obstante Gnosa Mysliszewska Vexillifera Czerniechoviensis advitalitate ut potè non capacis tenendi dicta bona regalia Chreptyiow Turcis olim tractatu pacis Reipublicæ resignata, protunc. in hostico iacentia semperq. hostiw incursionibus patentia uti sita in Limitibus per speciale Privilegium Nostrum dedimus et contulimus ita nunc tametsi nulla Privilegio Nostro superius intimato ac Gnoso Ioanni Wyzycki Vexillifero Kijoviensi benignè collato deviderètur legitimatio, providentes nihilominus eidem de plenitudine et firmitate Juris prædicta Bona Chreptyiow etiam post fata ejusdem Generosa Mysliszewska Vexillifere Czerniechoviensis ſ et sigillo regni majoris Cancellaria Communitum ſ

eidem Gnoso Joanni Wyzycki Vexillifero Kijovien Tribuno Nostro ad extrema Vitce tempora cum omnibus attinentijs et pertinentijs per ipsumet tenenda et possidenda conferimus, decernimus et declaramus, Anteriusq Privilegium presentibus Literis Nostris approbamus et confirmamus. In quorum fidem presentes manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri iussimus. Datum Zamoscij die tertia Mens Septembris Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Nonagesimo Octavo Regni vero Nostri Anno Secundo Augustus Rex. Locus Sigilli majoris Cancellatis Rni Collatio iterata Privilegij super bona Chreptyowo dicta cum omnibus attinentijs et pertinentijs in Palatinatu Podoliae sit Gnoso Joanni Wyzycki Vexillifero Kijovien anteriorisq obtenti declaratio post mortem Gnosa Victoriae Myslibeuska derelictae Viduae Venceslaus Franciscus Trzcinski Pincerna Razen Sacrae Regiae Majestatis Secretarius. Quod quidem Privilegium nostrum suprascriptum / cujus originale idem offerens ad se denuo recepit et de recepto Cancellariam Nostram quietavit. Nos Supplicationi praefatae benigne annuentes ad actu praesentia suscipi, ijsdem inseri atq ingrossari et rursq ex ijsdem Actis descriptas parti affectanti extradi Authentice permisimus. Inquorum &c Actum ut sup.

Relatio ejusdem Rni Cancellarii Rni.

Hize Privilegium Reginalis Mtis obtulit super mansionem.

Ex. Augustus II.dus Dei gratia Rex Poloniae &.

Significamus praesentibus Literis Nostris quorum interest Universis & Singulis. Quod ad Nos et Acta Metrices Regni Cancellariae Nostrae Majoris veniens personaliter Nobilis Joannes Fliche obtulit et ad acticandum porrexit Privilegium donationis Lapideae certae in numero octavae in arce Paris nuncupata hic Varsaviae consistens manu Srnmae Casimirae Reginae Poloniae Sororis Nostrae subscriptum et Sigillo ejusdem communitum, sanum, salvum et illaesum omnig nota suspicionis carens. Supplis

catumq Nobis est ut illud ad Acta Nostra suscipi ijsdem
inseri et ex ijsdem rursus descriptum parti affectanti
extradi dignaremur. Ciusmodi vero Privilegij tenor
est qui sequitur talis. Maria Casimira Dei gratia Regi:
na Polonia Magna Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ
Masoviæ Samogitiæ Kijoviæ Volhyniæ Podoliæ Podlachiæ
Livoniæ Smolensciæ Severiæ Czerniechoviæq. Significa:
mus præsentibus Literis Nostris quorum interest Uni
versis & Singulis. Quia Nos habentes rationem diutur
niorum ac fidelium obsequiorum Generosi Joannis
Hiche et Mariæ Coniugis Nobis præstitorum faciendum
esse duximus ut ipsis et filijs ecrundem Lapideam certa
videlicet numero octavam ex sinistra parte sitam in:
trando in arcem Nostram Paris dictam daremus et do:
naremus, veluti damus et donamus præsentibus Li:
ris Nostris. Vigore cujus donationis licitam semper
prædictæ Lapideæ Nostræ dispositionem habebunt eand
tam ipsimet per se tenendi et possidendi, quam alteri
cuipiam locandi ac usum et fructum inde recipiendi
ad extrema vitæ ipsorum vel alterius eorum Superstitis
et Successorum tempora. Quod omnibus quorum interest
notum esse volentes mandamus ut præfatum Gnorum
Joannem Hiche et Mariam Coniuges Successores q eorum
circa præsens Privilegium Nostrum conservent et ma:
nuteneant inviolabiliterq ab alijs conservari et ma:
nuteneri faciant. Prograția Nra. In cujus rei fidem
præsentes manu Nostra subscriptas Sigillo Nostro com
muniri iussimus. Datum Javorovicæ die Vigesimæ
prima Mensis Septembris Anno Domini M. DC. XC. VIII.
Maria Kazimira Krolowa Locus Sigilli. Ad vitalitas
super Lapidea Gnoso Joanni Hiche et Mariæ Gnjibus
Successoribusq eorum. Quod quidem Privilegium do:
nationis supra scriptum / cujus originale idem
offerens ad se recepit et de recepto Cancellariam Nam
quietavit / Nos Supplicationi præfatæ benigne annu:
entes ad acta Nostra suscipi ijsdem inseri atq ingrossari
et rursus parti affectanti ex ijsdem actis descriptas
authentice extradi permisimus. In quor. Actum ut Supra

Relatio ejusdem Supremi Cancellarij.

A: 1700.

Pincernatus Gostinensis Gnoso Hummel confertur.

Augustus II. Dei gratia Rex Poloniæ &.

v.p. Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest Universis et Singulis. Quod coram Nobis et actis Metrices Regni Cancellaria Nostræ Majoris personaliter comparens Generosus Laurentius Kruczynski obtulit et ad acticandum porrexit Privilegium Num. super munus Pincernatus Gostinensis post ascensum Gnosi Stamierowski Gnoso Hummel per Nos collatum manu Nostra propria subscriptum et Sigillo Regni Minoris Cancellaria communitum sanum salvum et illæsum omnig suspicionis nota carens. Supplicatumq Nobis est ut illud ad Acta Nostra suscipi, ijsdem inseri, et ingrossari et rursus ex ijsdem actis describi et parti affectanti authenticè extradi dignaremur. Ejusmodi vero Privilegij tenor est qui sequitur talis. Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ Masoviæ Samogitiæ Kijoviæ Volhyniæ Podoliæ Podlachiæ Livoniæ Smolenscia Severiæ Czerniechoviæq nec non Saxoniæ Dux et Princeps Elector. Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest Universis et Singulis. Præclara in Republica merita nullibi meliori voto, certiori spe, emerita præmia quam à Principum expectam manu q̃m divina omnipotentia vicaria potestate Virtutis arbitram et æquè beneficiorum dispensatricem Suprema constituit majestate. Proinde bellicis laudibus inutriti nil optabilius habemus in votis quam eos Cives amplissimis cohonestare Virtutum ornamentis qui patriæ suæ incolumitatem propriæ Salutis fortunarumq impendio tuentur et conservant. Inter quos merito numerare possumus Generosum Christophorum Franciscum Hummel præterclaritudinem natalium rei militaris experientia conspicuum singula ejus à prima iuventa in Palestra Martis egregia referre facinora

operosum esset, hoc enim innuisse sufficit, illum difficillimis Reipublicæ temporibus bello Turcico Scythico, Moschovitico et Civili contra Zaporohien Cosacos tantam Principibus et Reipublicæ præstitisse fidem ut ingentibus factis et ausibus Summam nominis gloriam apud omnes consecutus sit et præsertim redux ex Captivitate Moschovitica post quam gloriosis Cicatricibus pro patria reportatis decorus, et ex merito inter Officiales bellicos præcipuus ulciscendo hostes mereret Stipendia. Cum itaq sit decoratum ab eximijs virtutibus ex Nostra etiam munificentia Regia licet impari meritis ejus præmio, muneribusq exornare cupientes. Eidem Pincernatum Terræ Postinensis post ascensum Gnosi Petri Stamirowski in Vexilliferatum Wyszogrodensem vacantem et ad nostram dispositionem Regiam tali modo devolutum dandum et conferendum esse duximus prout et defacto damus et conferimus per præsentes Literas Nostras. Concedentes ipsi omnes in universum prærogativas quibus alij in hoc fastigio officij gaudere consueverunt. Quod omnibus quorum interest præsertim vero dignitarijs totiq Nobilitati Palatinatus Masovia Terræq Postinensis alijsq in universum Regni Nostri Incolis notum esse volentes mandamus. ut prædictum Gnosum Franciscum Hummel ab hinc pro vero et legitimo Pincerna Terræ Postinensis habeant et agnoscant omnibusq Libertatibus et prærogativis de Jure et antiqua consuetudine huic muneri servientibus frui et gaudere libere permittant eidemq de loco respondeant et ab alijs responderi curent pro gratia Nostra. In quorum fidem præsentes manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri iussimus Datum Varsaviæ Die vigesima quarta Mensis Martij Anno Domini Millesimo Septingentesimo. Regni vero Nostri Tertiò. Augustus Rex. Locus Sigilli Minoris Cancellariæ Regni Pincernatus Postinensis post ascensum Gnosi Stamirowski in Vexilliferatum Wyszogrodensem Generosæ Hummel confertur. Joannes Casimirus Odolski Sacræ Regiæ Majestatis Secretarius.

A: 1700.

Quod quidem Privilegium supra insinuatum et descriptum Cujus originale idem Offerens ad se recepit et de recepto Cancellariam Nostram quietavit Nos Supplicationi prefatæ benignè annuentes ad acta suscipi ijsdem inseri et ex eisdem de verbo ad Verbum descriptum parti affectanti authentice extradi permisimus. In quorum fidem &. Actum ut supra &.

Relatis ejusdem Illrmi & Rndmi Supremi Cancellarij Regni.

Protestatur Albis Michalski contra Gnosos Gizyckie.

Augustus II. Dei gratia Rex Poloniæ &.

Significamus præsentibus Literis quorum interest Universis et Singulis. Quod coram Nobis Nobis et Actis Metrices Regni Cancellariæ Nostræ majoris personaliter comparens Nobilis Thomas Michalski nomine et in rem Gnosorum Joannis Winkler Thesauri Quarta Reipublicæ Notarij ad præsens curandæ valetudinis gratia extra Regnum commorantis tum Cathavinæ Lubieniecka Coniugum solenniter contra Gnosos Joannem Gizycki Vexilliferum Orvucensem et Cathavinam Paprocka Coniuges nec non Generosum Bartholomæum Gizycki Vexilliferidam Orvucensem filium ipsorum atq aulicos et famulos eorum protestatus est idque pro eo. Quia ipsi optimè scientes de Contractu arendatario ratione bonorum Gosciencice per olim Generosam Heduigim à Zaborow olim Generosi Sigismundi Paprocki Tribuni Piechanovien Consortem Viduam relictam bonorum præfatorum Gosciencice hæredissam Dominam reformatoriam et advitalem cum Gnosis Winklerowie Coniugibus ad triennium facto actis Castrensibus Capitaneal ibus Varsaviensibus roborato atq per ipsamet Generosam Catharinam Paprocka, Gizycka Vexilliferam subscripto vigore cujus Contractus bona eadem Gosciencice Gnosi Winklerowie tenuerunt et possiderunt, tenereq et possidere adhuc plusquam ad duos annos debuerunt non veriti pœnas Legũ tam

v.p.

antiquioribus Statutis quam et novella Constitutione Regni contra violentes expulsores Sancitas et inʳpositas ausi sunt die hodierna in Actu contenta summo mane vi et violenter prefata bona Goscincice Curiam̃q ipsorum superinequitare obedientiam Subditis interdicere, proventus omnes intercipere, ac de bonis ijsdem Gosciencice Gnosos Winklerowie Coniuges expellere, prout defacto expulerunt de possessione pacifica deturbarunt, violenter bona eadem Gosciencice occupavunt, damna maxima causarunt, Leges Regni de expulsionibus Sancitas convulserunt. Ratione quorum premissorum iterum atq iterum nomine quo supra manifestatur; eandemq protestationem Suam in sufficientiori copia si opus fuerit ad Acta presentia ac alia quævis authentica porrigendam manu sua propria subscripsit Thomas de Michalski ipse Suam quidem protestationem modo premisso factam Nos ratam et firmam habentes habericq ab omnibus volentes ad acta presentia Suscipi, ijsdem inseri et eadem de verbo ad verbum descriptam parti affectanti authentice extradi permisimus. Inquorum &. Actum ut Supra Relatio ejusd Ind. mæ Cancellᵗ Pni.

Castellanatus Zawichostensis Gnoso Gniewosz confertur.

Augustus II. Dei gratia Rex Poloniæ &.

Significamus præsentibus Literis Nostris quorum &c. interest Universis et singulis. Quod veniens ad Nos et acta Metrices Regni Cancellariæ Nostræ majoris Gnosus Stephanus Ozga obtulit et ad ingrossandum porrexit Literas papiraceas manu Nostra subscriptas et Sigillo Regni majoris Cancellariæ Regni communitas continentes in se Privilegium Castellanatus Zawichosten. Supplicatumq Nobis est ut illas ad acta præsentia suscipi ejsdem inseri et sibi authenticè extradi permittevemus. Ejusmodi vero Literarum tenor est. Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniæ Maymus Significamus præsentibus Literis quorum interest Universis et Singulis. Virtutis ornamenta et generis

clavitati Sociati Splendores tum demum novimus eximie clarescere cum dignitatum honorumq titulis ex æquo decorantur; prout etenim insignis pretij gemma auro implantata uberiores splendoris dispensat radios ita natalium et meritorum pondus amplius elucescit cum regalis beneficentia testimonio solidatur. Cum proinde Generosi Joannis Gniewoz Subdapiferi Sandomiriens genus et originem meritaq domus gloria fecundissimorum meritorum illustris bene noscamus ac ipsius met Sago togaq præclarè gesta plurimis documentis experiamur ex æquo mercedem ulterius immovari non possumus faciendumq Nobis esse duximus ut illi vacantem ad præsens Castellanatum Zawichostens post mutatum Statum Secularem in Spiritualem Vnr̃blis ad præsens Joannis Jarnowski illius ultimi et immediati possessoris ad Nostram dispositionem devolutum daremus et conferremus utiquidem præsentibus Literis Nostris damus et conferimus cum omnibus Juribus prærogativis immunitatibus obventionibus hoc munus de lege vel antiqua consuetudine concernen̄ ad extrema vitæ ipsius tempora vel alicujus majoris dignitatis assecutionem. Quod omnibus quorum interest præsertim vero dignitarijs et Officialibus totiq Nobilitati Palatinatus Sandomiriensis notum esse volentes mandamus ut præfatum Gnōsum Joannem Gniewoz pro vero et legitimo Castellano Zawichostens habeant et agnoscant eiq de loco iuribus et consuetudinibus respondeant et ab alijs responderi curent. Prograția Nostra Regia. In quorum fidem præsentes manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ die quarta Mensis Novembris Anno Domini Millesimo Septingentesimo Regni vero Nostri Anno quarto Augustus Rex. Locus Sigilli majoris Cancellariæ Regni Castellanatus Zawichostensis Gnōso Joanni Gniewoz post mutatum Statum Secularem in Spiritualem Vnr̃blis Joannis Jarnowskii confertur. Ad de Iecbyn Opolinskii Vexillifer Prohucien̄ Sacræ Regiæ Majestatis Secretarius Qui Supplicationi nos benignè annuentes præinsertas

Privilegij

privilegij supra descripti Literas/quarum Originale
idem Offerens denuo ad se recepit et de recepto
Cancellariam Nostram quietavit / ad acta Nostra
præsentia suscipi ejsdem inseri et rursus ex ijsdem
actis de verbo ad Verbum depromptas authentice
extradi permisimus. In quor. &. Actum Varsaviæ
Feria Quinta post Festum Sanctorum Omnium
proxima videlicet quarta Mensis Novembris Anno
Domini Millesimo Septingentesimo Regni Nri &

Relatio ejusdem Illmi et Rndmi
Supremi Cancellarij Regni

Gnosus Izbinskj resignat Ensiferatum Sochacz. in manus S.R.Mtis.

Augustus II. Dei gratia Rex Poloniæ &

Significamus præsentibus Literis Nostris quorum v.p.
interest Universis & Singulis. Quomodo coram
Nobis et Actis Metrices Regni Cancellariæ Nostræ
majoris personaliter comparens Gnosus Vladislaus
Izbinski Ensifer Terræ Sochaczoviens sanus mente
et corpore existens recedendo à foro terris Districtibus
et iurisdictione sua quavis propria et competenti
huic autem Nostræ Regiæ iurisdictioni quo ad
actum infrascriptum attinet se cum persona et bo-
nis suis subjiciendo palam ultro libere benevole ac
per expressum recognovit præsentibus q recognoscit.
Quia ipse muneri Ensiferatus Terræ Sochaczoviensis
abrenuciat et abdicat illudq integre in manus
Sacræ Regiæ Majestati libere resignat, hac sua per-
sonali recognitione ad præmissa mediante. Alias
in forma resignationis de Jure plenissima et perfe-
ctissima. Quam resignationem manu sua pro-
pria subscripsit. Vladislaus Izbinski. Quamquid
resignationem modo præmisso factam Nos ratam et
gratam habentes, haberiq ab omnibus volentes ad
acta præsentia suscipi et ex ejsdem de verbo ad ver-
bum descriptam authentice extradi permisimus.
In quorum &. Actum Varsaviæ Feria Quarta
post Festum Sancti Martini Pontificis proxima

A: 1700.

Die videlicet decima septima mensis novembris. Anno Domini Millesimo Septingentesimo

Relatio ejusd[em] Cancellarij

Subdapiferatus Sandomirien[sis]

Gnoso Osolinski confertur.

Augustus II: Dei gratia Rex Poloniæ

Significamus præsentibus Literis nostris quorum interest Vniversis et Singulis. Quod veniens personaliter ad Nos et acta Metrices Regni Cancellariæ Nr[æ] majoris Gnosus Josephus Osolinski obtulit et ad ingrossandum porrexit literas papiraceas continentes in se privilegium Subdapiferatus Sandomirien[sis] manu Nr[a] regia subscriptt sanas salvas et illæsas omnig[ue] suspicionis nota carentes. Supplicatumq[ue] Nobis ut easdem Literas ad acta præsentia suscipi et ingrossari permittere dignaremur. Quarum literarum tenor de verbo ad verbum ex originali descriptt est talis.

Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ Masoviæ &.

Significamus præsentibus Literis nostris quorum interest Vniversis et Singulis. Muneris et instituti Nostri regij esse eos vel maximè condignis adornare præmijs qui non tantum majorum suorum avitis enitevent ornamentis verum etiam innatis ac proprijs virtutibus et præclare gestis vetusta familia sua decora eo magis conspicua redderent quo virtutum præmiatrice honore magis ad benemerendum alliceremur. Cum proinde Gnosus Maximilianus Comes de Tęczyn Osolinski singulari fidelitatis et integritatis eximia Specimine ita animum et propensionem Nostram devicerit ut illud ad ulteriores in Rempublicam occasiones specialibus gratiæ Nostræ testimonijs attrahere debeamus, merito faciendum Nobis esse duximus ut illi vacantem ad præsens Subdapiferatum Palatinatus Sandomiriensis post ascensum Gnosi Joannis Gniewoz Subdapiferi Sandomirien[sis] in Castellanatum Zawichosten[sem] in Nostram dispositionem devolut[um] haremus et conferremus ubi

quidem præsentibus Literis damus et conferimus cum omnibus Juribus prærogativis immunitatibus et obventionibus hoc munus de lege vel antiqua consuetudine concernentibus ad extrema vitæ ipsius tempora vel alicujus majoris dignitatis assecutionem. Quod omnibus quorum interest præsertim vero dignitarijs et officialibus totiq Nobilitati Palatinatus Sandomirien notum esse volentes mandamus ut prædictum Generosum Maximilianum de Iezyn Osolinski ab hinc pro vero et legitimo Subdapifero Palatinatus Sandomirien habeant et agnoscant eiq de loco juribus et consuetudinibus respondeant et ab alijs responderi curent pro gratia Nostra Regia. In quorum fidem præsentes manu Nra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ die Sexta Mensis Novembris Anno Domini Millesimo Septingentesimo Regni vero Nostri quarto Anno Augustus Rex Locus Sigilli Majoris Cancellariæ Regni. Subdapiferatus Palatinatus Sandomiriensis Generoso Maximiliano de Iezyn Osolinski post ascensum Gnosi Joannis Gniewoz. A de Iezyn Osolinski Vexillifer Drohicien S.R.M. Scrus. Cui Supplicationi Nos benigne annuentes præinsertas privilegij Suprascripti literas quarum originale idem offerens denuo ad se recepit et de recepto Cancellariam Nostram quietavit ad acta præsentia suscipi ejsdem inseri et rursus ex ijsdem actis de verbo ad verbum depromptas authentice extradi permisimus. In quorum fidem &c Actum ut supra.

Relatio ejusdem dñi Cancell. Rñi.

Ensifer Palatinatus Terræ Sochacz in personam Generosi Plichta confertur.

Augustus II.s Dei gratia Rex Poloniæ &.

Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest Universis et Singulis. Quod veniens personaliter ad Nos et Acta Metrices Regni Cancellariæ Nræ Majoris v.p.

A: 1700.

Nobilis Matthias Wastkowski obtulit et ad ingrossandum et actis presentibus inserendum porrexit Literas papiraceas continentes in se Privilegium super munus Ensiferatus Sochaczovien: manu nostra subscriptt et Sigillo Regni Majoris Cancellarice communitt sanas salvas et illesas omnig nota suspicionis carentes. Supplicatumq. nobis est ut easdem Literas ad acta presentia suscipi et ingrossari permittere dignaremur. Quarum quidem literarum tenor de verbo ad verbum est talis. Augustus Secundus Dei gratia Rex Polonie Magnus Dux Lithuanie &. Significamus presentibus Literis Nostris quorum interest Universis et Singulis. Meruisse id apud Nos Gnosi Adalberti Casimiri Plichta virtutum integritatem et eximiam in rebus gerendis dexteritatem in multis publicis functionibus tam in sago quam in toga probatam industriam ut omnibus fortunarum illius accessionibus quavis occasione libenter faveamus. Non gravatim proinde censuimus quatenus illi gratiam et liberalitatem nostram contestando vacantem ad presens Ensiferatum Terre Sochaczoviensis post liberam resignationem Gnosi Vladislai Izbinski Ensiferi Sochaczovien: ad dispositionem Nostram Regiam devolutum daremus et conferremus, uti quidem presentibus Literis Nostris damus et conferimus cum omnibus Juribus, prerogativis immunitatibus emolumentis et obventionibus ad hoc munus ex antiquo Jure receptaq consuetudine spectand, tenend, gerend, et obeund ad extrema vite sue tempora vel alicujus majoris dignitatis aut Officij assecutionem. Quod omnibus quorum interest presertim vero dignitarijs et Officialibus ac totiq Nobilitati Terre Sochaczoviens ad notitiam deducentes mandamus ut memoratum Generosum Adalbertum Plichta pro vero et legitimo Ensifero Sochaczoviensi habeant agnoscant ipsig de loco Juribus prerogativis et emolumentis universis de Jure et consuetudine ad officium spectan respondeant et ab omnibus responderi curent. Pro gratia Nostra et

officiorum suorum debito. In cujus rei fidem præsentes manu nostra subscriptas Sigillo Regni communiri mandavimus. Datum Varsaviæ Die decima Octava Mensis Novembris. Anno Domini Millesimo Septingentesimo Regni vero Nostri Anno quarto Augustus Rex Locus Sigilli Majoris Cancellariæ Regni.

Ensiferatus Sochaczoviensis Gnoso Adalberto Plichta post liberam resignationem Gnosi Wladislai Izbinski confertur. Ad de Iczyn Osolinski Vexillifer Drohiciens SRMS. Cui Supplicationi Nos benigne annuentes præinsertas privilegij Nostri Literas / quarum originale idem Oblatrens denuo ad se recepit et de recepto Cancellariam Nostram quietavit / ad acta præsentia suscipi ejsdem inseri et rursus ex ijsdem actis de Verbo ad verbum descript. et depromptas authenticè extradi permisimus. In quorum &c Actum Varsaviæ Feria Sexta ante Festum Præsentationis Beatæ Mariæ Virginis proxima die scilicet decima nona Mensis Novembris Anno Domini Millesimo Septingentesimo Regni Nri &c.

Relatio ejusd. Mri Joannis Cancell. Regni.

Magnifica Theophila Zatuska cedit de Jure suo ad Villas Mozsko, Patnow, Wroblow. Wierzbie, et Krzyworzeka, in personam Generosi Caroli Zatuski.

Augustus II. Dei gratia Rex Poloniæ &.

Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest Universis et Singulis. Quod coram Nobis et actis Metrices Regni Cancellaria Nostræ majoris personaliter comparens Magnifica Sophia de Koniecpole Zatuska Palatina Ravensis Vidua relicta sana Mente et corpore existens recedendo à Terris Districtibus et Jurisdictione sua quavis propria et competenti huic autem Nostræ Regiæ jurisdictioni quo ad actum infrascriptum attinet se cum persona et bonis suis subijciendo palam ultro libere benevole ac per expressum recognovit præsentibusq recognoscit. Quia ipsa vigore Privilegij Consensus Nostri Regij Sibi recognoscenti ad infrascripta dati manu Nostra Regia Subscripti et Sigillo Regni Cancellariæ Majoris communiti. Cujus tenor de verbo ad verbum ex originali descriptus

est ejusmodi. Augustus Secundus Dei gratia Rex Polonie Magnus Dux Lithuanie Russie &c necn Dux hereditar Saxonie et Princeps Elector. Significamus presentibus Literis Nostris quorum interest Universis et Singulis. Bone sensisse Nos et permisisse consentireq et permittere presentibus Literis Nostris Magnifice Sophie de Koniecpole Zatuska Palatine Ravensi vidue ut possit et valeat de omni et integro Jure suo advitalitio quod et quale ipsi ad Villas Morsko Patnow Wroblow Wierzbie et Krzyworzeka una cum aduocatijs Scultetijs et molendinis ad easdem Villas spectan: iacentes tum ad Summam Trium Millium et trecentorum florenorum polonicalium proporcionaliter ab originali Septem decem Millium trecentorum florenorum polonicalium vigore Juris Emphiteutici pro ejsdem Villis Summaq prætacta concessi Constitutionisq Anni Millesimi Sexcentesimi Sexagesimi Primi competit cedere illudq in personam Generosi Caroli Zatuski filij sui transferre et transfundere. Que quidem Cessio Jurisq transfusio postea quam coram actis quibuscunq Authenticis Regni facta et recognita fuerit. Nos eam ratam et gratam uti que presenti Consensu Nostro accedente perageetur habituri sumus. Vigore cujus cessionis, presentisq consensus Nostri memoratus Generosus Carolus Zatuski cum omnibus prædijs Curijs ædificijs Structuris, agris, pratis, campis Sylvis, nemoribus rubetis fundis, Stagnis, lacubus, fluvijs, tabernis Subditis eorum laboribus, censibus proventibq Universisq attinentijs et pertinentijs ad easdem Villas nunc et ab antiquo spectantibus tenebit, habebit et possidebit usq ad integre et totalis Juris Emphiteutici expirationem et cessationem dictaq Summe trium Millium et trecentorum florenorum exolutionem. Residuo vero annorum Juris Emphiteutici expirante ad extrema vita sue tempora. Promittimus autem pro Nobis et Srnis Successoribus Nostris non esse Nos eundem Prosum: Carolum Zatuski ab usu et pacifica possessione dictarum Villarum cum suis attinentijs et Summa in ijsdem hærente amouendi

cuipiam potestatem daturos, Sed eundem circa residuū
præfati Juvis Emphiteuseos ad decursum annorum
in præmemorata Constitutione expressorum et circa
Jus advitalitium conservaturos quod et Srnmi Suc-
cessores Nostri præstabunt. Ratione cujus Juris de
bonis suprascriptis ea onera Reipublicæ quæ ex pre
scripto Legum pendi debent, modernus tenutarius
præstare tenebitur. Juribus Nostris regalibus Reipcæ
Ecclesiæq Catholicæ salvis manentibus. In cujus rei
fidem præsentes manu Nostra subscriptas Sigillo Rī
communiri mandavimus. Datum Varsaviæ die
quarta Mensis Decembris. Anno Domini Millesimo
Septingentesimo Regni vero Nostri Anno quarto. Au-
gustus Rex Locus Sigilli majoris Cancellariæ Regni.
Magnifica Zatuska Palatina Ravensis cedit de juribq
suis ad bona Morzko, Patnow et alijs in personam Pnōsi
Caroli Zatuski filij sui. Jam ex nunc et de facto Pnōso
Carolo Zatuski filio suo de omni et integro Jure suo
Advitalitio quod et quale sibi Recognoscenti ad tenutam
et Villas Morzko, Patnow, Wroblow, Wierzbie et Krziwo-
vzeka una cum advocatijs, Scultetijs, molendinis ad
eandem tenutam et Villas spectand in Terra Wielunensi
iacend tum ad Summam trium Millium et trecento-
rum florenorum polonicalium ab originali Septende-
cem Millium trecentorum florenorum polonicalium
Vigore Juris Emphiteutici pro eadem tenuta et villis
Summaq prætacta concessi, Constitutionisq Anni Mille-
simi Sexcentesimi Sexagesimi primi competit compe-
tereq potest ipsaq eadem tenuta tota et integra ac pos-
sessione illius totoq Jure Emphiteutico cumq univer-
sis illarum prædijs, Curijs, Structuris, agris, pratis,
campis Sylvis nemoribus lacubus piscinis Stagnis,
molendinis rubetis, fluvijs fundis tabernis Subditis
Censitis, eorum laboribus, Censibus dationibus, obedien-
tia pensionibus, proventibus, fructibus, commodis et utili-
tatibus ac eorum plenario usu fructu attinentijsq et perti-
nentijs Universis, nunc et ab antiquo ad eandem tenutam
et Villas Morzko. Patnow, Wroblow Wierzbie et Krzywowzeka

pertinentibus. Nihil ibidem prose vel quopiam alio reservando, aut quomodocung excipiendo cessit condescendit et resignavit; prout præsentibus cedit condescendit et resignat, totumq ac integrum Jus suum Advitalitium et Emphiteuticum in personam prænominati Generosi Filij sui transfert et transfundit ad habendum, tenendum, possidendum et utifruendum ad extrema vitæ ipsius tempora iuxta Privilegij Nostri Consensus resonantiam. Inqua quidem bona supra tacta præsentibus cessa iam ex nunc eadem recognoscens Intromissionem realem cum libera illorum apprehensione, possessione et usu fructu per Ministerialem quemcunq Regni et Nobiles duos iuxta Leges Regni et consuetudinem acceptandi et conferendi memorato Generoso Cessionario suo dat et admittit datamq et admissam nec per se nec per quasvis submissas subordinatasq personas impugnaturam et impedituram ac eundem Generosum Cessionarium suum in pacifica et quieta eorum possessione non turbaturam sese de bonis suis omnibus submittit et obligat. Hac sua personali recognitione ad præmissa mediante. Alias in forma cessionis bonorum Nostrorum de Jure plenissima et perfectissima, Quam eadem Recognoscens manu sua subscripsit. Zofia z Koniecpola Zaluska WR. Quam quidem Inscriptionem cessionariam modo præmisso factam. Nos ratam gratam et firmam habentes haberiq ab omnibus volentes ad acta præsentia suscipi et ex ijsdem de verbo ad verbum descriptam parti affectanti authentice extradi permisimus. Inquorum fidem. Actum Varsaviæ Feria Tertia pridie Festi Immaculatæ Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis die scilicet Septima Mensis Decembris Anno Domini 1700. Rel. Mi Vra.

Relatio ejusdem Rndi Cancellarij

Erectio Fundationis pro Ecclesia Sulejoviensi.

Augustus II. Dei gratia Rex Poloniæ &.

L. S.

Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest Universis et Singulis. Quod veniens personaliter ad Nos et Acta Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Majoris Venerabilis Stanislaus Napiorkowski Parochus Jadoviensis Decanus Camenecensis in Masovia via obtulit et ad acticandum Privilegium Erectionis seu fundationis Ecclesiæ Parochialis Suleioviensis manu olim Serenissimi Joannis Tertij Prædecessoris Nostri subscriptum et Sigillo Regio communitæ Sanum salvum omnig suspicionis nota carens. Supplicatumg Nobis ut illud Ad Acta præsentia Suscipi ÿsdem inseri atque ingrossari permittere dignaremur. Quarum quidem Literarum tenor sequitur estg ejusmodi. Joannes Tertius Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ Masoviæ Samogitiæ Kijoviæ Volhyniæ Podolia Podlachia Livoniæ Smolenscia Severiæ Czerniechoviæg. Universis et Singulis tam præsentibus qm futuris ad quos præsentes Privilegij Nostri Literæ quovis modo pertinere dignoscuntur notum testatumg facimus. Quia nos more majorum Srnmorum Prædecessorum Nostrorum cultum divinum Summo Studio in ditionibus Regni nostri Nobis à Deo optimo Maximo concrediti promovere cupientes tum Legi publicæ iustitia exigente, ac pietate suadente satis: facere volentes maxime ut tempore moderni belli turcici ferventis ulteriorem benedictionem divinam Nobis posteritatiq Nostræ ac toti Regno cum Provincijs eidem annexis obtinere possimus, cum melius dona quam in res pias cultui divino servientes, elargiri nequeant. Proinde ad humilem postulationem Rndi Martini Francisci Ragorka Parochi Suleioviensis moderni præsens privilegium Ecclesiæ ipsi rectoribusq ejusdem pro tempore existen in perpetuum serviens inhærendo Constitutioni Comitiorum generalium Varsaviensium. Anni Millesimi Sexcentesimi Sexagesimi Septimi in suo tenore latiore de extradendo presenti Privilegio sancita extradendum esse duximus et demandavimus necessariaq et opportuna eidem

inserenda consensimus. Ac in primis eo in Consideratione habito quoniam fundatio Ecclesiæ Parochialis Sulejovien̄ Constitutione præfata approbata per olim Gnōum Samuelem Lipski Capitaneum Nostrum Stanislaviovien̄ inchoata superveniente inopinato mortis ipsius die impedita in multis necessarijs rebus suum non est sortita effectum. Proinde Nos de plenitudine potestatis Nostra Regiæ lege publica Nobis appositæ præsertim Consensu totius Reipublicæ in Comitijs Regni Generalibus prætactis facto præcedente fundationem prædictæ Ecclesiæ Erectionem ꝯ ipsius in omnibus punctis clausulis articulis necdibus confirmamus approbamus et ratificamus, semperꝯ in suo vigore et robore manere debere decernimus et declaramus, defectus quosvis erectionis authoritate et potestate Nostra Regia supplemus, gratiam Nostram ad opus pietatis conferendo ut dictus Reverendus Parochus Sulejovien̄ cum Schola Ministris Ecclesiæ Pauperibus omnibusꝯ suis Parochianis pro Nostra Successorumꝯ Nostrorum Salute ac totius Regni incremento et prosperitate Divinam Majestatem exoret et conciliet. Considerantes igr quod dictus Parochus cum Schola et Ministris Ecclesiæ non benè provisus nullos Census aut proventus præter solam agriculturam habeat et ex agris suis Eccl̄us alijs Decimam ipse nullam percipiens pendit. Debitum respectum et iustam rationem inopi Ecclesiæ Ministrorumꝯ ipsius habentes eidem quantum possumus subvenire cupientes dicto Rndō Parocho in Sulejow moderno et pro tempore existenti de prædio Nostro in Sulejow et agris prædialibus sive desertis quibuscunꝯ per Curiam conseminari solitis tum in Wolka Sulejowska et Tluszczec decimam manipulavem omnis grani et seminis hactenus nulli Ecclesiæ extradi solitam ratione Curæ & administrationis Sacramentorum tum etiam similem decimam manipulavem de fundis Lgtniki dictis in Sylvis et borris Nostris Sulejovien̄ tam antiquitus

quam noviter excultis sive excolendis in quarum
perceptione bacalaureus Sulejoviensis erat in usu
nunc totaliter eidem Bacalaureo seu rectori Scho-
læ damus donamus conferimus et attribuimus præ-
sentibus perpetuo tenutarios Nostros bonorum præfa-
torum Sulejow modernos et pro tempore existentes
seu administratores quosvis eorum tam ui literarii
hujus Privilegij Nostri quam Constitutione Regni
Anni Millesimi Sexcentesimi Trigesimi Quinti de
extradendis decimis Sancita ad extraditionem hujus
modi decimæ manipularis stringendo et obligando
ac Reverendissimum Dominum Loci Ordinarium
modernum et pro tempore existentem, quatenus di
ctum Rnd Parochum Sulejoviensem circa hoc Nostrum
Privilegium in perceptione talis decimæ manipula
ris manuteneat et conservet postulamus. Item in fun
do Sanctuarij Cauponam extruere in eaq liberam pro
pinationem cujusvis potus et liquoris habere aliaq
esculenta et poculenta itinerantibus Necessaria di-
vendere facultatem damus et concedimus et adscri-
bimus præsentibus perpetuo. Item ad tres Sanctua-
rij mansos agrorum in Literis Erectionis et constitu
tione præfata specificatos. Quartum mansum deser-
tum Sobieszczynski dictum penes agros plebanales ia-
centem totum et integrum ex liberalitate et munifi-
centia nostra regia cum omnibus eorum aveis fun-
dis agris pratis Sylvis borris, prout in suo ambitu et
circumferentia cum alijs Emethonalibus agris in lon-
gum et latum sese extendunt et continentur nihil
excipiendo cum omni usufructu et utilitate eorum
liberis in Campis omnibus pascuis cum Subditis in eis-
dem fundis et areis Sanctuarij ad presens existen vi-
delicet Laboriosis Josepho Sobkowicz Sutore Martino
Cholewa, Marianna Smyczka Grzelikowna cum Petro
Filio Juniore Emethonibus vel hortulanis anti-
quis seu recentioribus qui in præfatis Ecclesiæ fun-
dis resident cum uxoribus Liberis iumentis ædificijs
totaq Suppellectili domestica eorum gratiose damus,

donamus adscribimus et incorporamus per præsentes
æviternè libevam intromissionem et actualem paci-
ficam q̃ possessionem ad bona et colonos præfatos
dicto Rndo Parocho per Ministerialem et Nobiles
quandocunq̃ voluerit officiose acceptand facultatem
concedimus dictos Subditos ac alios omnes nunc exi-
stentes sive in posterum in dictis areis fundi Sancti-
arÿ locandos Colonos et Inquilinos ab omni potestate
et Jurisdictione Curiali tenutariorum Sulejovien
seu Administratorũ eorum ac aliarum quarumvis
Jurisdictionum Terrestrium vel Castrensium exem-
ptos esse volumus et declaramus prout eximimus
præsentibus Salius Parochi directo dominio &
Jurisdictioni eos subjiciendo. Insuper memoratos
Quatuor Mansos Sanctuarÿ et Colonos eorum ab
omnibus Oneribus Civilibus Contributionibus agra-
rÿjs, stativis Militum hybernis ac quibus cunq̃ exa-
ctionibus publicis libertamus immunesq̃ et liberos
facimus ac Libertate Ecclesiastica more veteri dona-
mus ita ut adinstar aliarum Ecclesiarum Parochi
alium iure libertatis et immunitatis Ecclesiasticæ
gaudeat perpetuis. Liberam quoq̃ incisionem arborum
quarümvis et lignorum tam pro ædificijs, Sepibus,
quam pro foco necessariorum in Sylvis et borris No-
stris regalibus Sulejoviensibus et Jadoviensibus tam
ad Plebaniam Sulejoviensem quam Prædium Villæ
Wezowka Subditisq̃ Ecclesiasticis pro usu eorum da-
mus et concedimus. Foralia quoq̃ aliquibus Diebus
Dominicis et Festis sub Ecclesia peragi Solita eidem
Rndo Parocho pro vino et cera aliisq̃ necessitatibus ipsi-
Ecclesiæ ac reparatione tecti conferimus et attribuimq̃.
Perfidos quoq̃ Judæos ne Parochiam Sulejovien contra
Jura et Privilegia Ducatus Masoviæ inhabitent aut
famulos Christianos servent eosdem propellendi fa-
cultatem damus et permittimus. Tum Aream aliquam
desertam competentem et sufficientem cum horto in
eadem Villa Nostra Sulejow pro ædificando et extruendo
iuxta mentem iuxta mentem fundatoris Xenodochio
et hospitali pro receptione pauperum et miserabilium

personarum

personarum pro meliori commoditate eorum eligendi
potestatem damus et grat iose conferimus. Denig in rem et
favorem dicti Rndi Parochi præcustodimus serio inhibeñ
ne unquam ullus Tenutarius seu Administrator bo-
norum Suleiow decimam manipularem ex agris
Sanctuarij Ecclesiæ ibidem sitæ ad Contractum Em
ptionis seu arendæ decimarum V. Capitulo Puttovi-
ensi serviens includere audeat hujusmodi decimæ de
agris Sanctuarij exactione Rndum Parochum Subditos
ejus sive Scholares aggravare non præsumat sub pœna
decem aureorum hungaricalium partilesæ et Fisco
Nro per medium solvenda, in quovis Judicio et Officio Regni
sine qua vis Appellatione vindicanda. Volumus autem
et requirimus Tenutarios bonorum Nostrorum præfa
torum Suleiow et Jadow seu quosvis administratores
eorum, quatenus præsentes Privilegij Nostri Litteras
dictæ Ecclesiæ Sulejoviensis ex vi Legis publicæ da
tas et concessas et ipsi observent et ab alijs observari
curent pro gratia Nostra et sub pœnis contra Viola
tores libertatis et immunitatis Ecclesiæ Sancitis ac
alijs Jure Legibusq expressis. In quorum fidem præsentes
manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri
jussimus. Datum Villanoviæ die undecima Mensis
Augusti Anno Domini M.DC.LXXXV. Regni vero Nostri
XII. Anno. Joannes Rex. Locus Sigilli Adalbertus
Stanislaus Chroscinski Sacræ Regiæ Mtis Secretarig.
Privilegium fundationis Ecclesiæ Parochialis Sulejo-
viensis juxta Constitutionem Anni 1667. Cui Suppli-
cationi Nos benigne annuentes præinsertum Privile-
gium fundationis & Erectionis Ecclesiæ Parochialis
Sulejoviensis / Cujus Originale idem Offerens denuo
ad se recepit et de recepto Cancellariam Nostram quie-
tavit / ad acta præsentia suscipi ejsdem inseri et vur-
sus ex ijsdem actis de verbo ad verbum descript et de-
prompt authentice extradi permisimus. In quorum f.
Actum ut supra.

Relatio ejusdem Andrei Cancell Regni

A: 1700.

Dapiferatus Palatinatus Sandomiriensis Gnoso Dunin confertur.

Augustus II. Dei gratia Rex &.

vp. Significamus praesentibus Literis Nostris quorum interesse Universis & Singulis. Quod veniens personaliter ad Nos et Acta Metrices Regni Cancellariae Nostrae majoris Gnosus ~~~~ Leszczynski obtulit et ad acceptandum porrexit Privilegium supermunus Dapiferatus Palatinatus Sandomiriensis post decessum Generosi Casimiri Gninski Gnosa Sventoslao Dunin Tribuno Sandomiriensi serviens manu Nostra Regia subscriptu et Sigillo Majoris Cancellariae Regni communitum sanum, salvum, et illaesum omnig nota suspicionis carens. Supplicatumg Nobis est ut illud ad Acta praesentia suscipi, ijsdem inseri atg ingrossari permittere dignaremur. Cujusmodi vero Privilegij tenor sequitur et est ejusmodi. Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae. Significamus praesentibus Literis Nostris quorum interest Universis et Singulis. Tunc elegantius honorum germe apparent elucentg ut animos oculosg ad ulteriora in rem publicam merita et debitam Regiae Nostris Pro fidelitatis gratitudinem alliciant, quando inclyto praeclari generis metallo inseruntur. Siquidem ea est Nostris Nostra erga emeritas Domos ac virtutes destinatio ut eatenus antiqua erga thronum regium ac rempublicam merita congruis dignitatibus autoremus, quatenus ad recentiora bene merendi obsequia alacritatem gratiae Nostrae Regiae stimulis incitemus. Proinde quandoquidem Dapiferatum Palatinatus Sandomiriensis post decessum olim Gnosi Casimiri Gninski Dapiferi Sandomiriensis vacare comperimus mox eundem praeclaris antenatorum Suorum meritis et ipsi personae Generosi Sventoslai Dunin Tribuni Sandomiriensis meritis et accommodis ad publica Officia qualitatibus conferendum libenter censuimus uti quidem praesentibus Literis Nris conferimus. Cum omnibus Juribus, loco, praerogativis immunitatibus et obventionibus huic muneri de lege vel praxi antiqua congruis per ipsum tenendum, gerendum

et obeundum, ad extrema vitæ illius tempora vel majo:
ris alicujus dignitatis asecutionem damus et confe:
rimus. Quod omnibus quorum interest præsertim vero
Dignitarijs Officialibus, totiq Nobilitati Palatinatus San
domiriensis ab hinc pro vero et legitimo Dapifero Pa:
latinatus Sandomirien habeant et agnoscant eiq de
Loco Juribus prærogativis immunitatibus et obventi:
onibus ad hoc Officium de lege vel usu antiquo perti:
nentibus et ipsi respondeant et ab alijs responderi cu
rent. Pro gratia Nostra et Officiorum suorum debito
In quorum fidem præsentes manu Nra subscriptas Si:
gillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ
die decima tertia Mensis Decembris Anno Domini
Millesimo Septingentesimo. Regni vero nostri quar
to anno Augustus Rex. Locus Sigilli majoris Can:
cellariæ Regni. Dapiferatus Palatinatus Sandomi
riensis post decessum olim Gnosi Casimiri Plinski
Dapiferi Sandomirien Gnoso Sventoslao Dunin Tribuno
Sandomiriensi confertur. Venceslaus Franciscus Trzcin
ski Pincerna Ravensis Sacræ Regiæ Mtis Secretarius.
Cui Supplicationi Nos benigne annuentes præinsertum
Privilegium Dapiferatus Palatinatus Sandomiriensis
cujus originale idem Offerens denuo ad se recepit
et de recepto Cancellariam Nostram quietavit ad
acta præsentia suscipi, ijsdem inseri et vursus ex
ejsdem actis de verbo ad verbum descriptum Authen:
tice extradi permisimus. In quorum majorem fidem
Actum Varsaviæ Feria Secunda post Festum Imma:
culatæ Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis proxima
Die scilicet decima tertia Mensis Decembris Anno
Domini Millesimo Septingentesimo. Regni vero &.

Relatio ejusdem Rnd cancell Rni.

Secretariatus Regni Vnibli Zebrzydoski Abbati Andrejoviensi confertur.

Ad notitiam deducentes mandamq, ut præfatu Gnosum Suentoslaum Du:
nin Tribunum Palatinatq Sandomiriensis

A: 1700.

Augustus II: Dei Gratia Rex Poloniæ. &

Ex. Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest Vniversis et singulis. Quod veniens personaliter ad Nos et Acta Metrices Regni Cancellariæ Nostræ majoris Nobilis Theophilus Chmielslki obtulit et ad acta candum seu Actis præsentibus inserendum Literas papiraceas manu Nostra subscriptas et Sigillo Regni Cancellaria Nostra majoris communitas sanas salvas et illæsas omnig nota suspicionis carentes continentes in se Privilegium Secretariatus Regni Spiritualis Vnibli Josepho Zebrzydowski Abbati Andrejoviensi serviens. Supplicatumq Nobis est ut easdem Literas ad acta præsentia suscipi ijsdem inseri et sibi in forma authentica extradi permittere dignaremur. Earundem vero Literarum tenor sequitur et est ejusmodi. Augustus Secundus Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ Masoviæ Samgitiæ &. Significamus &. Ad augustas honorum prærogativas natam virtutem merito regius comitatur favor ex hac enim sicut è sublimi subsequentis gloriæ culmine regius sustentatur decor, crescit patriæ ornamentum, exurgunt benemerentium fortunata auspicia florens perennis regum observantia documenta imo quidqd recta sentiendi domi et foris desideratur in hoc totum concluditur. Cujus encomij antiquæ familiæ magnorumq in Republica meritorum existens Vnbilis Josephus Zebrzidowski Abbas Andrejovien Ordinis Cisterciensium non immerito nostram provocat regiam munificentiam ut oblatis quibusq occasionibq eidem non illibenter faveamus. Vacante itaq Secretariatu Regni Spirituali post ascensum ad Episcopatum Premisliensem Vnblis Joannis Bokun illius ultimi et immediati possessoris faciendum duximus ut eundem Secretariatum modo præmisso vacantem præfato Venerabili Josepho Zebrzydowski daremus et conferremq uti quidem damus et conferimus ad extrema vitæ ejus tempora vel majoris alicujus dignitatis assecutionem. Quod ad notitiam omnium quorum interest præsertim vero Dignitariorum Officialiumq Regni

deducentes ab ijsdem requirimus ut prædictum Venerabilem Zebrzydowshi pro vero et Legitimo Secretario Regni Spiritualis habeant et agnoscant eidemq de loco, Juribus, prærogativis et emolumentis respondeant et ab alijs responderi curent pro gratia Nostra In quorum fidem præsentes manu Nostra Subscripsimus Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ die decima Nona Mensis Decembris Anno Domini Millesimo Septingentesimo. Regni Nostri VI. Anno. Augustus Rex Locus Sigilli majoris Cancellariæ Rni.

: Secretariat.

: Regni Spiritualis post ascensum Venerabilis Joannis Bohun ad Episcopatum Premisliens Venerabili Josepho Zebrzydowski Abbati Andreiovien. Maximilianus Franciscus Ostolinski de Tczyn Vexillifer Drohicien Sigilli Majestatis Regiæ Secretarius. Cui Nos Supplicationi benigne annuentes præinsertas Literas quarum Originale idem offerens denuo ad se recepit et de recepto Cancellariam Nostram quietavit ad Acta præsentia suscipi ijsdemq inseri et rursus ex ijdem de verbo ad verbum descriptas authenticè extradi permisimus. Actum Varsaviæ Feria Secunda in Vigilia Festi Sancti Thomæ Apostoli Die videlicet vigesima Mensis Decembris Anno Domini Millesimo Septingentesimo. L.

Relatio ejusd Rnd Cancellr Rni.

Consensus Gn Kalinowska cedendi de Præfectura Sylvarum in personam Magci Szczuka Procancellary M. Dtus Lithuaniæ.

Augustus II. Dei Gratia Rex &c.

Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest Universis & Singulis. Quod veniens personaliter ad Nos et Acta Metrices Regni Cancellaria Nostra majoris Generosus Constantinus Dtuski obtulit et ad acticandum seu Actis præsentibus inserendum porrexit Literas Privilegij Consensus Nostri manu Nostra subscriptas et Sigillo Regni Cancellariæ Majoris communitas sanas

&c.

salvas ac illæsas in personas Magnificorum Stanislai Szczuka Procancellarÿ Magni Ducatus Lithuaniæ et Constantiæ de Potok legitimorum Coniugum emanatt. Supplicatumq est Nobis ut easdem Literas ad Acta præsentia suscipi ejsdem inseri et sibi in forma authentica extradi permittere dignaremur. Earum vero Literarum tenor est qui sequitur. Augustus Secundus Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux &c. Significamus præsentibus Literis Nostris quorum Consensisse Nos consentireq et permittere per præsentes Generosæ Christinæ de Zebrzydowice Kalinowska Capitaneæ Gniewkoviens ut possit et valeat de omni et integro Jure suo advitalitio si quodpiam ipsi competit super Præfecturam Sylvarum Visnensium seu Tenutam Bronoviensem cedere illudq in personas Magnificorum Stanislai Szczuka Procancellarÿ Magni Ducatus Lithuaniæ et Constantiæ de Potok Legitimorum Coniugum transferre et transfundere. Quæ quidem cessio Juriq transfusio postea quam coram Actis quibuscunq Regni authenticis facta et recognita fuerit Nos eam ratam et gratam habituri sumus ut ei eam quæ prævio Consensu Nostro peragetur. Vigore cujus Cessionis præsentisq Consensus Nostri dictam præfecturam Sylvarum Visnensium seu Tenutam Bronoviensem cum omnibus Villis, Prædijs, ædificijs, Structuris, hortis agris pratis, campis, Sylvis, nemoribus, fluvijs fluminibus, molendinis, tabernis, Subditis, eorum laboribus, Censibus, dationibus, et obventionibus alijsq in universum attinentijs et pertinentijs eo antiquitus spectantibus nullis exceptis, sed prout in possessione recensita Gnosæ Capitaneæ Gniewkoviensi tenebatur, ydem Magnifici Procancellarÿ Magni Ducatus Lithuaniæ Legitimi Coniuges ambo in solidum tenebunt habebunt et possidebunt illisq utifruentur ad extrema vitæ suæ vel alterius eorum superstitis tempora. Promittimus autem pro Nobis et Serenissimis Successoribus Nostris non esse Nos prædictos Coniuges utrosq in solidum a pacifica dictæ præfecturæ Sylvarum Visnensium seu Tenutæ Bronoviensis possessione amoturos,

neg amovendi potestatem cuipiam daturos sed salvum et integrum Jus advitale ejsdem conservaturos quod et Serenissimi Successores Nostri præstabunt. In cujus rei fidem præsentes manu nostra subscriptas Sigillo Regni communiri iussimus. Datum Varsaviæ die vigesima quinta Mensis Augusti Anno Domini M.DC.XC.IX. Regni Nostri III. Augustus Rex. Consensus ad cedendum de præfectura Sylvarum Visnensium seu tenuta Brono vien Gnosca Kalinowska Capitanea Gniewkovien in personas Magnificorum Stanislai Szczuka Procancellarij Magni Ducatus Lithuaniæ et Constantiæ de Potok Conjugum utrorumq in solidum. Locus Sigilli majoris Cancellariæ Regni. Venceslaus Franciscus Trzcinski Pincerna Ravensis Sacræ Regiæ Mtis Secretarius Cui Nos Supplicationi benigne annuentes prainsertas Literas quarum originale idem offerens denuo ad se recepit et de recepto Cancellariam Nostram quietavit ad Acta præsentia suscipi ijsdem inseri et rursus ex ijsdem de verbo ad verbum descriptas authenticè extradi permisimus. In cujus rei fidem &. Actum Varsaviæ Feria Sexta in Vigilia Festi Nativitatis Christi Domini die scilt vigesima quarta Mensis Decembris Anno ejusd 1700.

Relatio ejusd Rndi Cancellarij Regni.

Protestatur Vitalis Borelli contra Ludovicum Borelli.

Augustus II. Dei Gratia Rex Poloniæ &

Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest Universis et Singulis. Quod coram Nobis & Actis Metrices Regni Cancellaria Nostra majoris comparens personaliter Nobilis Vitalis Borelli olim Nobilium Laurentij Borelli et Marianne Coniugum Mercatorum Venetiarum filius et Successor legitimus solenniter providendo omnimodæ indemnitati suæ et Juris sui integritati inhærendo protestationibus et præcustoditionibus sui læsionis in quantum subsequenda ante initum coactivè quodam Compromissum

A: 1700.

si dici meretur compromissum per parentem suum
pro re commodo et utilitate Liberorum suorum officiose
cum testibus factis, reassumptisq quibusvis suis co-
ram Actis quibuscunq authenticis factis et renovatio-
nibus ipsarum subsecutis tum de nullitate, irrealitate,
invaliditateq asserti actus Compromissorialis laesivi, sub-
sequentiumq actuum omnium in circumventionem adin
ventorum et fabricatorum multoq. "labore ac industria procu-
ratorum tum de nullitate cujusdam quietationis ubi
à manifestante continuis sollicitationibus, blanditijs
promissionibus ac etiam metu reverentiali patruelj
extortæ quam primum sibi manifestanti innotuit
de quadam protestatione coram Actis Advocatialibus
et Scabinalibus antiquæ Varsaviæ die decima Sexta
mensis Novembris Anno ad præsens Currenti Millesimo
Septingentesimo per Famatum Ludovicum Borelli Civem
Mercatorem Varsavien. patruum suum stantibus ter-
minis transactionis contra manifestantem moder-
num ejusq protestationem Anno Domini Millesimo
Sexcentesimo Nonagesimo Sexto die decima Septima
mensis Maij facta contra eandem reprotestationem
manifestatur quinimo contra præfatum Famatum
Ludovicum Borelli nec non Petrum Borelli fratres
germanos sui vero manifestantis Patruum solennis-
simè protestatus est in eo. Quia prædicti Patrui sui
non contenti eo quod suprascriptum olim fratrem suum
germanum Laurentium Borelli sui protestantis pa-
rentem ad faciendam transactionem compromisso-
rialem summopere laesivam et damnum ingens ipsi
inferentem persuasionibus suis sub specie fraterne
ac si sinceritatis simulatis atq blandis pollicitationibq
et promissis superinduxerint, nec præsentata vera et
reali specificatione bonorum imo per Famatum Ludovi-
cum Borelli mentaliter Venetijs conficta et fabricata op-
posita Arbitros et compromissarios amicos et benefa-
ventes sibi elegerint suppressoq reali regestro in annis
Millesimo Sexcentesimo Octuagesimo Sexto, Septimo,
Octavo et Nono manu Egregij Bryganty Angeli pro
illo tempore Mercatorialis Socij olim Famati Andreæ

Borelli Scripto et realiter tota massa Substantiæ tam in
mercibus quam debitis ac Summis connotata quam Sub:
stantiam Famatus olim Andreas Borelli in manibus ha-
buit, nec exhibita Sua propria substantia quam Famatus
Ludovicus Borelli ex mercatura non existens emanci-
patus congregavit, quæ totalis substantia efficiebat qua-
tuor millia aurorum hungaricalium in Specie, ad actum
quendam officiosum si officiosus nominari valeat
compulerint et in fundamento irrealitatis eandem
transactionem compromissorialem continuare et per-
ficere necessitaverint non nisiq Summam Duorum
Millium Ducatorum Venetijs currentium dare paren:
ti suo appromiserint, quam tamen invita sua non accepit
quinimo de nullitate, invaliditate ejusdem protestatus
est et quod sit summopere læsus in vita sua circa
actus protestationis declaravit. Sicq nec ex dato nec
recepto eandem transactionem non approbavit, qui actus
Compromissorialis læsivus damnum ad Septuaginta Millia
ducatorum plus minus intulerit, post decessum vero ma-
nifestantis Parentis idem manifestans cum Suis Sorori:
bus summopere et notabiliter læsionem eandem susti:
Ex. Quod veniens personaliter ad Nos et Acta Metrices Regni Cancellariæ Nostræ majoris Nobilis Joannes Stominski obtulit et ad acticandum porrexit Literas infrascriptas. Supplicatum q Nobis ut illæ ad acta præsentia suscipi, ejsdem inseri et parti affectanti ex ijsdem actis rursus descriptas authentice extradi permitteve dignaremur. Quarumquidem Literarum tenor sequitur est q talis. Hieronim Augustyn Hrabia na Wisniczu y Jarosławiu Lubomirski Podskarbi Wielki Koronny Kozinichi Ryczywolski ℔. Starosta. Wszem wobec y każdemu osobna komu o tym wiedzieć należy. Osobliwie Poddanym Starostwa Gnieznkowskiego podaię do wiadomości. Iż ta powinność prawem pospolitym na Vrzęd moy iest wtożona, abym dobra J.K.Mci y Rzeczypospolitey modo quocunq; walmięce wprzod na Skarb odebrał à potym za przywileiem J.K.Mci nowis podawał donatarijs. A że pomienione Starostwo Gnieznkowskie w Woiewodztwie Inowrocławskim leżące post obitum W.Imci Panięy Krystyny de Zebrzydowice Kalinowskiey

Kalinowskiey Starosciney Gniewkowskiey wakuiące do
dispoziciey J.o K.ej M.ci Pana mego Miłosciwego powroci to
Ktore zarazem Im.ć Franciszkowi Maximilianowi
de Tęczyn Osolinskiemu Chorąszemu Drohickiemu
przywileiem swoim miłosciwie Konferowac raczył. Tedy
insistendo Legibus Regni zszytam Vrodzonego Alexandra
Wolskiego Pisarza Grodzkiego Bidgoskiego aby toż Sta-
rostwo a modernis possessoribus odebrawszy ze wszystkiemi
wsiami Dworami budynkami, Folwarkami, rolami,
polami, łąkami, borami, lasami, puszczami, Jeziorami
Rzekami, Sadzawkami, młynami Karczmami, podda-
nemi y ich powinnosciami, czynszami, Robociznami,
zgoła ze wszystkiemi przyległosciami y przynależyto-
sciami vigore novi privilegij Im.ć Franciszkowi Ma-
ximiliano Osolinskiemu Nowemu J.K.M.ci Donatario-
uszowi podać in possessionem y Intromissiey nomine Skarbu
dopuszczać a spisawszy dwa iako nayporządniey Inwen-
tarze tegoż Starostwa ieden z podpisem ręki swoiey Im.ć
Donatariuszowi oddać, drugi zaś z podpisem ręki Im.ć Pana
Donatariusza do Skarbu przyniozł. Poddanym zaś po-
mienionym powagą Vrzędu mego przykazuię aby Im.ć Panu
Donatariuszowi wszelkie podług dawnych zwyczaiow pet:
nili posłuszeństwo. Na co się dla większey wagi własną
przy pieczęci moiey Skarbowey podpisuię ręką w Warszawie
dnia Czternastego Aprilis. 1701.o Anno. Lubomirski Podskar
bi Wielki Koronny. Locus Sigilli Thesauri Regni. D. Winkler
P.S.K. Cui Nos Supplicationi benigne annuentes præinser-
tas Literas J. quarum, originale idem Offerens denuo ad
Se recepit et de recepto Cancellariam Nostram quietavit,
ad acta præsentia suscipi, eydem inseri et partiaffectanti
informa authentica extradi permisimus. In cujus J.
Actum Varsaviæ Feria Sexta ante Dominicam Jubilate
proxima die scilicet decima quinta Mensis Aprilis Anno
Domini Millmo Septingentmo Primo. Regn. J.V. Relatio ut supra

Oblata Privilegij super bona
Zielonki Regalia in Palatinatu
Sandomirien In Boguslao Kobewski
Augustus R. Significamus J.

Quod veniens ad Nos et Acta Metrices Regni personaliter

A°: 1701.

Gnosus Michael Kicinski obtulit et ad acticandum porrexit Privilegium infrascriptum manu Nra subscriptum et Si: gillo Regni minoris Cancellarie communitum sanum, salvum et illæsum omnig suspicionis nota carens. Sup: plicatumq; Nobis est ut illud ad acta præsentia suscipi ijdem inseri et sibi in forma authentica extradi permit: tere dignaremur. Cjusmodi vero Privilegij tenor sequi= tur et est ejusmodi. Augustus Secundus Dei Gratia Rex Poloniæ magnus Dux Lithuaniæ Russiæ &c Significamus D. Quia Nos attentis meritis ac fideliter nobis præstitis obse= quijs Gnósi Joannis Boguslai Kczewski aulici Nostri fa= ciendum esse duximus ut ipsi bona nostra Regalia seu Villam Zielonki dictam in Palatinatu Sandomiriensi et Districtu ——— sitam post obitum Gnosi Andreæ Popiel Vexilliferi Czerniechoviensis vacantem et ad Nram dispositionem devolutam daremus et conferremus prout quidem præsentibus Literis Nostris cum omnibus prædijs, Curijs fundis agris, pratis, campis, pascuis, Sylvis, nemo: ribus Lacubus, stagnis, fluvijs, fluminibus, piscinis, ta: bernis, molendinis, ædificijs, Structuris, Subditis, eorumq; Laboribus, censibus proventibus, commodis ac utilitatibq; attinentijsq; et pertinentijs generaliter universis eo an: tiquitus spectantibus nullis plane exceptis damus & conferimus ad extrema vitæ suæ tempora. Promittimusq; pro Nobis et Srmis Successoribus Nostris non esse Nos prædictum Gnosum Kczewski ab usu et pacifica possessi: one ejusdem Villæ amoturos aut alienaturos, neminiq; amovendi aut alienandi potestatem daturos, sed plenum et integrum Jus ad vitale eidem conservaturos. Quod et Serenissimi Successores Nostri præstabunt. Juribus Nostris Regalibus Reipcæ Ecclesiæq; Catholicæ salvis. In quorum fidem præsentes manu nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datæ Varsaviæ Die decima octava Mensis Aprilis. Anno Domini Millesimo, Septingentesimo Primo. Regni vero Nostri Anno quarto. Augustus Rex. Locus Sigilli minoris Cancellariæ Regni. Villa Zielonki in Palatinatu Sandomiriensi post fata Gnósi Popiel Vexilliferi Czerniechoviens Gnoso Joanni Boguslao Kczewski confertur. Joannes Casimirus Odolski Sacræ Regiæ Majestatis Secretarius. Cui Nos

Supplicationi

Supplicationi benigne annuentes præinsertum Privilegium
/: cujus originale idem Offerens denuo ad se recepit et de
recepto Cancellariam Nostram quietavit :/ ad acta præ-
sentia suscipi, ijsdem inseri, et parti affectanti rursus
ex ejsdem depromptum authenticè extradi permisimus.
In cujus rei fidem. Actum Varsaviæ Feria Quinta ante
Dominicam Rogationum proxima die videlicet vige-
sima Octava Mensis Aprilis Anno Domini 1701. Relata

Oblata Privilegij super Advocatia in Wtyczna Gnoso Kicinski

Augustus &. Significamus &-

Quod veniens personaliter ad Nos et Acta Metrices. v.j.
Regni Gnosg Michael Valerianus Kicinski Secretarius
Sigilli Nostri Cubicularis obtulit et ad acticandum porrexit
Literas Consensus Nostri ad eximendam aduocatiam
manu Nostra subscriptas et Sigillo Regni minoris Can
cellariæ communitas sanas salvas et illæsas omnig
suspicionis nota caventes. Supplicatumg Nobis est ut eas-
dem literas ad acta præsentia suscipi ijsdem inseri et sibi
in forma authentica extradi permittere dignaremur.
Præfatarum vero literarum tenor est ejusmodi. Augu-
stus Secundus Dei Gratia Rex Poloniæ &. Significamus &.
Quia Nos merita et virtutes Gnosi Michaelis Valeri-
ani Kicinski Secretarij Sigilli Nostri Cubicularis gratia
et munificentia nostra Regia prosequi volentes decla-
randum esse duximus ut ipsi Advocatiam in Villa
Wtyczna Capitaneatu Nostro Drohobycen Terra vero
Premisliensi sitam et jacentem post fata Gnosi Andreæ
Popiel Vexilliferi Czerniechoviensis dispositioni Nostræ Regiæ
obnoxiam de manibus modernorum quorumvis nullo
aut vitiato Jure possessorum ordinaria Juris via vin-
dicandi et in suam possessionem apprehendendi Consensum
et facultatem nostram daremus et concederemus, put
quidem damus et concedimus præsentibus Literis Nris.
quam quidem Advocatiam in Villa Wtyczna mod. præ-
misso vindicatam memoratus Gnosus Kicinski cum omni-
bus prædijs, Curijs, ædificijs, fundis, agris, pratis, campis,
pascuis, Silvis, nemoribus, Stagnis, Lacubus, fluvijs,
fluminibus piscinis, molendinis, tabernis, immuni-
tatibus, Subditis, Incolis, eorumg laboribus, Censibus,

proventibus, alijsq attinentijs et pertinentijs, eo antiquitq
spectantibus tenebit habebit & possidebit ad extrema
vita sua tempora. Promittimus autem pro Nobis &
Srmis Successoribus Nris non esse Nos memoratum
Gnosum Kicinski ab usu et pacifica possessione ejus-
dem Aduocatiæ amoturos aut alienaturos nemi-
nique amovendi aut alienandi potestatem daturos:
Sed plenum et integrum Jus aduitale eidem con-
servaturos, quod et Serenissimi Successores Nostri
præstabunt. Post mortem vero ipsius non prius
Successores Sui de eadem aduocatia cedere tene-
buntur donec eis Summa in Literis originalibus
inscripta vel ex taxa Commissariorum Nostrorum
proveniens integrè persoluta fuerit. Juribus No-
stris regalibus Reipublicæ, Ecclesiaque Catholicæ
salvis. In quorum fidem præsentes manu nostra
subscriptas, Sigillo Regni communiri jussimus. Da-
tum Varsaviæ die decima octava Mensis Aprilis.
Anno Domini Millesimo Septingentesimo. Primo.
Regni vero Nostri Quarto Anno. Augustus Rex.
Locus Sigilli minoris Cancellariæ Regni. Con-
sensus Generoso Michaeli Valeriano Kicinski
vindicandi Advocatiam in Villa Wtyczna Capita-
neatu Drohobycensi Terra vero Premisliensi si-
sita de manibus nullo Jure Possessorum post fata
Gnosi Popiel Vexilliferi Czerniechoviensis. Jo-
annes Casimirus Odolski Sacræ Regiæ Maje-
statis Secretarius. Qui Nos Supplicationi benignè
annuentes præinsertas Literas / quarum Originale
idem offerens denuo ad se recepit et de recepto Can-
cellariam Nostram quietavit / ad Acta præsentia
suscipi, ejsdem inseri, atq ex ijsdem descripti rursus
authentice parti affectanti extradi permisimus.
In quorum fidem &. Actum Varsaviæ ut supra

Relatio ejusdem Illmi & Rndmi
Domini in Chro Pris Domini Georgij
Albracht Denhoff & Supr. Cancell. Mni.

Actum

Actum Varsaviæ Feria Sexta ante Festum Sanctor. Primi & Feliciani Martyrum, Diescilicet tertia Mensis Junij. A: D: 1701.

Ad Relationem Illrmi & Excellentis Domini Domini Caroli Comitis de Teczyn & Czekarzowice TARLO Procancellarij Regni.

Nobilis Leszczynski donat Summas unam 3000. alteram 300. Florenorum Religiosis Monialibus S: Benedicti ab adoratione SS: Sacramenti:

Augustus II. &. Significamus &.

Quod cum Nobis Nobilis Stanislaus Leszczynski olim Nobilium Thomæ Leszczynski et Catharinæ Kozio- brocka Coniugum legitimorum Filius, in Turri Mar- schalcatus Regni ob certum crimen detentus per certos Consiliarios Nostros lateri Nostro assidentes humillimè supplicasset, ut Secretarium Nostrum una cum actis Metrices Regni Cancellariæ Nostræ minoris deputare et cum actis præfatis mittere dignaremur in ordine ad excipiendam ab eodem Donationem pro Religiosis Monialibus Ordinis Sancti Benedicti ab Adoratione Sanctissimi Sacramenti Conventus Varsaviensis Com: parens personaliter coram eodem Secretario Nostro deputato Actisq; Metrices Regni Cancellariæ Nostræ minoris prænominatus Nobilis Stanislaus Leszczynski olim Nobilium Thomæ Leszczynski et Catharinæ Kozio- brodzka Coniugum legitimorum filius annorum Viginti Septem ut asseruit, incarceratus, unicus Successor sanus mente et corpore existens recedendo à Terris, Districtibus et Iurisdictione sua quavis propria & competenti recedendo huic autem Nostræ Regiæ iurisdictioni quoad actum præsentem duntaxat se

Ex.

cum persona sua ac bonis suis subijciendo palam ultro, benevolè, ac per expressum recognovit præsentibusq recognoscit Quia ipse cupiens ex animo Deo ter optimo maximo Creatori et Salvatori suo de bonis fortunisq ab eodem receptis gratiarum actiones referre, animæq suæ post fata sua per orationes, suffragium parare iam exnunc Summas binas et primam quidem trium Millium florenorum polonicalium Currentis monetæ in bonis Villæ Carnocino et Villæ Wazyno dictis in Palatinatu Plocensi consistentibus et per Prosum ~ Mostowski modo simplicis debiti Parentibus suis suprascriptis inscriptam et in præfatis bonis assecurata adse vero recognoscentem unicum Successorem devoluta. Secundam vero Trecentorum Florenorum polonicalium Currentis monetæ in Regno per Generosos Vladislaum Hortensium Georgium Leszczynscy fratres sui recognoscentes patrueles in bonis Grabiec et ejus attinentijs in Palatinatu Plocensi existentibus præfato recognoscenti inscriptam et assecuratam Religiosis ac Deo dicatis Virginibus Monialibus Prioriss[æ] totiq Conventui Varsavien Ordinis Sancti Benedicti ab adoratione Sacratissimi Corporis Christi dat, donat, inscribit, et resignat prout de facto dedit donavit inscripsit et resignavit presentibus. Obligando easdem Religiosas Moniales Priorissam et ejus Successrices totamq Congregationem monialium Patarum ut Orationibus suis ac meritis animam suam iuvare et Deum ter optimum maximum deprecare "uelint" Nihil sibi Juris prætextus, coloris prætensionis ad prædictas Summas binas reservat aut excipit, verum illud omne Jus ad prænominatas Summas binas sibi servientes in personas præfatarum Monialium transfert ac derivat ac levandas tenendas utifruendas et in usus suos quosvis beneplacitos convertendas mittit et cedit. In forma alias donationis de Jure plenissima. Hac sua recognitione ad premissa mediante. Quam ejusmodi donationem manu sua propria subscripsit. Stanislaus Leszczynski Quam quidem Inscriptionem donatariam modo premisso factam Nos ratam firmam habentes, habericq ab omnibus volentes ad acta præsentia suscipi, ijsdem inseri et rursus ex ijsdem descriptas parti affectanti authentice extradi permisimus. In quorumq. Actumq.

Relatio ejusdem Illmi et Excellmi
Procancellarij Regni.

Plata

Oblata Cessionis Aduocatiæ Czestochovien: in personam Gnosi Tworzyanski

Augustus &. Significamus &c.

Quod veniens personaliter ad nos et Acta Cancellariæ Nostræ minoris Nobilis Stanislaus Drozdowski obtulit et ad acticandum porrexit Literas infrascriptas. Supplicatumq nobis est ut eas dem ad acta præsentia Susciþi ijsdemq inseri et parti affectanti extradi dignaremur. Earundem vero Literarum tenor qui sequitur est talis. &c

Comparens personaliter coram Officio et actis præsentibus Castrensibus Capitaneatibus Cracoviensibus Gnosi Franciscus Gostkowski recedendo à Terris, Districtibus, Juribus, Jurisdictionibusq suis quibusvis proprijs et competentibus se vero cum Successoribus ac bonis suis omnibus Jurisdictioni Officij præsentis Castrensis Capitanealis Cracoviensis quo ad actum præsentem attinet totaliter et plenariè incorporando atq subijciendo palam libere ac per expressum recognovit. Quia ipse inhærendo Literis Consensus Sacræ Regiæ Mtis Sibi recognoscenti ad infrascripta datis et gratiosè collatis atq ad acta Officij præsentis die hodierna in Actu contenta per oblatam porrectis de omni et integro Jure Suo advitalitio quod quale et quantum Sibi recognoscenti super aduocatiam Czestochoviensem in Palatinatu Cracoviensi Districtu Lelowiensi consistẽ servit et competit tum de omni Jurisdictione ac universis agris pratis campis, fundis, Curijs, prædijs, areis, Structuris, ædificijs, Sylvis nemoribus, Stagnis, lacubus, fluvijs, Molendinis, piscinis, mellificijs, tabernis, Subditis, Cmetonibus, hortulanis, Inquilinis, eorumq Censibus, usibus, laboribus, fructibus, proventibus, commodis emolumentis universis, attinentijsq et pertinentijs generaliter universis eo antiquitus spectantibus nec non de Privilegio originali super bona Aduocatiæ præfata seriẽ cum omnibus Privilegij originalis ejusdem et Literarum præfati Consensus Sacræ Regiæ Mtis ad præmissa servientibus, Conditionibus, punctis, clausulis, articulis nexibus ligamentisq universis. Ad hæc de bonis Aduocatiæ præfatæ paratag ipsorum intromissione et possessione per se recognoscentem hactenus pacifice continuata cumq totali præmissorum omnium Jure,

A° 1701:

Dominio, proprietate, prærogativa, competentiaq fructibus proventibus redditibus, utilitatibus, emolumentis, attinentijsq et pertinentijs generaliter universis nullis penitus exceptis, nec pro se aut alio quopiam reservando seu excipiendo, sed in totum et plenariè prout premissa omnia se Recognoscentem concernebant sibiq legitimè serviebant. Jam exnunc Gnoso Francisco Thadæo de Tworzianki Tworzianski accepta ab ipso pro præmissis omnibus omnibus reali et sufficienti satisfactione cessit et condescendit prout cedit et condescendit præsentibus omneq et integrum Jus suum præmissorum omnium in eundem Gnosum Franciscum Thadæum Tworzyanski totaliter et plenariè transfudit, transtulit et incorporavit, prout transfudit, transfert, et incorporat per præsentes. Et iam ex nunc idem recognoscens Generosus Franciscus Gostkowski dat et admittit præsentibus suprascripto Gnoso Francisco Thadæo Tworzyanski in hoc idem Jus cessum præmissorum omnium bona videlicet Aduocatiæ suprascriptæ Juri suo advitalitio subiecta, præmissaq omnia præsenq absceſsa realem intromissionem et actualem pacificamq possessionem cum præsentaneo usufructu quandocunq voluerit acceptandam per Ministerialem quemcunq sibi ad id duxerit, eligendum per ipsum Gnosum Franciscum Thadæum Tworzyanski hoc idem Jus cessum præmissorum omnium cum universis beneficijs et prærogativis bona videlicet Aduocatiæ suprascriptæ Juri suo advitalitio subiecta præmissaq omnia præsentibus absceſsa, cum suis utilitatibus et emolumentis tenendi habendi, possidendi, pacificeq et quietè utifruendi ac in suos beneplacitos quosvis usus, libere convertendi, vigore præfatarum Literarum tam Privilegij, quam et consensus Sacræ Regiæ Mattis ad præmissa sibi servientium. Præsentisq cessi et transfusi Juris. Actum in Castro Cracoviensi Feria Secunda intra octavas Festi Sacratissimi Corporis Christi Domini. Anno ejusdem Millesimo, Septingentesimo. Andreas Joannes a Zydow Zydowski Vexillifer et Vicecapitaneus Cracoviensis. Locus Sigilli Castrensis Cracoviensis. Correxit Marcinkowski mpp

Cujus Supplicationi Nos benigne annuentes præinsertas Literas, quarum originale idem Offerens denuo ad se recepit et de recepto Cancellariam Nostram quietavit

ad

ad acta præsentia suscipi, ijsdem inseri et parti affectanti authenticè extradi permisimus. In quorum fidem &. Actum Varsaviæ Feria Tertia post Festum Sancti Antonij de Padva proxima die videlicet decima quarta Mensis Junij Anno Domini 1701mo Relato ut supra &.

Oblata Privilegij super Tribunatum Sandomirien Gnoso Francisco Szembek Burgrabio Cracoviensi.

Augustus &. Significamus &

Quod veniens personaliter ad Nos et acta Metri ces Regni Cancellariæ Nostræ Minoris Nobilis Andreas Cichocki obtulit et ad acticandum porrexit Privilegm infrascriptum, manu Nostra subscriptum sanum, salvum et illæsum omnig suspicionis nota carens, Supplicatumg nobis est ut illud ad acta præsentia suscipi ijsdem inseri et sibi in forma authentica extradi mandare dignaremur. Cujusmodi vero Privilegij tenor sequitur estg talis. Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ &. Significamus præsen &. Ad præmianda Gnosi Francisci Szembek Burgrabij Cracoviensis merita quibus in obsequio Reipublicæ non sine singulari applicatione eminet potissimum decus et Solatium censemus. Si eum munificentia Nostra Regia pro exhibitis prosequendo ad ulterius de Nobis & patria benemerendi Studium excitemus. Quapropter libenter faciendum esse duximus, ut illi Tribunatum Palatinatus Sendomirien post ascensum Gnosi Sventoslai Dunin ad Dapiferatum Sendomirien vacantem et ad nostram dispositionem devolutum in singularis gratiæ Nostræ testimonium daremus et conferremus utiquidem præsentibus Literis Nostris cum omnibus Juribus prærogativis et immunitatibus damus et conferimus, ad extremæ vitæ ipsius tempora vel majoris dignitatis assecutionem per eundem tenendum, habendum, & possidendum. Quod omnibus quorum interest præsertim verò dignitarijs, Officialibus. totiq Nobilitati Palatinatus Sandomiriensis notum esse volentes mandamus, ut præfatum Gnosum Franciscum Szembek ab hinc pro vero et legitimo Tribuno Sandomiriensi habeant & agnoscant eiq de loco, Juribus, prærogativis et immunitatibus de lege vel recepta consuetudine huic Officio servien et ipsi respondeant et ab alijs observari curent.

A°: 1701:

Pro gratia Nostra. In cujus rei fidem præsentes manu Nostra subscriptas. Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ die Sexta mensis Maij Anno Dñi Millesimo Septingentesimo Primo. Regni nostri quarto Anno. Augustus Rex Locus Sigilli majoris Cancellariæ Regni. Tribunatus Palatinatus Sendomiriensis post ascensum Gnósi Sventoslai Dunin ad Dapiferatum Sendomiriensem Gnoso Francisco Szembek Burgrabio Arcis Cracoviensis confertur. Maximilianus de Tęczyn Osolinski Vexillifer Drohiciensis Sigilli majoris Regni Secretarius. Qui nos Supplicationi benigne annuentes præinsertum Privilegium &. cujus Originale idem Offerens denuo ad se recepit et de recepto Cancellariam Nostram quietavit &. ad acta præsentia suscipi, ejsdem inseri et rursus ex ijsdem authenticè parti affectanti extradi permisimus. In quorum majorem &. Actum ut supra & Relatio ejusd Procancellarij Rni.

Oblata Privilegij super Villas Ciukowa, Dambrowa & alias, Gnoso Adalberto Los Vicecapitaneo Leopoliensi.

Augustus & Significamus &.

v.R. Quod veniens personaliter ad Nos et Acta Metrices Regni Cancellariæ nostræ Minoris Nobilis Ludovicus Borowski et ad acticandum actisq præsentibus inserendo porrexit Privilegium Donationis super loca deserta in Palatinatu Podoliæ sita Gnoso Adalberto Los Subdapifero Leopoliensi serviens manu nostra Regia subscriptæ et Sigillo Regni majoris Cancellariæ communitum sanum, salvum et illæsum, omnig nota suspicionis carens. Supplicatumq nobis est ut illud ad acta præsentia suscipi ijsdem inseri et parti affectanti rursus ex ijsdem descriptum authenticè extradi permittere dignaremur. Ejusmodi vero Privilegij tenor qui sequitur et est talis. Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniæ &. Significamus. Ea Regum esse non postrema Solatia dum emerita Civium Reipublicæ Toga et Sago virtus suis alitur decoribus et emolumentis. Proinde pro regali respectu et distributiva Justitia Nostra præstamus, dum tali laude et obsequio Nobis et Reipublicæ insigni et emerito Gnoso Adalberto Los Subdapifero et Vicecapitaneo Leopoliensi munificentia Nostra succurrimus et facile in animum

Nostrum.

Nostrum induximus ut ipsi deserta bona nostra re-
galia Ciukowa Dambrowa, Karacchowce dicta in
Palatinatu Podoliæ sita et iacentia post hostilitatem
sopitam ad dispositionem Nostram devoluta daremus
et conferremus, prout præsentibus Literis Nostris
damus et conferimus. Quæ quidem bona suprascri-
pta idem Gnosus Adalbertus Los Subcapifer Leopoli-
ensis Donatarius Noster cum omnibus fundis, agris,
pratis, campis, Sylvis, nemoribus, rubetis fluviis, flu-
minibus pascuis, lacubus, Stagnis, piscinis, molendinis,
tabernis, Subditis, utriusq Sexus, eorumq laboribus,
Censibus, dationibus, pensionibus, proventibus. red-
ditibus, commodis et emolumentis. cunctisq in uni-
versum attinentijs et pertinentijs ab antiquo ad eadem
bona spectantibus et pertinentibus nullis exceptis,
sed ita late, longe circumferentialiterq prout in se su-
isq limitibus præfata bona ante bellum distincta &
dislimitata fuerant, suntq tenebit, habebit, et possi-
bit ad extrema vitæ suæ tempora. Promittentes pro
nobis et Serenissimis Successoribus Nostris non esse
nos prænemoratum Gnosum Adalbertum Los Donata-
rium Nostrum ab usu et pacifica possessione prædictorum
bonorum illorumq attinentiarum et pertinentiarum
amoturos aut alienaturos, amovendiq aut alienandi
cuipiam facultatem daturos, sed salvum et integrum
Jus advitale eidem conservaturos. Quod et Serenissimi
Successores Nostri prustabunt Juribus Nostris regalibus
Reipublicæ et Sacræ Ecclesiæ Romanæ per omnia salvis.
In quorum fidem manu Nra subscriptas Sigillo Regni
communiri jussimus. Datum Varsaviæ die decima quin-
ta Mensis Januarij Anno Domini Millesimo Sextingen-
tesimo Primo Regni vero Nostri quarto anno. Augustus
Rex. Locus Sigilli Majoris Cancellariæ Regni. Deserta
Loca Ciukowa Dambrowa et Karacchowce in Palati-
natu Podoliæ sita Gnoso Adalberto Los Subcapifero Leo-
poliensi post hostilitatem conferuntur. Fr Maximilian
de Tęczyn Ossolinski Vexillifer Drohiciensis Sigilli
Majoris Regni Secretarius. Cui nos Supplicationi beni-
gne annuentes prænsertum Privilegium / cujus origi-
nale idem Oferens denuo ad se recepit et de recepto
Cancellariam Nostram quietavit / ad acta præsentia
suscipi ijsdem inseri et parti affectanti rursus ex ijsdem

descriptum authentice extradi mandavimus. In quo
rum fidem &. Altum Varsaviæ Feria Quinta post
Festum Sanctorum Viti & Modesti Martyrum
proxima die videlicet decima Sexta Mensis Junij
Anno Domini Millesimo Septingentesimo Primo Relatis.

Oblata Privilegij super Castella-
natum Sanocen. Gn. Ozarowski collati.

Augustus &. Significamus &.

Et. Quod veniens personaliter ad Nos et acta Metri-
ces Regni Nobilis Josephus Ktgbowski obtulit et ad acti-
candum porrexit Privilegium super munus Castella
natus Sanocensis in personam Generosi Ozarowski
obtentum manu nostra subscriptum et Sigillo Can-
cellariæ minoris Regni communitum sanum sal-
vum et illæsum omnig suspicionis nota carens. Sup-
plicatumg Nobis est ut illud ad acta præsentia susci-
pi ijsdem inseri et sibi in forma authentica extradi
permittere dignaremur ejusmodi vero Privilegij tenor
qui sequitur et est talis. Augustus Secundus Dei Gratia
Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ &. Significas.
Coronatos Principes verius illos Atlantes quorum
humeris regiarum curarum Orbis id est cuncta
regendi onus incumbit ipsa imperij mole pressos
fessosg succumbere necessum esset nisi eos inter-
priora Dominationis subsidia recenseant alcidas.
qui ut Jurium Majestatis comparticipes fiunt ita Atlan-
ticis ferendis ponderibus compares existant, et ad regen-
dam Rempublicam maturitate consilij non desint.
Quare et Nos hæc semper tenuit tenetg sollicitudo ut
Viros Consilij senatoria decoremus purpura eosg in
consortium Regiminis nostri assumamus, quos tum
natalium splendor, tum sago togag' emerita commen-
dant decora. Cum vero post obitum Gnósi Joannis
Firley Castellanatus Sanocensis ad Nostras regias
devenerit manus quem in Virum Consilij condigne
deponeremus, hinc quia vigilans nostra perspicaxg
in Domum Ozarovianam ex antiquissima Ravi-
ciorum familia insignem vertitur palpebra, animi
advertitg in eadem vetustissima familia omnibusque

Virtutibus.

virtutibus plena Generosum Bronislaum Ozarowski Dapiferum Wendensem in cunctis Patrie obeundis muneribus capacitate conspicuum et moderamine conventuum particularium Palatinatus Sandomiriensis toties expertum prudentiaq; inibidem tanquam in lapide lidio experimentatum ita animum Nostrum moverit, ut iure merito prefati Castellanatus Sanocensis eundem Generosum Bronislaum Ozarowski prærogativa coronare non dubitemus prout defacto damus et conferimus presenti Diplomate Nostro. Per eundem cum omnibus Juribus et prærogativis obventionibusq; tenendum habendum et obeundum ad extrema usq; vitæ tempora vel majoris alicujus dignitatis assecutionem. Quod omnibus et singulis quorum interest præsertim vero Senatoribus Dignitarijs Officialibus, totiq; Nobilitati Palatinatus Russiæ et Terræ Sanocensis notum esse volentes mandamus ut prædictum Gnosum Bronislaum Ozarowski iam ab hinc et ab eodem tempore pro vero et legitimo Castellano Sanocensi habeant et agnoscant eidemq; de loco Juribus, & prærogativis omnibus et ipsi respondeant et responderi ab alijs curent pro gratia Nostra Regia. In quorum fidem præsentes manu Nostra subscriptas, Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ die decima quarta mensis Junij Anno Domini Millesimo Septingentesimo Primo, † Augustus Rex. Locus Sigilli Minoris Cancellariæ Regni. Castellanatus Sanocensis Generoso Bronislao Ozarowski post fata olim Gnosi Firley confertur. Joannes Casimirus Odolski Sacræ Regiæ Majestatis Secretarius. Cui Supplicationi Nos benigne annuentes præinsertum Privilegium / cujus Originale idem Offerens denuo à se recepit et de recepto Cancellariam Nostram quietavit / ad acta præsentia suscipi, ijsdem inseri et parti affectanti rursus ex ijsdem actis describtum authentice extradi permisimus. In quorum fidem &. Actum & Relatio &. ut supra

Consensus Oppidanis Goniądz ut de Iure suo cedant ad ripam Mącco Szczuka Procancellario MDL.

† Regni vero nostri quarto

Ao: 1701:

Augustus &c. Significamus &.

Et. Quod veniens personaliter ad Nos et acta Metrices Regni Cancellaria Nostre minoris N. Joannes Mozanski obtulit et ad acticandum seu actis præsentibus inserendum Literas Papiraceas continentes in se Privilegium pro erigendo ponte super fluvio Biebrza una cum pontali ab eodem solvendo, nec non Consensum pro oppido Gonigdz ut certam rippam et fundum hæreditarium possint donare et resignare manu Nostra subscriptas et Sigillo Regni Cancellaria majoris communitas sanas salvas et illæsas et omni suspicionis nota carentes. Supplicatumq Nobis est ut easdem Literas ad acta præsentia suscipi, ijsdem inseri et parti affectanti ex ijsdem descriptas authentice extradi permittere dignaremur. Quarum Literarum tenor qui sequitur talis. Augustus Secundus Dei Gratia Rex &. Significamus præsentibus& Relatum Nobis est per certos Consiliarios Nostros et de rei ipsius veritate cognitum habemus. Quomodo sit difficilis ac fere insuperabilis certis anni temporibus transitus per fluvium nuncupatum Biebrza in Terra Visnensi in tractu itineris ex Lithuania et Podlachia in Masoviam et Prussiam, cujus tractus et itineris facilitati subveniendo, cum Magnificus Antonius Stanislaus Szeluka Procancellarius Magni Ducatus Lithuanie Lublinensis Noster Capitaneus, in animum ..... induxerit pontem notabili licet sumptu suo exædificandi et erigendi, a rippa sua hereditaria usq ad aliam rippam fundi hereditarij Oppidi Gonigdz eoq nomine supplicatum sit nobis ut possit et valeat fundum et rippam ad oppidum Gonigdz spectan pro erigendo dicto ponte liberum habere. Nos utilitati publicæ et commodo viarum et itinerantium studentes dedimus et concessimus, præsentibusq damus et concedimus facultatem & potestatem Spoli ac Honorato Proconsuli Consulibus totiq Magistratui Oppidi Nostri Gonigdz ut possint et valeant de omni et integro Jure suo quod et quale super rippam et fundum hereditarium ad fluvium Biebrza circa borram dictam cum certo monte eidem rippæ adiacenti una cum circumferentia trium Laneorum ex opposito alterius

rippæ hæreditariæ prædicti Magnifici Procancellarij
Magni Ducatus Lithuaniæ ipsis competit et servit
cedere et transfundere totumq; Jus suum in personam
ejus et Successorum illius Jure perpetuo Maideburgico
cedere et transfundere ipsamq; rippam una cum cir-
cumferentia fundi trium Lancorum dare, donare, et
resignare perpetuis temporibus. Quæ quidem cessio postea
quam coram Actis suis Civilibus vel quibusvis au-
thenticis Regni sive donatio vel resignatio facta et re-
cognita fuerit. Nos eam pro rata et grata habituri
sumus, ipsaq; Resignatio firma certa et perpetua esse
debebit, uti quæ Nostro scitu et consensu in fundamen-
to Juris liberi Maideburgici peraget ur. Ita tamen ut
Magnificus Procancellarius Magni Ducatus Lithuaniæ
et sui Successores pontem in dicto loco extruere et per-
petuis temporibus conservare sint adstricti. Cum vero
idem pons magnis Sumptibus pro erectione et non
minoribus pro conservatione sui indigeat eidem
hisce perpetuum adscribimus pontale nempe ut
nullo excepto à quolibet equo, tam equestris, quam
cujuscunq; Status et conditionis hominum unus gros-
sus, ab equis autem mercatorum et seorsive a curri-
bus onustis tres grossi, à bobus Subditorum semigrossus
a bobus mercatorum in Prussiam tendentibus à quolibet
grossus unus Pruthenicus, a peditibus solidus unus
pendantur et solvantur sine quavis contradictione
et renitentia contra transgressores viarum et The-
loneorum publicorum. In quorum fidem præsentes
manu nostra subscriptas Sigillo Regni communiri
jussimus Datum Varsaviæ die decima Octava Men-
sis Junij. Anno Domini Millesimo Septingentesimo.
Primo. Regni vero Nostri Anno quarto. Augustus Rex
Locus Sigilli majoris Cancellariæ Regni. Consensus
resignandæ certæ rippæ et fundi ad fluvium Biebrza
Oppidi Goniądz pro erigendo ponte super eodem flu-
vio una cum pontali ab eodem solvendo. Franc:
Maximilianus de Tęczyn Ossolinski Vexillifer
Drohiciensis Sigilli majoris Regni Secretarius mpp.
Cui Supplicationi Nos annuentes præinsertas
Literas, quarum originale idem offerens denuo
ad se recepit et de recepto Cancellariam Nostram

A: 1701:

quietavit ad acta præsentia suscipi ijsdem inseri et rursus ex ijsdem descriptas parti authentice extradi permisimus. In quorum &. Actum Varsavia Sabbatho ante Festum Sancti Joannis Baptistæ proximo Die scilicet decima octava mensis Junij A. D: 1701: Relatus.

Illris & Magca Marschalca Cur: Rni donat Bona sua hæreditaria Generoso Stephano Potocki Capitaneo Cerkasensi.

Augustus &. Significamus &.

v. D. Quod coram Nobis et Actis Metrices Regni Cancellariæ Nostræ minoris personaliter comparens Illustris & Magnifica Theophila Ludovica Ducissa in Ostrog et Zastaw Comitissa in Wisnicz et Jarostaw et Tarnow Lubomirska Marschalca Curiæ Regni, Illustris et Magnifici Josephi Caroli Comitis in Wisnicz et Jarostaw Lubomirski Marschalci Curiæ Regni Sandomiriensis Zatoriensis, Lubaczoviensis, Niepolomicensis Rycensis, Solecensis, Lubomlensis Capitanei Consors separata in assistentia Illustrium & Magnificorum Stanislai Jabłonowski Castellani Cracoviensis Exercitus Regni Poloniæ Supremi Ducis Międzyricensis, Barensis Capitanei. Caroli Stanislai Ducis in Otyka et Nieswiesz Radziwił Supremi Magni Ducatus Lithuaniæ Cancellarij. Hieronymi Lubomirski Supremi Regni Thesaurarij Georgij Lubomirski Subdapiferi Regni & Tutorum Suorum ad actum presentem assumptorum sana mente et corpore existens à foro Terris Districtibus et Jurisdictione sua quavis propria et competenti recedendo, huic autem jurisdictioni Nostræ Regiæ quoad actum duntaxat præsentem attinet se cum persona bonisq suis Subjiciendo palam, ultro, libere, benevole, ac per expressum recognovit præsentibusq recognoscit. Quia ipsa Generoso Stephano de Potok in Czortkow Potocki Capitaneo Cerkasensi illiusq Legitimis Successoribus bona sua propria et hæreditaria videlicet Villam Potonno, Villam Ozdow cum Prædio, Villam Ratno cum Prædio, Villam Karczow cum Prædio, Villam Horody Scze Villam Jorky Villam Baiow,

Sortem in Gindawa, nec non Villam Swoz in Palatinatu
Vothynica et Districtu Luceoriensi iacen cum omni eorun-
dem bonorum Iure, dominio, proprietate hereditate, pro-
pinquitate, titulo quovis hereditario, nec non cum terris
possessionibus fundis areis metis, graniciebus, agris,
pratis, hortis, pomarijs, sepibus, sepimentis, campis
cultis et incultis, novalibus agrorum, conseminati
onibus Segetibus frumentis, pascuis, Sylvis, nemoribo,
rubetis virgultis, pinetis, vepretibus, indaginibus, api-
steryjs, mellificijs, lacubus, piscinis, fluvijs, fluminibus
torrentibus, rivulis aquarum decursibus, molendinis,
molendinatoribus, tabernis, tabernatoribus, braxato-
rijs, eorum instrumentis tum quoq cum omnibus,
prædijs, curijs, arcibus, ædificijs, Structuris, tam Curi-
alibus, quam Subditalibus, Stabulis, equis, pecoribus
pecudibus, iumentis, univerisq rebus, mobilibus
animatis et inanimatis ad Inventarium Prædiale ad-
rem Oeconomicam quoquo modo spectantibus, tum Sub-
ditis Cmetonibus, hortulanis, Inquilinis, eorum Uxoribus,
liberis, tam extantibus, quam profugis, illorum gazis,
domibus, pecoribus, pecudibus, Suppellectili, Servitijsq
Officijs, laboribus, iuvaminibus, vigilijs diurnis et no-
cturnis censibus, dationibus tributis, obedientia.
Adhæc cum universis datijs exactionibus theloneis,
pontalibus et aggeralibus, Iuribus Patronatus seu
præsentationis Præsbiterorum et quorumvis aliorum
ministrorum Ecclesiasticorum ad quævis beneficia
Spiritualia sive in ijs bonis existentia seu respective
illarum ad quæcunq ministeria Ecclesiastica utriusq
Ritus sese referentia et ad hæredes bonorum supra-
scriptorum spectantia vel spectare deben. Demum
cum omnibus eorundem bonorum utilitatibus, fru-
ctibus, obventionibus, commodis et emolumentis
attinentijsq et pertinentijs universis, ita latè, longè
prout eadem bona suprascripta in suis metis, limi-
tibus et graniciebus continentur et ab alijs bonis
distincta et limitata sunt perseq recognoscenten
vigore Iuris sui possidebatur et tenebantur, tenerig
et possideri debebant. Nihil in ibidem prose et Suc-
cessoribus suis vel quopiamalio reservando. Sed omni-
bus in genere et singulis in Specie comprehensis, ad ex-

tremum cum omnibus Juribus, Inscriptionibus, Privi-
legijs et quibuscung alijs Literatorijs dispositionibus,
ad hæreditatem ℔ eorundem bonorum sese regulantibꝫ
sibi recognoscenti et suis Juris datoribus ac bonorum
eorundem antecedaneis legititimis possessoribus
servien̄. Jam exnunc et defacto mero, vero puro per-
petuoꝫ ac irrevocabili donationis et resignationis
titulo ℔ dedit donavit et resignavit prout presentibꝫ
dat donat et resignat perpetuo et in ævum. Nihil
sibi recognoscenti et suis Successoribus ac cuipiam
alteri in ijsdem bonis Juris dominij proprietatis, hæ-
reditatis et cujuscung alterius tituli et prætensi-
onis reservando et excipiendo ℔ verum omne et integrum
Jus suum hereditarium proprietatem et hereditatem
perpetuam in personam (eorundem nominati) Ignosi Potocki illiusꝫ Suc-
cessorum transferendo abscedendo ℔ et derivando. Ad
tenendum, habendum possidendum, dandum do-
nandum, vendendum commutandum alienand
ingꝫ suos et suorum Successorum quosvis bene-
placitos ℔ usus convertendum. In quæ quidem bona
superius nominata præsentibus donata. Jam exnunc
eadem recognoscens intromissionem realem et actu-
alem per Ministerialem Regni et Nobiles duos seu
quocung alio modo Juridico acceptan̄ eidem supra-
scripto donatario suo ac illius Successoribus dat et
admittit datamꝫ et admissam nec per se nec per quas-
vis submissas ℔ et subordinatas personas impugnare
et impedire dictumꝫ Ignosum Donatarium suum
cum illius Successoribus ℔ in pacifica eorundem bo-
norum possessione quovis modo iuridice vel extra-
iuridice turbare, et injuriari non debebit, quinimo
tenebitur, prout se et Successores suos de bonis suis
omnibus mobilibus et immobilibus Summisꝫ qui-
busvis pecuniarijs nunc habitis et imposterum ha-
bendis, sub quavis Jurisdictione existentibus in-
scribit et obligat eundem Ignosum donatarium suum
et illius Successores in omni Judicio et Officio Regni
toties quoties opus fuerit in omni et quavis impe-
titione iuridica et extraiuridica omnium &
singularum personarum propinquarum et remo-
tarum cujuscung gradus, Status & conditionis
℔

existentium Ius et interesse aliquod ad hæreditatem
eorundem bonorum præsentibus donatorum prætendentes
per omnes præscriptiones Terrestres prout ad aliquam
personam Terrestrem spectat et pertinet præscriptio,
evincere, defendere, intercedere indemneng et Successo-
res illius indemnes reddere, bona præfata donata
et ab omnibus generaliter Inscriptionibus, citationibg,
Processibus et debitis, ultra illud quod in Contractu per se
recognoscentem subscripto positum et per Generosum
Donatarium in se suosq Successores deportandum as-
sumptum est, nec non omnibus et singulis impedimentis
et difficultatibus, etiam ex re et persona sui recognoscentis
vel Successorum illius, quandocung exorituris, Sem-
per et ubiq fatalijs Iuris et præscriptione terrestri non
obstante emundare, eliberare, mundag et libera facere.
Idq sub damnis terrestribus simplici verbo absq quovis
iuramento taxandis et edicendis per se recognoscentem
et suos Successores casu contraventionis et non adim-
pletionis præmissorum in toto vel in parte ad solven-
dum succumbendis. Pro quibus quidem damnis ter-
restribus, ac re aliqua ex præsenti Inscriptione non
completa, nihilominus complenda eadem recognoscens
cum suis Successoribus ad officium castrense Capita-
neale Lucecoriense et Tribunal Regni citata vel citati
existentes in primo citationis termino tanquam peren-
ptorio stare, respondere, prœcisisq quibusvis dilationi-
bus exceptionibus evasionibus motionibus earum-
prosequutionibus ac quibusvis legalitatibus vel Iu-
ris ac facti remedijs quibus ad præsens abrenunciat
Iudicatum officij ac Iudicij illius pati, Damna Terre-
stria ad simplicem partis agentis instantiam liqui-
dand in instanti reponere et nihilominus ijs solutis
inscriptioni præsenti ac illius contentis ac rei pro qua
citabitur in toto et in minima parte satisfacere tene-
bitur. Hac sua personali recognitione ad præmissa me-
diante. In forma alias Inscriptionis donatoriæ plenis-
sima perfectissima et sufficientissima. Quam Magca
Recognoscens manu propria subscripsit. Theophila
X. O. Lubomirska M K k[illegible] Pablonowski C.C.R.R.
Dux Supremus. Carolus Stanislaus Dux Radziwill
Supremus Cancellarius, Magni Ducatus Lithuaniæ

A: 1701:

Hieronymus Lubomirski Sup: Regni Thesaurarius uti assistens mpria Georgius Lubomirski Subdapifer Regni uti assistens mpria Quam quidem Inscriptionem Donatoriam Nos firmam et ratam habentes haberiq; ab omnibus volentes ad Acta præsentia suscipi, ijsdem inseri et ex ejsdem de verbo ad verbum describi ac parti affectanti authentice extradi permisimus. In quorum &c. Actum &c Relatio ejusdem Procancellj &c

Eadem roborat Contractum cum Generoso Siemianowski.

Augustus &c. Significamus &c.

vp. Quod coram Nobis et Actis Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Minoris personaliter comparentes Illris et Magnifica Theophila Ludovica Ducissa in Ostrog et Zastaw Comitissa in Wisnicz & Iarostaw et Tarnow Lubomirska Marschalca Curiæ Regni &c. Anna et Generosus Gaspar Theodorus Siemianowski Vexillifer generalis Sandomiriensis Palatinatus & Judex Castrensis Sandomiriensis ex altera parte, sani mente et corpore existentes recedendo a Terris districtibus, Jurisdictionesq; Suas quavis propria huic autem nostræ Jurisdictioni regiæ se cum personis et bonis suis quo ad actum præsentem se subijciendo palam, sponte, libere, benevole, ac per expressum recognoverunt et quilibet eorum suo pro interesse recognoscit. Quia ipsi Contractum seu Intercisam inter se recognoscentes mutuo et ad invicem die decima tertia Mensis Junij Anno præsenti Millesimo Septingentesimo Primo hic Varsaviæ confectum et manibus proprijs recognoscentium subscriptum Sigillis cera hyspanica utensilibus obsignatum atq; vadio octuaginta et quatuor Millium florenorum Polonicalium currentis monetæ vallatum in omnibus ejusdem Contractus punctis, clausulis articulis nexibus conditionibus et ligamentis totoq; ejus tenore non aliter acsi hic de verbo ad verbum insertus et per eosdem Recognoscentes seorsivis Inscriptionibus Officiosis recognitus esset, Contractum eundem ad præsentem Inscriptionem roboratoriam et è contra Inscriptionem ad Contractum referendo approbant confirmant,

ratificant

ratificant eumq in toto et in minima parte tenere
complere illiq. quisq pro suo interesse totaliter satis-
facere de bonis suis generaliter omnibus mobilibus,
et immobilibus, Summisq pecuniarijs sese et suos
Successores inscribunt et obligant idq sub Vadio supra
specificato Octuaginta et quatuor Millium floreno-
rum polonicalium currentis in Regno moneta casu
Contraventionis presenti Inscriptioni roboratoriæ
in toto vel in quavis illius parte perse et Successores
suos de integro et irremissibiliter ad Solvendum suc-
cumbendo. Pro quo quidem vadio ac re aliqua ex Con-
tractu roboratorio non completa nihilominus com-
plenda ad Judicium Tribunalis Regni et Officium seu
Judicium Castrense Capitaneale Sandomiriense
ÿdem Recognoscentes suis cum Successoribus cita-
ti existentes in primo citationis termino quem sibi
peremptorium assignant comparere respondere sta-
re non tuendo se ullis legum auxilijs et exemptioni-
bus dilationibus alijsq quibusvis Juris præcisis etiam
appellationibus earumq prosecutionibus Judicatum
Judicij illius ad quod citati fuerint illiusq Executioni
pati, vadium succubitum in instanti reponere et
nihilominus eo soluto rei principali pro qua citabun-
tur in toto et in quavis minima parte satisfacere te-
nebuntur. Hac sua personali recognitione ad præmissa
mediante. In forma alias roboratoriæ inscriptionis de
Jure firmissima & perfectissima. Quam manibus suis
subscripserunt. Theophila L. A. C. Lubomirska MWK
Jaspar Theodorus à Siemianow Siemianowski
Vexillifer Palatinatus Vicecapitaneus et Judex
Castrensis Sandomiriensis mpp. Quam quidem
Inscriptionem roboratoriam Nos ratam et gratam
habentes haberiq ab omnibus volentes ad acta
præsentia suscipi ÿjdem inseri, et ex ejsdem
de verbo ad verbum descriptam parti affectanti
authenticè extradi permisimus. In quorum &.
Actum ut supra. & Relatio ejusdem Mgci Pancelly &.

Dapiferatus Palatinus Lancicien
Gnoso Iwanski confertur.
Augustus & Significamus &.

Ao: 1701:

vp. Quod veniens ad nos et Acta Metrices Regni Cancellᵃ
Nostræ minoris personaliter Generosus Adamus Iwanski
Dapifer Palatinatus Lanciciensis obtulit et ad acticom-
dum porrexit Privilegium Nostrum super munus Da-
piferatus Lanciciensis manu Nostra subscriptum
et Sigillo majoris Cancellariæ Regni communitum
sanum salvum et illæsum personæ offerenti serviens.
Supplicatumq; Nobis est ut Privilegium idem ad acta
præsentia suscipi ijsdem inseri et ex ejsdem denuo
descriptᵒ parti affectanti extradi permittere dignaremur.
Cujusquidem vero Literarum sequitur tenor et est talis.
Augustus Secundus Dei Gratia Rex Poloniæ Significam.
Muneris Nostri Regij esse benemeritis de Nobis et Repta
viris gratiam et munificentiam Nostram Regiam
exhibere meritisq; ac virtutibus ipsorum offerentibus
se occasionibus favere. Ac proinde cum Generosi
Adami Iwanski vetusta Nobilitatis Stirpe proge-
niti præclaras animi et ingenij dotes, singularesq; in
omni actione virtutes promptum denique ad obsequia
Nostra et Reipublicæ studium plurimis in actionibus
summa fide et dexteritate testatum, commendatum
habeamus faciendum duximus ut ipsi Dapiferatum
Palatinatus Lanciciensis morte et obitu Generosi Fran-
cisci Szamowski ejusdem muneris ultimi et immediati
possessoris vacantem dispositionique Nostræ Regiæ obno-
xium daremus et conferremus, prout quidem cum
omnibus Juribus prærogativis Libertatibus et immu-
nitatibus loco obventionibus, cunctisq; attinentijs &
pertinentijs idem munus Dapiferatus Palatinatus
Lanciciensis de Legum præscripto et usu recepto
concernentibus pereundem Gnosum Adamum Iwan-
ski tenendi habendi et possidendi obeundumq; ad ex-
trema vitæ ipsius tempora seu majoris alterius di-
gnitatis assecutionem damus et conferimus præsen-
tibus Literis Nostris. Quod ad notitiam omnium quo-
rum interest præsertim vero Dignitariorum Offi-
cialium totiusq; Equestris ordinis Palatinatus Lan-
ciciensis deducendo mandamus ut prænominatum
Gnosum Adamum Iwanski ab hinc pro vero &
Legitimo Dapifero Palatinatus Lanciciensis ha-
beant et agnoscant eidemq; de loco Juribus, præ-
rogativis, immunitatibus & obventionibus de

Lege

Lege et antiqua consuetudine ad hocce munus spectan-
et pertinentibus respondeant et ab alÿ responderi cu-
rent pro gratia Nostra. In quorum fidem præsentes
manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri
jussimus. Datum Varsaviæ Die tertia mensis Decem-
bris Anno Domini Millesimo Septingentesimo - - - -
Regni vero Nostri quarto Anno Augustus Rex. Locus
Sigilli majoris. Cancellaria Regni. Dapiferatus Palntus
Lanciciensis post mortem Gnosi Francisci Szamowski
ejusdem muneris ultimi & immediati possessoris Gno-
Adamo Iwanski confertur Mf de Tęczyn Osolinski
Vexillifer Drohiciensis Sigilli majoris Regni Scribus.
Cui supplicationi nos benigne annuentes præinsertum
Privilegium super munus Dapiferatus ad acta præ-
sentia suscipi ÿjdem inseri et parti rursus ex ÿjdem
descriptum authentice extradi permisimus. In quorum
Actum ut supra &. Relatio ejusdem Mgci Procancellarÿ Regni

Privilegium pro Civitate Grodziscensi.

Augustus &. Significamus &.

Quod veniens personaliter ad Nos et acta Me- &c.
trices Regni Cancellariæ Nostræ Minoris Vnblis Thomas
Magowski Capellæ Nostræ Regiæ in Ecclesia Collegiata
Varsaviensi sitæ et Collegij Mansionariorum Præpositus
et Secretarius Noster. Obtulit et ad acticandum seu
actis præsentibus inserendum porrexit Privilegium
in pergameno conscriptum et manu Nostra subscript.
Sigillog Regni Majoris Cancellariæ pensili communit.
sanum, salvum et illæsum omnig suspicionis nota ca-
rens. Supplicatum nobis ut illud Privilegium Civitati
Grodziscensi serviens ad acta præsentia suscipi ÿjdem
inseri et parti affectanti rursus ex ÿjdem actis descript.
authentice extradi permittere dignaremur. Literarum verò
præfatarum seu Privilegÿ tenor sequitur et est talis. Au-
gustus Secundus Dei Gratia Rex Poloniæ &. Significam &.
Quod etsi in Nostra felici inauguratione omnium Regni
Nostri Incolarum et Subditorum, iura Privilegia à Srnmis
Antecessoribus Nostris iustè et legitimè data et concessa
approbaremus ita ut nihil superesset quod quisquam
a Nobis merito ea in re exposcerct. Cum tamen Sup-
plicatum Nobis esset per Vnrblem Thomam Magowski

A: 1701.

Capellæ Nostræ Regiæ in insigni Collegiata Varsaviensi sitæ et Collegij Mansionariorum Præpositum Secretariumq; nostrum nomine Civitatis Grodziscensis in Majori Polonia existentis ut Jura super Theloneum Brulowe dictum atq; Privilegia super Nundinas tum et libertates super Confraternitatem Jaculatorum à Divis antecessoribus Nostris dictæ Civitati Grodziscensi concessas approbaremus et confirmaremus ingq; eorum usu hanc Civitatem conservaremus et relinqueremus. Ideo Nos Supplicationi ejusmodi uti justa, benigne annuentes faciendum esse duximus, ut præfata Privilegia Srmõrum Antecessorum Nostrorum super theloneum Brukowe nuncupatt et nundinas atq; foralia servientia Confraternitatemque iaculatorum ibidem institutam, quæ licet hic in suo tenore non sunt inserta, non aliter tamen nisi acsi de verbo ad verbum inserta essent approbaremus, prout quidem approbamus et confirmamus præsentibus Literis nostris. Ita ut præfata Civitas his juribus et Privilegijs prout antea utebatur, Jaculatorumq; Confraternitas his omnibus juribus, libertatibus, immunitatibus, prærogativis, quibus Civitas Posnaniensis et aliæ Civitates majoris Poloniæ gaudent, fruuntur et utuntur, gaudeat fruatur et utatur temporibus perpetuis. Volentesq; desolationi hujus Civitatis et depauperationi per voraginem ignis incolarum ibidem existentium subvenire, unas, adhuc ad priores nundinas pro Feria Secunda post Dominicam Palmarum Kwietnia vulgò nuncupatt proxima quolibet anno à publicatione præsentium incipiendo eidem Civitati Grodziscensi addimus et concedimus perpetuo et in ævum. Pro quibus nundinis tam antiquis ibidem quam recenter institutis liberum erit quibuscunq; hominibus mercatoribus, negotiatoribus, artificibq; domesticis extraneis, vicinis et remoticribus cum rebus et mercibus sive ad victum sive ad negotiationem pertinentibus venire ineisq; quæ illis visa fuerint vendere emere, res pro rebus, merces pro mercibus commutare et alia honesta et licita negotia tractare, omni tam euntibus quam redeuntibus et in loco commorantibus in his nundinis securitate à Nobis provisa, nisi forte tales essent quos Jura publica fovere non permitterent &

quibus

quibus consortium bonorum iuvenerito esset dene
gandum. In cujus rei fidem præsentes manu nostra
subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum
Varsaviæ Die decima nona Mensis Junij Anno Do-
mini Millesimo Septingentesimo Primo. Regni vero
Nostri quarto anno. Augustus Rex. Locus Sigilli ma-
joris Cancellariæ Regni pensilis. Nundinæ cum-
Confirmatione Jurium super Brukowe et Confra-
ternitatem Jaculatorum Civitati Grodzisko in ma-
jori Polonia P. M. de Teczyn Ossolinski Vexillifer Dro-
hiciensis Sigilli Majoris Regni Secretarius. Cui
Supplicationi Nos benigne annuentes præinserto
Privilegium cujus Originale idem offerens denuo
ad se recepit et de recepto Cancellariam Nostram
quietavit, ad acta præsentia suscipi, ijsdem inseri,
et parti affectanti rursus ex ejsdem actis descrûm
authenticè extradi permisimus In quorum ma-
jorem fidem &. Actum Varsaviæ Feria Quinta
post Festum Sanctorum Petri & Pauli Apostolo-
rum proxima die videlicet trigesima mensis
Junij Anno Domini Millmo Septingentesimo Primo:

Relatio ejusd Illmi Procan Ini.

Generosus Stephanus Potocki inscribit summam 100000. Gnõsæ Consorti.

Augustus &. Significamus &.

Quod coram Nobis et actis Metrices Regni Can- v. R.
cellariæ Nostræ minoris comparens personaliter
Generosus Stephanus de Potok in Czorthkow Potocki
Capitaneus Czerkasensis recedendo à foro, Terris,
Districtibus et Jurisdictione sua quavis propria
et competenti, huic autem Jurisdictioni nostræ
Regiæ quoad actum præsentem sese subjiciendo
et incorporando sanus mente et corpore existens
palam; ultro, liberè, benevolq. recognovit præ-
sentibusq. recognoscit. Quia ipse Gnõsæ Constantiæ
Denhoffownæ Consorti suæ charissimæ illiusq. veris
& Legitimis Successoribus Summas binas unam

vnam videlicet Centum Millium florenorum polonicalium Currentis in Regno monetæ certo Scripto manuali per se recognoscentem subscripto assecuratam et actis Metricis Regni Cancellaria Nostræ majoris Sabbatho post Festum Sancti Joannis Baptistæ proximo die scilicet vigesima Sexta Mensis Junij Anno proximè præterito Millesimo Septingentesimo roborato, alteram vero Octuaginta Millium florenorum polonicalium Currentis similiter in Regno monetæ veri, certi, liquidiq debiti tenetur ac debet. eademq Summas suprascriptas centum octuaginta Millium florenorum polonicalium Currentis in Regno monetæ efficientes in bonis suis hæreditarijs ut pote in Villis infrascriptis videlicet in Villis Polonno Ozdow Ratno Korczow Horodyszcze, Gorka, Bajow, Gindawa, Swoz in Palatinatu Volhynia et Districtu Luceoriensi consistentibus, inscribit, assecurat, atq eadem Summas suprascriptas videlicet Centum octuaginta Millium florenorum polonicalium Currentis in Regno monetæ de bonis suprascriptis eorumq bonorum universis latifundijs et attinentijs ex antiquo spectantibus, pertinentibusq eisdemq bonis et Villis adiunctis pro die & festo Sancti Joannis Baptistæ in Anno proximè venturo Millesimo Septingentesimo Secundo celebrando coram Officio Luceoriensi castrensi dictæ Generosæ Consorti suæ ac Successoribus illius soluturum et realiter ac effective numeraturum sese ac suos Successores submittit et obligat. Casu vero ejusdem Summæ Suprarecensitæ pro tempore præfixo non solutionis extunc idem Generosus recognoscens summam hanc in præliatis bonis suis hæreditarijs illorumq attinentijs et pertinentijs ex antiquo ad bona supranominata spectantibus memoratæ Gnosæ Consorti suæ et illius legitimis Successoribus assecurat. Intromissionemq Officiosam per Ministerialem Regni Generalem et nobiles duos seu quovis alio modo Juridico acceptam in toties nominata bona et fundos, latifundiaq ipsorum, dat et admittit datamq et admissam non impediturum imo eandem Generosam Consortem suam et Successores illius usq ad realem memoratæ Summæ exolutionem in possessione usu et fructu earundem Villarum illarumq omnium attinentiarum et singularum pertinentiarum,

fructuum

fructuum proventuum et emolumentorum conser-
vaturum sese una cum suis Successoribus submit-
tit. Idq; sub vadio Similis Summæ Centum Octua-
ginta Millium florenorum polonicalium Curren-
tis in Regno monetæ casu Contraventionis præsenti
Inscriptioni in toto vel in qua vis minima illius parte
ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem Vadio
ac re ipsa principali idem Generosus recognoscens
Citatus seu Successores Citati existentes coram præ-
fato Officio Castrensi Luceoriensi in primo Citationis
Termino tanquam peremptorio respondere, et non uten-
do ullis exceptionibus, defensis, appellationibus ea-
rumq; Prosecutionibus ac alijs quibusvis Iuris reme-
dijs quibus ad præsens Gnôsus recognoscens una cum
suis Successoribus abrenunciat, Iudicatum Officij illig
pati, vadium succubitum exolvere ac nihilominus,
rei principali præsentiq; inscriptioni in toto satisfacere
tenebitur. Hac sua personali recognitione ad præmissa
mediante. Alias in forma Inscriptionis debitoreæ de Iure
plenissima & perfectissima. Quam Generosus Recognôs
manu sua propria subscripsit. Stephanus Potocki
Capn Czerkasen. Quam quidem Inscriptionem
debitoream Nos firmam ratam habentes, haberiq;e
ab omnibus volentes ad acta præsentia suscipi et ex
ejsdem de verbo ad verbum descriptam parti affectan-
ti authentice extradi permisimus. In quorum fidem
Actum ut supra &. Relatio ejusd. Procancellarij &

Dapiferatus Junivladislavien
Gnoso Sokolowski confertur.

Augustus &c. Significamus. &.
Quod veniens personaliter ad Nos et Acta vp.
Metrices Regni Cancellariæ Nostræ minoris Gnôsus
Gregorius Kurowski obtulit et ad acticandum porre-
xit Privilegium infrascriptum super munus Dapife-
ratus Junivladislaviensis Gnôso Lucæ Sokolowski
Serviens manu Nostra subscripti. Supplicatumq; No-
bis est, ut illud ad acta presentia suscipi, ijsdem
inseri et parti affectanti ex ijsdem actis descriptum

authenticè extradi permittere dignaremur. Cjusmodi vero Privilegij tenor qui sequitur talis. Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniæ &. Significamus q. nihilæquè consentaneum regiæ amplitudini & congruum censeri quam ut eos quos constans de nobis integra fides singularia merita abundè commendant debitis præmiemur honoribus, ea enim vatione et reliqui ad virtutis comitem gloriam excitantur et ÿ quibus virtus præmia peperit ad quævis Nobis præstanda obsequia alacriores vedduntur. Proinde vacantem ad præsens Dapiferatum Junivladislaviensem post liberam resignationem Generosi Francisci Sokołowski Dapiferi Junivladislaviensis faciendum esse duximus ut eundem Dapiferatum Ignoso Lucæ Sokołowski Subdapifero Cechanoviensi cujus præclara in Nos Remq publicam merita Nobis perspecta sunt daremus et conferremus, prout quidem damus et conferimus præsentibus Literis Nris. Quod quidem munus Dapiferatus Junivladislaviensis prædictus Generosus Lucas Sokołowski cum omnibus Juribus, prærogativis, immunitatibus, obventionibus, cæterisq attinentijs et pertinentijs ad id munus Spectantibus, tenebit, habebit et possidebit ad extrema vitæ suæ tempora vel majoris alicujus officij ac dignitatis assecutionem. Quod ad notitiam omnium quorum interest præsertim vero Magnificorum Generosorum Dignitariorum officialium Terrestrium et Castrensium aliorumq Palatinatus Junivladislaviensis Nobilium deducentes mandamus ut supradictum Generosum Lucam Sokołowski ab hinc pro vero et legitimo Dapifero Palatinatus Junivladislaviensis habeant et agnoscant. eiq de loco Juribus prærogativis et obventionibus, cæterisq attinentijs huic Officiò servientibus respondeant et responderi curent prò gratia Nostra. In quorum fidem præsentes manu Nostra subscriptas, Sigillo Regni communiri iussimus. Datum Varsaviæ die decimaoctava Mensis Maij Anno Domini Millesimo Septingentesimo. [Reg publicæ benemerendi studiò pmptissima ad obsequend voluntas Nobis]

Primo

Primo Regni vero Nostri Anno quinto. Augustus Rex Locus Sigilli Majoris Cancellariæ Regni. Dapiferatus Iunivladislaviensis post resignationem Gnosi Francisci Sokotowski Dapiferi Iunivladislaviensis Gnoso Lucæ Sokotowski Subdapifero Ciechanoviensi confertur. Cui Supplicationi Nos benignè annuentes præinsertum Privilegium super munus Dapiferatus. cujus originale idem offerens denuo ad se repit, et de recepto Cancellariam Nostram quietavit ad acta præsentia suscipi ijsdem inseri, et rursus ex ijsdem actis descriptum parti affectanti extradi authentice permisimus. In quorum &. Actum &. Ut Supra

Privilegium Secretariatus pro Vnĕblu Magowski.

Augustus &. Significamus &.

Quod veniens personaliter ad Nos et Acta Metrica Regni Cancellariæ Nostræ minoris Vnĕblis Thomas Magowski Capellæ Regiæ et Collegij Mansionariorum Varsaviensis præpositus obtulit et ad acticandum porrexit Literas infrascriptas. Supplicatumq; Nobis est ut easdem Literas ad acta præsentia suscipi ijsdem inseri et rursus ex ijsdem descriptas parti authenticè extradi dignaremur permittere. Earundem vero Literarum tenor est qui sequitur talis. Augustus &. Significamq. Majestatum Regiarum felicitati nullum tam solidum fundamentum esse magistra rerum edocti experientia, arbitramur, quam dum Principes ad officia aulæ suæ intimioraq; obsequia eos potissimum admonent adhibentq; viros, quos non tantum singularis ac multorum usu probata dexteritas insignis rerum ac Literarum peritia verum etiam constans fides spectata in plurimis negotijs virtus commendatos faciat. Qua propter optimè insinuatam habentes singularem fidem, integritatem, scientiam ac eruditionem simul cum pietate sacerdotali coniunctam tum etiam promptissimum ad inserviendum Nobis animum Vnĕblis Thomæ Magowski Capellæ Nostræ Regiæ in insigni Collegiata Varsaviensi sitæ et Collegij Mansionariorum Capella

norum Nostrorum Præpositi dignum iudicavimus, quem gratiæ Nostræ regiæ uberioribus argumentis prosequeremur et ad obeunda graviora negotia Commissiones Officiaq; Nostra admitteremus eumq; in numerum realium & actualium Secretariorum Nostrorum reciperemus et adscisceremus, prout quidem adsciscimus et recipimus præsentibus Literis Nostris, dantes & concedentes ipsi plenariam & omnimodam facultatem, omnibus Iuribus Privilegijs immunitatibus et Libertatibus cæteris veris & legitimis Secretarijs Nostris de Legum præscripto et recepto usu servientibus, libere gaudendi idemque munus et Officium Secretarios Nostros concernens ad extrema vitæ suæ tempora obeundi et exequendi. Quod omnibus quorum interest præsertim vero Magnificis Marschalcis Regni et Magni Ducatus Lith. notum esse volentes mandamus quatenus præfatum Venerabilem Thomam Magowski Capellæ nostræ regiæ in insigni prætacta Collegiata Varsaviensi sitæ & Collegij Mansionariorum Capellanorum Nostrorum Præpositum ab hinc pro vero et Legitimo Secretario Nro habeant et agnoscant eiq; de loco Iuribus Prærogativis universis ad dictum munus de lege vel consuetudine spectantibus respondeant. respondeiq; ab omnibus curent pro gratia Nostra. In quorum fidem præsentes manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri iussimus. Datum Varsaviæ die trigesima tertia Mensis Maij. Anno Domini Millesimo Septingentesimo Primo Regni vero Nostri quarto Anno Augustus Rex. Locus Sigilli majoris Cancellariæ Regni. Secretariatus Vnĝbli Thomæ Magowski Capellæ Regiæ & Collegij Mansionariorum Varsaviensium Præpositi. Franciscus Maximilianus de Tęczyn de Tęczyn Ossolinski Vexillifer Drohiciensis Sigilli majoris Regni Secretarius. Cujus Supplicationi Nos benigne annuentes præinsertas Literas quarum Originale idem Offerens denuo ad se recepit et de recepto Cancellariæ Nostram quietavit, ad acta præsentia suscipi ijsdem inseri et parti affectanti rursus ex ijsdem descripta authenticè extradi permisimus. In quod Actum Relatum Mandatum Majestatis Thesaurarijs Regni & Aulæ Vrè & M. D. Lithuan.

Vnde

Venerabilis Nicolaus Denhoff Præpositus Sandomiriensis Plenipotentes constituit.

Augustus &c. Significamus &c.

Quod coram Nobis & actis metrices Regni Cancellarice Nostræ minoris personaliter comparens Vnbths Nicolaus Denhoff Præpositus Sandomiriensis recedendo à foro suo quovis proprio et Iurisdictione sua competenti, huic autem nostræ iurisdictioni quo ad actum præsentem et infrascripta recognoscenda attinet Regiæ sese subjciendo et incorporando, sanus mente et corpore existens palam sponte libere, benevole ac per expressum recognovit et præsentibus recognoscit. Quia ipse omni meliori modo, via, stylo, et forma quibus melius ac de Iure validius potuit ac debuit in suos veros legitimos ac indubitatos plenipotentes et mandatarios suos Venerabiles Christianum Dumin Karnicki Præpositum & Officialem Radomiensem et Christophorum Łozdzikowski Parochum antiquæ Civitatis Radomiensis elegit, fecit, constituit et solenniter ordinavit. Dans et conferens ijsdem Plenipotentibus & mandatarijs suis tam conjunctim quam divisim ac cuilibet eorum in solidum omnimodam potestatem et plenariam facultatem Causam & Causas quibuscunq; personis tam Spiritualibus quam secularibus intuitu Decimæ manipularis ad præposituram Sandomiriensem vi Iurium suorum et ex antiquo spectantis et pertinentis ad forum quodvis sive Spirituale sive Seculare competens instituendi institutam et institutas promovendi defendendi, probationes omnimodas inferendi, exceptiones iuridicas opponendi, Iuramenta deferendi, referendi auscultandi et indulgendi. Decreta pro parte sui Constituentis lata acceptandi, a prægravabilibus ad altius Subsellium appellandi et extraordinariè prosequendi, pœnas Iudiciales ac quasvis Summas et decimas manipulares levandi de levatis et receptis quietandi

v.p.

Fo: 1701:

Alium sive alios Plenipotentes et Mandatarios suos cum simili vel limitata facultate substituendi, eosdem si utilius videbitur sibi Constituenti revocandi. Aliaq omnia munia et Officia plenipotentiarius de Lege seu ex Officio eorum incumbentia et debita prout causarum suarum exigentia faciendā in rem et Commodum sui constituentis, agendi, perficiendi et exequendi. Promittens id totum quid quid per eosdem suos plenipotentes ac eorum Substitutos coniunctim seu singulariter unumquemque illorum gestum, actumq fuerit se Constituentem pro rato et grato susceßturum et inviolabiliter observaturum non aliter ac si ea omnia ipse emet recognoscens gessisset et perfecisset. Hac sua personali recognitione ad præmissa omnia mediante. Alias in forma plenipotentiæ de Jure plenissima et perfectissima. Quam manu sua propria idem recognoscens subscripsit. Nicolaus Denhoff Præpositus Sendomiriensis mpa Quam quidem Inscriptionem plenipotentiæ Nos ratam et gratam habentes ac haberiq ab omnibus volentes ad Acta præsentia suscipi, ijsdem inseri atq ex ijsdem de verbo ad verbum descriptam in forma authentica extradi permisimus. In quorum &c. Actum Varsaviæ Feria Sexta ante Festum Visitationis Beatæ Mariæ Virginis proxima Die videlicet prima Mensis Julij Anno Domini Millesimo Septingentmo Primo. &c. Relatis ejusd Procan Rnis

Nobilis Kromer & Honoratus Wit roborant Contractum.

Augustus &c. Significamus &c. Quod coram Nobis et Actis Metricis Regni Cancellariæ Minoris personaliter comparentes Nobilis Franciscus Kromer et Honoratus Joannes Wit Scabinus Civitatis Antiquæ Varsaviæ recedendo a foro suo proprio et Jurisdictione sua competenti huic autem Jurisdictioni nostræ Regiæ se cum personis et bonis suis quo ad actum præsentem se subjiciendo, palam, sponte, libere, benevole, ac per expressum recognoverunt et quilibet eorum suo pro

intereſse recognoscen Quia ipsi Contractum inter se
Recognoscentes et Coniuges Suas mutuo et ad invicem
die quarta Mensis Julij Anno proximè præterito Mil:
lesimo Septingentesimo hic Varsaviæ confectum &
manibus suis proprijs et Coniugum suarum subscriptt
et Sigillis utensilibus cera hispanica obsignatum atq
Vadio decem Millium tymporum in specie vallatum
in omnibus ejusdem Contractus punctis, clausulis
articulis nexibus conditionibus et Ligamentis totoque
ejus tenore non aliter ac si hic de verbo ad verbum in-
sertus et per eosdem recognoscentes seorsivis Inscripti-
ptionibus officiosis recognitus esset. Contractum eum-
dem ad præsentem Inscriptionem roboratoriam et e
contra Inscriptionem ad Contractum referendo
approbant confirmant ratificant eumq in toto
et in minima parte tenere complere illiq quisq
pro suo intereſse totaliter satisfacere de bonis suis
generaliter omnibus mobilibus et immobilibus Sum-
misq pecuniarijs sese et suos Successores inscribunt
et obligant. Idq sub Vadis supraspecificato Decem
Millium timphorum in specie casu Contraventionis
præsenti Inscriptioni roboratoriæ in toto vel in
quavis illius parte per se Successores q suos de
integro et irremissibiliter ad solvendum succum-
bendo. Pro quo quidem Vadio ac realiqua ex Con-
tractu roboratorio non completa nihilominus complenda
ad Judicium Civile Varsaviend et aliud quod vis
competens ijdem recognoscentes suis cum Succes-
soribus citati existentes in primo citationis termino
quem sibi peremptorium assignant comparere respon
dere, stare, non tuendo se ullis Legum auxilijs &
exemptionibus, dilationibus alijsq quibusvis Juris
præcisis etiam appellationibus earumq prosequutio-
nibus Judicatum Judicij illius pati ad quod citati
fuerint. Vadium Succubitum in instanti reponere &
nihilominus eo Soluto rei principali pro qua cita-
buntur in toto et in quavis minima parte satisface-
re tenebuntur. Hac sua personali comparitione ad
præmissa mediante. In forma alias roboratoriæ In-
scriptionis de Jure firmissima et perfectissima. Quam
Inscriptionem manibus suis proprijs subscripserunt.

A: 1701:

Franciscus Komer ... Joannes Citt Scabinus C.A.V.
Quamquidem Inscriptionem roboratoriam nos ratam
et gratam habentes haberiq ab omnibus volentes ad acta
præsentia suscipi et ex ejsdem de verbo ad verbum
descriptam partiaffectanti authentice extradi permisi:
mus. In quorum &. Actum Varsaviæ Feria Secunda
post Festum Visitationis Beatæ Mariæ Virginis pro:
xima Die videlicet quarta Mensis Julij. Anno Domini
Millesimo Septingentesimo Primo &. Relatio ejusd ut supra.

Oblata Przywileiu Innowacicy Praw Poddanym Wsi Zbigniewa pogorzałych

Augustus &. Significamus &.

Quod veniens personaliter ad nos et Acta Metrices
Regni Cancellariq nostræ minoris Nobilis Ioannes Sto:
minski obtulit et ad acticandum porrexit Privilegium
infrascriptum manu nostra subscriptum Sigillog Regni
minoris Cancellariæ communitum sanum salvum et illæ
sum omnig suspicionis nota carens. Supplicatumq
Nobis est ut illud ad Acta præsentia suscipi ijsdem inseri
et rursus parti affectanti exijdem actis descriptum
authenticè extradi permittere dignaremur, Cjusmodi
vero Privilegij tenor sequitur estq talis. August Wtory
z Bozey Łaski Krol Polski Wielki Xigze Litewski Ruski
Pruski Mazowiecki Zmudzki Kijowski Wołynski Podolski
Podlaski Inflantski, Smolenski, Siewierski, y Czerniè:
chowski. y Saski Xigze Elektor. Oznaymuiemy niniey:
szym Listem Naszym wszem wobec y kazdemu z osobna
Komu o tym wiedziec nalezy. Iz my maiąc miłosciwy
wzgląd baczenie y nad Poddanymi Naszymi panskie
politowanie achcąc Każdego przy prawach swobodnych
od Naiasnieyszych Przedecessorow Polskich onym nada:
nych zachowac y utrzymac. Dla czego gdy Nam imie:
niem Poddanych Wsi Naszey Zbigniewa w Woiewodztwie
Sandomirskim Lezącey od Starostwa dawno Sandomir:
skiego odłączoney przez Panow Rad Naszych suppliko:
wano iako ciż poddani Nasi prawa swoie y ordina:
cie względem robocizn y danin przez Naiasnieyszych
Przedecessorow Naszych onym nadane, ogniem przy:
padkowym stracili, abysmy onym tez prawa zgorzałe

stosuiąc

Stosuiąc się do Lustracyey y Dekretow Sądow naszych Referendarskich także do zwyczaiow poddanych naszych w Starostwie Sandomirskim zostaiących renowowali y reasumowali y przy robociznach zwyczayney Lustraciami w Roku 1659: y 1650: tegoż Woiewodztwa Sandomirskiego opisanych zachowali. Tedy my August Krol wziąwszy informacią z Dokumentow przed Radami Panow Naszych produkowanych, tez prawo zgorzałe renowuiemy y deklaruiemy. Iż poddani Wsi pomienioney Zbigniewa to - iest Rolnicy w każdy tydzień, trzy dni bydłem Pańskim, każdy znich robic Strozą Pańską Koleyną strzedzy przędze łokci trzy z przędziwa Dworskiego przędc maią. Osep każdy z nich przenice putkorca, żyta po puttora, Korca; Owsa po puttrzecia Korca miarą Sandomirską, Kapłona iednego, albo dwie Kury każdy z nich, także putkorca Chmielu. Zagrodnicy zaś Czynszu każdy znich po groszy szesc pieszo każdy w tydzien po dwa dni robic. Strozą także Koleyną z drugiemi odprawowac maią. I żadnych inszych robot nad te wyżey opisane ciż poddani pomienioney Wsi naszey Zbigniewa robic nie będą powinni. Przy ktorych robociznach, daninach, tychże Poddanych naszych Konserwuiemy zachowuiemy y miec chcemy aby onych Vrodzony Dzierzawca nasz pod żadnym prætextem do inszych większych robocizn niepociągał ani przymuszał, ale onych przy tym prawie z wyraźney woli naszey onym nadanym zachował. Co do wiadomosci wszytkim Komu to wiedzieć należy a osobliwie Vrodzonemu Dzierżawcy Naszemu teyże Wsi Zbigniewa donosimy. Na co dla lepszey wiary ten Przywiley ręką naszą podpisawszy pieczęc Koronną przycisnąć rozkazalismy. Dan w Warszawie dnia Siodmego Miesiąca Lipca Roku Tysiącznego Siedmsetnego Pierwszego. Panowania Naszego Piątego.

Augustus Rex. Locus Sigilli Minoris Cancellaria Regni

Innowacia Zgorzałych Praw Poddanym Wsi Zbigniewa. Ian Kazimierz Odolski JK. Mci Sekretarz [illegible] Cui Nos Supplicationi benigne annuentes præinsertum Privilegium cujus Originale idem Offerens denuo ad se recepit et de recepto Cancellariam Nostram quietavit ad acta præsentia suscipi ijsdem inseri & rursus ex ijsdem descriptum parti affectanti authenticè

A: 1701.

extradi permisimus. Inquorum fidem &. Actum
Varsaviæ Sabbatho ante Festum Sanctæ Margarethæ
Virginis & Martyris proxime Die scilicet nona mensis
Julij Anno Domini Millesimo Septingentesimo Primo

Relatio ejusd. Illrmi Procan. Rnj &.

Famatus Joannes Minaßewicz
Civis Antiquæ Varsaviæ per Gnosum
Boianowski et alios quietatur.
Augustus &. Significamus &.

Ex. Quod coram Nobis, actisq; Metrices Regni Cancella-
ria Nostræ minoris personaliter comparentes Gnosus
Sebastianus Boianowski olim Generosi Joannis Sa-
muelis duorum nominum Boianowski cumolim Gnosa
Marianna Bydgowska procreatus filius, uti pupillo-
rum olim Nobilium Nicolai Orgewski et Constantiæ
Rakowskâ Coniugum videlicet Pauli Alberti Jacobi-
Francisci Helenæ et Nicolai ex secundo matrimonio
procreati filij postumi Tutor Decreto Sacræ Regiæ Mtis
Die quarta Mensis præsentis hic Varsaviæ prolato
anno nunc currenti additus Nec non Nobiles Simon
Miller et Marianna Orgewska Coniuges legitimi, ma-
ritus ipse per se, Consors vero illius in assistentia Ma-
riti sui tutoris Coniugalis sani mentibus et corpo-
ribus existentes, suo et præfatorum pupillorum nomine
recedendo à Terris, Districtibus foro et Jurisdictione
sua quavis propria et competenti huic autem Nræ
iurisdictioni Regiæ quo ad hunc actum duntaxat
præsentem sese cum bonis suis et personis subjici-
endo et incorporando sani mentibus et corporibus
existentes palam sponte libere benevole ac per ex-
pressum recognoverunt et præsentibus quisq; suo
pro interesse recognoscunt. Quia ipsi Honoratum
Joannem Minaszewicz Mercatorem Civem Var-
saviensem et Catharinam Coniuges de persolutione
Summarum unius quidem quatuor Millium Tre
centorum viginti talerorum imperialium in Spe
cie ad binas recognitiones olim Nobili Nicolao
Orgewski Anno Millesimo Septingentesimo datas

alterius vero

alterius vero Ziuingentorum talerorum imperialium
apud eundem Honor: Minaszewicz existentem in
deposito, necnon de deposito ac rebus omnibus apud
præfatum Minaszewicz extantibus sibi recognoscen:
tibus persolutis et extraditis omnibus prætensionib9
provisionibus ad diem præsentem ad eundem habitis
ob præstitam sibi satisfactionem & Summarum
præfatarum realem persolutionem rerumq et depo:
siti extraditionem quietarunt, liberos absolutosque
fecerunt ac pronunciaverunt prout præsentibus
quietant, liberos absolutosq faciunt æviternè.
Nihil sibi et pupillis dict~ olim Nobilis Orgewski
Juris prætensionis ad eosdem Honorat: Minaszewi:
cze Coniuges reservando aut quovis modo excipien:
do, verum sibi ob præstitam satisfactionem totalem
et extraditionem rerum realem perpetuum silentium
imponendo et indicendo. Recognitiones quoque omnes
eidem Minaszewicz restituendo et si quæ aliæ præter
has ad præsens restitutas reperiri possent cassando
et annihilando. Hac sua personali comparitione ad
præmissa mediante. In forma alias quietationis de
Jure plenissima et perfectissima. Quam et manibus
suis propryis subscripserunt. Sebastianus Boianowski
Simon Miller. Marianna Millerowa ręką trzymaną.
Quam ejusmodi quietationis recognitionem Nos
ratam et firmam habentes habericq ab omnibus
volentes ad acta præsentia suscipi, ijdem inseri, et
ex ijdem de verbo ad verbum descriptam parti affe:
ctanti extradi authentice permisimus. In quorumq
Actum Varsaviæ Sabbatho ante Festum Sanctæ
Mariæ Magdalenæ proximo die videlicet decima
Sexta Mensis Julij. Anno Domini 1701mo Relatis.

Idem Fam: Minaßewicz Summam
29000. Succeßoribus olim Nobilis
Nicolai Orgewski debet.

Augustus &. Significamus &.
Quod coram Nobis actisq Metrices Regni Can. &.
cellariæ Nostræ Minoris personaliter comparens
Honoratus Joannes Minaszewicz Mercator

A° 1701:

Civis antiquæ Varsaviæ sanus mente et corpore exi-
stens à foro suo, et Iurisdictione sua quavis propria
et competenti recedendo huic autem Nostræ Iurisdi
ctioni Regiæ quoad actum duntaxat præsentem se
cum persona ac bonis suis quibusvis se se incorpo
rando et subijciendo palam sponte libere benevole ac
per expressum recognovit & præsentibus recogno-
vit. Quia ipse satisfaciendo Decreto Sacræ Regiæ
Mttis Assessoriali inter Nles Millerowie et se recog no-
scentem aliosq in eodem Decreto Nostro specifica
tos Varsaviæ Feria Secunda post Festum Visitationis
Beatæ Mariæ Virginis proxima Die scilicet quarta
mensis Julij Anno præsenti Millesimo Septingentesi-
mo Primo. prolato, Summam Viginti novem Millium
florenorum polonicalium Currentis monetæ in
taleris imperialibus talerum imperialem Sex
floreis et vigintigrossis numerando per olim
Nobilem Nicolaum Orgewski sibi recognoscenti
mutuo datam et realiter sibi per prefatum Or-
gewski exolutam in omnibus bonis suis mobilib⁹
et immobilibus mercibus, Summis q quibusvis pe-
cuniarijs, singulariter autem in et super Domo seu
Curia et fundo suo in quo eadem Curia et hortus
consistit in Nova Civitate Varsaviensi inter fundum
Advocatiæ Novæ Varsaviæ ex una et Fundum Gene-
rosorum Prazmowskich ex altera parte iacenti per
se recognoscentem suis proprijs Sumptibus exædificatæ
inscribit assecurat, reformat, eandemq Summam
Pupillis olim Nobilium Nicolai Orgewski et Con-
stantiæ Rakowska Coniugum. ut pote. Paulo Alber
to Jacobo, Francisco, Helenæ & Nicolao Postumo ex
secundo matrimonio Orgewskim ad eosdem Jure
Successionis post parentes suprascriptos devolutam
Viginti novem Millium florenorum polonicalium
Currentis in Regno moneta in taleris imperiali-
bus numerando ut supra talerum unum per Sex
florenos et vigintigrossos debet ac tenetur. Aqua
quidem Summa tanquam pupillari à quolibet
Centum per octo florenos provisionem annuam
Currentis in Regno moneta pro necessitatibus pu-

pillorum ad manus Generosi Sebastiani Boianowski
Tutoris dictorum pupillorum prævia manuali quie:
tatione sibi recognoscenti danda se soluturum et
realiter ac effectivè numeraturum inscribit, obli:
gat et asecurat. Incipiendo Solutionem præfate
provisionis, Summam provisionalem à prærecen
sita Summa capitali à quolibet Centum per octo
provisionem numerando duorum Millium tre:
centorum viginti florenorum polonicalium Cur:
rentis monetæ efficientem pro Festo Sanctæ Maria
Magdalenæ in Anno proxime venturo Millesimo
Septingentesimo Secundo celebrando et sic de an:
no in Annum usq ad trigennium iuxta obloquen
tiam Decreti Sacræ Regiæ Mtis Assessorialis ab actu
præsentis obligationis et Inscriptionis videlicet
Millesimo Septingentesimo Primo numerando.
Casu vero Summæ provisionalis videlicet duo:
rum Millium trecentorum viginti florenorum
Polonicalium Currentis in Regno monetæ non
Solutionis et præsenti Inscriptioni Contraventionis
et pro præfixo termino non numerationis extunc
prout ex nunc Intromissionem in præfatam Curiam
per Nobiles duos et Ministerialem Regni Gnalem
sine quavis adcitatione dandam et conferendam se
et suos quosvis Successores obligat, Damnaq simplici
assertione taxanda solvere dictis Successoribus Orgen:
skiego sive illorum tutori se inscribit. Pro quibus ad
forum Civile Varsaviense Citatus, in primo Citationis
termino, quem sibi peremptorium constituit existens
stare parere et damna simplici assertione taxanda
solvere tenebitur eritq adstrictus. Summam vero
Capitalem iuxta mentem Decreti S.R.Mtis pro ter:
mino præfixo videlicet pro die et Festo Sanctæ Ma:
riæ Magdalenæ in Anno Millesimo Septingentesimo
Quarto sine quibusvis tergiversationibus, dilationi
bus appellationibus provecutionibus, prævia nihilo:
minus quietatione et Securitate omnimoda iuxta
resonantiam prærecensiti Decreti nostri supra de
actu specificati in bonis mundis et liberis locatione
solutuum declarat et obligat. Hac sua personali re

cognitione ad premissa mediante. In forma alias Summe Inscriptionis obligatorie ampliſſima et perfectiſſima. Quam manu sua propria subscripsit Joannes Jacobus Minaszewicz. Quam ejusmodi Inscriptionem debitoream Nos ratam et gratam habentes, haberiq ab omnibus volentes ad acta presentia suscipi, ijsdem inseri et ex ejsdem de verbo ad verbum descriptam parti affectanti authenticè extradi permisimus. Inquorum f. Actum Varsaviæ ut supra f. Relatio ejusd. Illmi Procan. Lni f.

Gnosus Boianowski debet Summam 3405. florenorum Nobilibus Successoribus Orgewskiego.

Augustus f. Significamus f.

Ex. Quod coram Nobis et Actis Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Minoris personaliter comparens Generosus Sebastianus Boianowski olim Generosi Joannis Samuelis duorum Nominum Boianowski cum olim Generosa Marianna Bętdowska procreatus filius tanquam Successorum olim Nobilis Nicolai Orgewski et Constantiæ Rakowska Tutor sanus mente et corpore existens recedendo à foro Terrìs, Districtibus et Jurisdictione sua quavis propria et competenti huic autem Nostræ regiæ Jurisdictioni quoad actum præsentem attinet se cum posteris et bonis suis Subij: ciendo palam, ultro, libere, et benevolè recognovit, præsentibusq; recognoscit. Quia ipse Summam Trium Millium Quadringentorum quinq; florenorum polonicalium Currentis in Regno Monetæ per se Recognoscentem à pupillis olim Nobilium Nicolai Orgewski et Constantiæ Rakowska prompta præsenti parata pecunia tulit percepit et realiter abnumeravit. Quam quidem Summam Trium Millium Quadringentorum quinq; florenorum polonicalium Currentis in Regno monetæ veri, justi, liquidi debiti dictis Successoribus Orgewskiego ut pote Paulo, Alberto, Jacobo, Francisco, Helenæ Orgewskim, pro ipsorum portione vigore exdivisionis officiosæ anno presenti Millesimo Septingentesimo Primo inter eosdem Successores expedita debet ac

tenetur, eandemq supra scriptam Summam in bonis
Suis hæreditarijs mobilibus et immobilibus ut pote
in bonis Kuczyna Wielka dictis in Palatinatu Posna-
niensi Districtu Kosten iure obligatorio possessis eo-
rumq bonorum universis Latifundijs et attinentijs
tam ex antiquo spectantibus, quam noviter acquisitis
pro Die et Festo Sancta Maricæ Magdalena in Anno
proxime futuro Millesimo. Septingentesimo Secundo
celebrando ijsdem pupillis illorumq legitimis Succes-so
ribus soluturum et realiter ac effectivè numera-
turum sese et suos Successores submittit et obligat. Casu
vero Summæ præfatæ non exolutionis, extunc prout
ex nunc provisionem ab eadem Summa Capitali
Octo florenorum à Cento numerando Summam
provisionalem Ducentorum quinquaginta duorum
florenorum polonicalium ijsdem pupillis sive
in necessitates et victum, amictumq eorum con-
vertere, solvere tenebitur et erit adstrictus. Inci-
piendo ejusdem provisionis solutionem pro Festo
Sanctæ Mariæ Magdalenæ in Anno Millesimo,
Septingentesimo Tertio celebrando et sic consequen-
ter de Anno in Annum, quousq eadem Summa Capi-
talis exoluta non fuerit velquousq eandem Supra-
tacti Successores levare noluerint. Insuper pro
omnimoda suprascriptæ Summæ Securitate Evicti
onem omnimodam ejusdem Summæ in bonis suis
omnibus cavet et assecurat. Et vadium Trium Milli
um Quadringentorum quinq florenorum casu con-
traventionis præsenti Inscriptioni interponit. Pro quo
quidem vadio ac damnis ad forum competens recogno
scens citatus existens ac sui recognoscentis Successo-
res citati in primo citationis termino, stare, parere,
quem terminum primum peremptorium constituunt
tenebitur et erit adstrictus, prout se præsentibus obli-
gat. Hac sua personali recognitione ad præmissa me
diante. In forma alias Inscriptionis debitoreæ de Jure
plenissima et perfectissima. Quam ejusmodi Inscriptio-
nem manu sua subscripsit. Sebastianus Boianowski
Quam quidem Inscriptionem debitoream Nos ratam
et firmam habentes haberiq ab omnibus volentes ad
Acta præsentia suscipi et ex ijsdem de verbo ad verbum

A° 1701°

descriptam parti affectanti extradi authentice permit-
simus. In quorum &. Actum &. Relatio ut supra &.

Nobiles Millerowie Coniuges Gn. Sebastianum Boianoski quietant.

Augustus &. Significamus &.

S. M. Quod coram Nobis et Actis Metrices Regni Cancellariæ Minoris personaliter comparentes Nbles Simon Miller et Marianna Orgewska olim Nblis Nicolai Orgewski et Constantiæ Rakowska Coniugum filia Coniuges Legitimi sani mente et corpore existentes, recedendo à foro suo, et Iurisdictione sua quavis propria, huic autem Nostræ Regiæ Iurisdictioni quoad actum præsentem attinet se cum suis posteris et bonis suis subjciendo et incorporando Maritus quidem solus per se Consors vero illius in assistentia personali præfati mariti sui uti Tutoris Coniugalis, palam, sponte, libere, benevole, ac per expressum recognoverunt et præsentibus recognoscunt. Quia ipsi Gnosum Sebastianum Boianowshi olim Generosorum Ioannis Samuelis duorum nominum Boianowski et Mariannæ Bzdowska filium, Successorum olim Nobilium Nicolai Orgewski et Constantiæ Rakowska Coniugum filium et filiæ Tutorem nec non Nobiles Paulum Albertum, Iacobum, Franciscum, Helenam, Nicolaum Posthumum Orgewskie de extraditione bonorum omnium mobilium et immobilium post obitum suprascriptorum olim Nobilium Orgewskich Coniugum inter alios Consuccessores vigore exdivisionis officiosæ coram Iudicio Commissoriali Sæ Rę. Mtis Mense et Anno præsenti factæ, eosdem recognoscentes concernentium, ob præstitam sibi sufficientem satisfactionem et Summæ Sex Millium Viginti quinq florenorum polonicalium persolutionem quietaverunt liberos absolutosq facerunt prout præsentibus quietant liberos absolutosq facirunt æviterne Nihil sibi Iuris prætensionis, coloris, prætextus, intuitu Sortis præfatæ et extraditionis bonorum ab supratactos Consuccessores suos reservando, aut quovis modo excipiendo. Verum sibi perpetuum ob præstitam

sibi sufficientem eo nomine satisfactionem et Sortis extraditionem perpetuum silentium imponendo et indicendo. Hac sua personali Recognitione ad præmissa mediante. In forma alias Quietationis de Iure plenissima et perfectissima. Quam ÿdem recognoscentes manu sua subscripserunt. Simon Miller. Marianna Millerowa ręką trzymaną. Quam quidem Quietationis Inscriptionem Nos ratam et firmam habentes, haberiq ab omnibus volentes ad acta præsentia suscipi et ex ÿsdem de verbo ad verbum authentice descriptam parti affectanti extradi permisimus. In quorum majorem fidem &. Actum ut supra & Relatis ejusdem &.

Inscribit dotem Nobilis Simon Miler Consorti suæ Orgeiska Sex Millium.

Augustus &. Significamus &.

Quod coram Nobis et Actis metrices Regni Cancellariæ Nostræ minoris personaliter comparens Nobilis Simon Miller Cameræ Salinariæ Pragensis ad Varsaviam Notarius sanus mente et Corpore existens à foro suo quovis proprio et Iurisdictione sua recedendo huic autem Nostræ Regiæ quoad actum duntaxat præsentem sese cum bonis et persona sua subÿciendo et incorporando palam, sponte, liberè, benevole ac per expressum recognovit et presentibus recognoscit. Quia ipse satisfaciendo Decreto Commissoriali Sacræ Regiæ Mtis non ita pridem Anno præsenti prolato Summam Sex Millium florenorum polonicalium dotalem de manibus Gnosi Tutoris pupillorum olim Nobilis Nicolai Orgeiski & Constantiæ Rakouska Coniugum legitimorum, partim pecunia parata, partim rebus, clenodÿs ac domo die hodierna levatam et realiter abnumeratam. Nec non nomine dotalitÿ Summam Similem Sex Millium florenorum polonicalium Currentis in Regno monetæ. Summam iunctam Sumptam Duodecim Millium florenorum polonicalium Currentis in Regno monetæ, in omnibus bonis suis mobilibus et immobilibus Summis pecuniarÿs obligationibus, Chirographis habitis pro nunc et in futurum habendis et quomodocunq acqui:

Ao 1702

rendis Nobili Marianna Orgewska olim Nobilium Nicolai Orgewski & Constantiæ Rakowska Coniugum filiæ suæ vero Recognoscentis Consorti legitimæ inscribit, assecurat, et hippothecat ejusq Legitimis Successoribus modis de Jure firmissimis et usitatissimis. Solutionemq præfatæ Summæ dotalis ex ijsdem bonis se Recognoscentem & suos Successores bonorumq suorum quosvis possessores obligat et adstringit. Hac sua personali recognitione ad præmissa mediante. In forma alias obligatoriæ Inscriptionis de Jure firmissima et perfectissima. Quam Inscriptionem manu sua subscripsit. Simon Miller ~~mpp~~ Quam ejusmodi Inscriptionem obligatoriam modo præmisso factam Nos ratam et firmam habentes habereq ab omnibus volentes ad acta præsentia suscipi ijsdem inseri et rursus ex ijsdem descriptam authentice extradi permisimus. In quor[um] &. Actum Relatio ut sup[ra] &.

Gnosus Boianowski quietat Nles Milerowie Conjges & evictionem inscribunt

Augustus &. Significamus &.

s.w. Quod coram Nobis et Actis Metrices Regni Cancellariæ nostræ Minoris personaliter comparens Generosus Sebastianus Boianowski olim Generosi Joannis Samuelis duorum Nominum Boianowski et Generosæ Mariannæ Bledowska Coniugum Legitimorum filius uti et tanquam pupillorum Nobilium Pauli Alberti Jacobi, Francisci et Helenæ et Nicolai ex secundo matrimonio procreati filiorum et filiæ olim Nblis Nicolai Orgewski et Constantiæ Rakowska Conjugum Legitimorum Successorum Tutor suo et præfatorum pupillorum nomine sanus mente et corpore existens à terris Districtibus, forog suo quovis proprio et iurisdictione recedendo huic autem Nostræ iurisdictioni Regiæ quo ad actum præsentem duntaxat sese cum persona et bonis suis subjiciendo et incorporando palam, sponte libere benevole ac per expressum recognovit et præsentibus recognoscit. Quia ipse Nobiles Simonem Miller et Mariannam Orgewska Coniuges de extraditione omnium rerum et

bonorum in Domo mortuaria post decessum olim Nobilis Nicolai Orgewski unius Recognoscentium videlicet Consortis Parentem relictorum nec non de omnibus, pretensionibus in genere et singulis in specie pretensionibus tum de protestationibus processibus, Decretis quibusvis in quovis Judicio formatis, ob prestitam sibi seu verius suis pupillis Orgewskiego satisfactionem et bonorum eorundem et rerum omnium realem et effectualem extraditionem quietavit, liberos, absolutosq fecit et pronunciavit, prout presentibus quietat liberos absolutosq facit ac pronunciat ulterius. Nihil sibi et pupillis Orgewskiego Juris pretensionis coloris ad dictos Nobiles Millerowie reservando aut quovis modo excipiendo. Verum sibi in premissis omnibus perpetuum silentium imponendo et indicendo. Processus quosvis ea in Causa formatos cassando et annihilando. Nec non pro omnimoda evictione et tuitione ab omnibus impedimentis occasione Domus Orgewskiego prefatis Nobilibus Millerom Conjugibus per exdivisionem officiosam cessæ et in Summa quatuor Millium florenorum polonicalium traditæ oriunda, ad quam si quispiam interesse aliquod habens se se traheret, totiès quotiès opus fuerit in omni foro et termino sese inscribit. Et eandem Evictionem præstare sit paratus declarat. Hac sua personali recognitione ad præmissa mediante. In forma alias quietationis et præstanda Evictionis plenissima et perfectissima. Quam manu sua propria subscripsit. Sebastianus Boianowski. Quam ejusmodi Quietationis et Evictionis Inscriptionem Nos ratam et firmam habentes haberiq ab omnibus volentes ad acta presentia suscipi ijsdem inseri et ex ejsdem de verbo ad verbum descripta parti affectanti authentice extradi permisimus. In quorus &. Actum ut supra &. Relatis ejusq Illtrmi Procanz Rni &.

Oblata Privilegij exemptionis a one re Postæ Rettis Patribus Societatis JESV utriusq; Provinciæ servientis.

Augustus Secundus &. Significamus &.

Oblatas esse ad Acta Metrices Regni Cancellarie Nre vp. Minoris Literas infrascriptas. Supplicatumq; Nobis est ut easdem ad acta præsentia suscipi, ijsdem inseri et de ejsdem rursus descriptas authentice estradi permittere dignaremur. Earundem vero Literarum tenor qui sequitur talis. Augustus II. Dei gratia

A° 1701.

Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuiæ &. Significamus &.
Cum non postremum Principis sit Officium, non tan-
tum præclara fidelitatis et hæroicarum virtutum
exempla benefico favore sinu; verum etiam Religiosos
qui Deo ter optimo maximo famulantur et pro bono suc-
cessu in Regimine regnorum nostrorum preces ad Deum
fundunt, larga remuneratione ad conservandum &
manutenendum ipsos circa immunitates, libertates
et Consuetudines antiquissimas in Juribus et gratijs
à Serenissimis Prædecessoribus Nostris obtentis prote-
gere et omnia præiudicia quæ possent pati de medio
tollere. Hinc est dum ex informatione certorum Con-
siliariorum Nostrorum Latevi Nostro assistentium ac-
cepimus Venerabiles in Christo Patres Societatis JESV
Provinciæ Poloniæ & Magni Ducatus Lithuaniæ ab
immemorabili tempore habuisse eum respectum apud
Serenissimos Prædecessores Nostros, quod ab expensis pro
portu literarum intra fines Regni et non ultra sem-
per fuerint liberi, nullamq molestiam à Præfectis seu
Administratoribus Postæ Nostræ Regiæ et Reipublicæ
patiebantur nunc autem moderni postæ administra-
tores privata auctoritate antiquissimam consuetudi-
et gratias non interruptas quæ stant pro lege inverte-
re et annihilare satagunt. Proinde Nos habita peculi-
ari consuetudine dictorum Venerabilium in Chro Pum
Societatis JESV plurimum Nobis dilectorum utriusque
Provinciæ Poloniæ et Lithuaniæ meritorum quæ habent
non tantum in Ecclesia Dei, sed etiam in Nostro Regno
et Magni Ducatus Lithuaniæ ac confinijs ejus per
institutionem juventutis utriusq Status Nobili-
tatis et Plebæij sine ulla remuneratione ac ex alijs
multiplicibus Spiritualibus actionibus, pijssimis
quæ Nobis & Proceribus Regni sunt notæ Volentes
illos ab istis novis gravaminibus liberare. Nobis
Vrblis in Christo Pater Blasius Franciscus Kotzucho-
wski Societatis JESV Theologus et Aulæ Nostræ Conci-
onator iteratis vicibus sufficienter representavit
omnibus & Singulis postæ nostræ Regiæ et Reipublicæ
Præfectis administratoribus et eorum quibuscunq;
Locatenentibus prohibemus Serio et mandamus nè
ipsos insolutione expensarum proportu Postæ Lite-
rarum intra fines Regni & Magni Ducatus Lithuaniæ
et ejus confinia currentium et eosdem Venerabiles

Patres concernentium molestent, turbent et inquietent
literas libere extradant et recipiant. Nos enim usum
et consuetudinem antiquam non solvendi non tantum
reassumimus et ipsos penes eandem conservamus, ve-
rum etiam Authoritate Regia Nostra et plenitudine
potestatis Regiæ immunes facimus. Si quis autem ex
Officialibus et Administratoribus Postæ se voluntati et
mandato, Nostræ declaratioñiq; regiæ, opposuerit pœnam
Mille aureorum hungaricalium contra Contraveni-
entem irremissibiliter vallamus et interponimus.
Non secus facturi pro gratia nostra Regia et evi-
tandis pœnis. In quorum fidem præsentes manu Nra
subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum
Varsaviæ Die quarta mense Julio Anno MDCCL. Rñi
vero Nostri V. Anno Augustus Rex. Locus Sigilli majoris can-
cellariæ Regni. Eximuntur Nobles Patres Societ IESV
utriusq; Provinciæ tam Poloniarum quam magni
Ducatus Lithuaniæ ab onere Postæ Fil de Tęczyn Ossoli-
linski Vexillifer Drohiciensis Sigilli majoris Regni Scriptor
Quas quidem Literas Supplicationi prefatæ benigne
annuentes Nos ad Acta præsentia suscipi et ingrossari
ex ijsdemq; de verbo ad verbum descriptas parti affectæ
extradi authentice permisimus. In quorumq; Actus. Relatus.

Declaratio Privilegij super Dapi-
feratum Lanciciensem Generoso
Adamo Iwanski.

Augustus &. Significamus &.

Quod veniens personaliter ad Nos et acta Metrices v:p.
Regni Cancellariæ Nostræ Minoris Nlis Joës Słominski
obtulit ad acticandumq; porrexit Literas infrascriptas
Supplicatumq; Nobis est ut easdem ad acta præsentia
suscipi ijsdem inseri et rursus ex ijsdem descriptas
authentice extradi dignaremur. Literarum vero
prefatarum tenor est qui sequitur talis. Augustus
Secundus Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus &. Signific.
Cum inter cætera Regalis præeminentiæ Nostræ hæc
potissimum et præcipuè libera vacantium ex instituto
Legum publicarum competat Nobis dispositio. Id circo
ea quæ voluntati Nostræ dissona vel citra scientiam
Nostram ex vacantibus regalibus inconvenienti
modo obtinentur robur debitum habere non possunt
sed illegalia ac nullis prorsus permanent momenti

Ao 1701

nec beneficio Nostro matura deliberatione de certa voluntate Nostra benemeritis collato præiudicare queunt. Proinde cum in eo sufficientem habeamus informationem quod in præiudicium Privilegij Nostri per Nos Generoso Adamo Iwanski Dapifero Palatinatg Lanciciensis super idem munus Dapiferatus collati Gnosus Stanislaus Rychlewski munus idem Dapiferatus pretendit, idq ex eo quod priorem datam scilt primam Mensis Decembris diem Anni proximè præteriti / qua scilicet die ante diluculum in magna à Residentia Nostra protunc distantia Gnosus Francis. scus Szamowski immediatus Dapifer Lanciciensis mortuus est / in Privilegio ad sinistram Cancellariæ Nostræ informationem impetrato appositam habeat inscribig sibi curavit, ideo et regalium nostrorum seu vacantium dispositioni libere consulendo atq Privilegij Generosi Iwanski integritatem conciliando declarandum esse duximus, declaramusq presentibg. Quod Gnosus Adamus Iwanski vigore sui Privilegij à Nobis collati hoc munere Dapiferatus Lanciciensis gaudere ac pro vero et legitimo Dapifero Lanciciensi reputari et haberi ac nominari debeat. Privilegium vero Gnoso Rychlewski datum tanquam illegale revocamus et annullamus. Quod ad notitiam omnium quorum interest præsertim vero Dignitariorum officialium totiusq Equestris Ordinis Palatinatg Lanciciensis deducendo mandamus, ut prænominatum Generosum Adamum Iwanski pro vero & legitimo Dapifero Palatinatus Lanciciensis habeant et agnoscant eidemq de loco Juribus prærogativis immunitatibus, et obventionibus de lege et antiqua consuetudine ad hocce munus spectan et pertinen respondeant et ab alijs responderi curent prog gratia Nostra. In quorum fidem præsentes manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ Die decima Septima Mensis Januarij Anno Domini M.DCC.1 Regni vero Nostri Anno quarto. Augustus Rex Locus Sigilli Majoris Cancellaria Regni. Declaratio Privilegij super Dapiferatum Lanciciensem. F.M. de Tęczyn Ostolinski Vexillifer

Drohiciensis Sigilli majoris Regni Secretarius.
Cui Nos Supplicationi benigne annuentes prein-
sertas Literas, quarum Originale idem Offerens de-
nuo ad se recepit et de recepto Cancellariam nostram
quietavit, ad Acta praesentia suscipi ijsdem inseri
et parti affectanti ex ejsdem authentice descriptas
extradi permisimus. In quorum &. Actum &. Relatio ut &

Oblata certa quietationis pro parte Fami Joannis Alinaßewicz

Augustus &. Significamus &.

Quod veniens personaliter ad Nos et Acta Me- v:p.
trices Regni Cancellariae Nostrae Minoris Honorat
Joannes Jacobus Alinaszewicz Mercator Civis
Varsaviensis obtulit et ad acticandum seu Actis
praesentibus inserendum porrexit quietationem
infrascriptam Polonico idiomate scriptam et ma-
nu Generosi Sebastiani Boianowski Tutoris pu-
pillorum olim Nobilis Nicolai Orgewski subscriptam
Supplicatumq; Nobis est ut eandem quietationem
ad acta praesentia suscipi, ijsdem inseri et sibi in for-
ma authentica extradi demandare dignaremur.
Earundem vero Literarum seu quietationis tenor
est qui sequitur talis. Ja niżey podpisany zeznawam
tym pisaniem moim ręcznym, Ktory bydz ma walor u
tego iakobyt przed Xięgami Vrzędowymi zeznany.
Iż mi Imć Pan Alinaszewicz z afektu y dobrey woli
swoiey przeciwko Sukcesorom niegdy Imć Pana Mikoł
taia Vrigowskiego wypłacił prowizią roczną antici-
pative 8m pro cento rachuiąc od Summy Dwudzie
stu y dziewięciu Tysięcy Złotych Polskich. a to za Rok
Ktory się zacznie od Święta Marjey Magdaleny w Roku
teraznieyszym Tysiącnym Siedmsetnym Pierwszym, a
Konczyc się będzie na toż Święto Marjey Magdaleny
w Roku da Bog przyszłym Tysiącnym Siedmsetnym
Wtorym. Na co się dla lepszey Wagi y pewnosci
ręką własną przy pieczęci moiey przycisnieniu po-
pisuię. Działo się w Warszawie na zaiutrz po Świę-
cie Swiętey Marjey Magdaleny Roku Pańskiego

A 1701:

Tysiącnego Siedmsetnego pierwszego. Sebastian Boia-
nowski iako opiekun Dziatek niegdy Im Pana Mikołaia
Vrigewskiego. Locus Sigilli cera hispanica appressi
utensilis. Cui Supplicationi Nos benigne annuentes
præinsertam quietationem cujus originale idem
Oferens denuo ad se recepit et de recepto Cancellariæ
nostram quietavit, ad acta præsentia suscipi, eisdem
inseri et rursus ex ÿsdem descriptam authentice
parti affectanti extradi permisimus. Inquorum &
Actum Varsaviæ Sabbatho post Festum Sanctæ
Mariæ Magdalenæ proximo die scilicet vigesimæ
tertiæ Mensis Julij Anno Domini 1702. Relatio &.

Rndus in Chro Pater Zatuski
Episcopus Varmien &. donat Sortes
suas Rett Patri Karwowski Ro-
ri totiq Coll: Soc: JESV Puttovien &.
Augustus & Significamus &.

Ex.

Quod coram Nobis et Actis Metricis Regni Can-
cellariæ Nostræ minoris, vacante protunc Judicio
Terrestri Varsaviensi, cui ex Juris præscripto præsens
Inscriptio ad Acta Terrestria sive Comitialia Regni
Generalia suscipienda spectabat personaliter com-
parens Rndus in Christo Pater Andreas Chrisostomus
in Zatuskie Zatuski Dei et Apostolicæ Sedis gratia
Episcopus Varmiensis et Sambien &. sanus mente
et corpore existens, a foro, Terris, Districtibus et ju-
risdictione sua quavis propria recedendo huic autem
Jurisdictioni nostræ Regiæ quo ad infrascripta reco-
gnoscenda spectat benevole subjiciendo præstito prius
juxta Leges Regni in eam Rotham Juramento sub
fide honore et conscientia Deum testor. Że tako
fundacią czynię de nova radice z dobr moich własnych
żadnych pieniędzy za nie niewzięwszy sine ullo condi-
ctamine ale ex puro zelo et propria mera liberalitate
nieczyniąc nic in fraudem Konstitucięy y prawa pospo-
litego palam libere ac per expressum recognovit.

Quia ipse pro augmento cultus divini, fideiq Catholicæ pro
pagatione, personarum simplicium aggrestiq plebis in
divinis instructione, celebrandisq Sacris Officijs, Concio-
nibus, Cathechisatione per Ecclesias Diœcesis Plocensis
ordinatione et obligatione in Officio Consistoriali Pulto-
viensi inscribenda. Iam ex nunc Religioso Patri Michaeli
Karwowski Rectori nunc et pro tempore existenti totiq
collegio Puttoriensi Societatis JESV bona sua seu potius
totas et integras Sortes suas mobiles et immobiles pater-
nas et maternas, hereditarias et obligatorias, in bonis
Villæ Grzebsk in Palatinatu Plocensi, Districtuvero Mta-
vensi sitas et iacentes cum omni et integro Iure suo Do-
minio, proprietate, propinquitate, titulog hereditario
ac cum omnibus earundem Sortium utilitatibus usi-
bus fructibus, proventibus, Commodis et obventionibus,
areis Curijs ædificijs hortis agris pratis campis Syl vis
borris rubetis nemoribus indaginibus, aquis, stagnis, pi-
scinis, piscibus, fluvijs fluminibus, torrentibus, rivulis,
et quarumvis aquarum decursibus, molendinis, molen-
dinatoribus, eorum[dem] cretis, Subditis, Cmetonibus, hortula-
nis, inquilinis, tam ad præsens existentibus, quam et profu-
gis, eorumq uxoribus, liberis, gazis, datijs, decimis, tributis,
dierum laboribus per ipsos prestati solitis, iuvaminibg
cunctisq in genere et singulis in specie attinentijs &
pertinentijs ad eadem bona seu Sortes spectand etiam
cum Iure Patronatus præsentandi, ad Ecclesiam Pa-
rochi. Nihil penitus pro se, suisq Successoribus reservan-
do seu modo quovis excipiendo, sed ita late, longe, cir-
cumferentialiterq prout eadem bona in suis metis
et graniciebus dislimitata sibiq Recognoscenti per
Generosos Casimirum, Constantinum, Moszczynski
olim Generosi Iacobi Moszczynski filium patruum et
Joannem Moszczynski filium olim Francisci filiastrum
et quidem per Gnosum Casimirum Constantinum
Suo et Gnosæ Zophiæ Krzesowna Consortis suæ et per
Generosum Joannem suo et Generosæ Vlianna Mos Scyn
Ska Sororis suæ germanæ nomine actis Communibus Ter-
restribus Mtavensibus simul et Kiedzboriensibus Fe-
ria Secunda ipso die Festi Divæ Annæ Genitricis Glori-
osissimæ Virginis Mariæ iuxta Cadentiam verum ob
Solennitatem Festi in crastino dicti ejusdem videlicet

A:1701.

Feria Tertia Anno Domini Millesimo Septingentesimo
donata et resignata sunt ipsemetq Recognoscens tenuit
habuit et possedit hæc suprascripta bona omnia seu sor:
tes in Villa Grzebsk supranominato Religioso Patri Micha:
eli Karwowski Rectori nunc et pro tempore existenti
totiq Collegio Puttoviensi Societatis Jesu pro nova fun:
datione et institutione Sacrorum officiorum scilicet
Concionum, Cathechismi, Confessionum excipiendarum
per Ecclesias Diœcesis Plocensis iuxta institutum Socie:
tatis Jesu de missionibus, in officio Consistorij Putto:
viensis recognoscenda dat, donat, confert, inscribit et
resignat, pura mera et irrevocabili donatione perpe
tuo et in ævum. Insuper de Submissione Victionis ab
impedimentis et statuitionis Gnosorum Moszczynskich
ad approbandum prædictorum bonorum donationem
circa eam ipsam donationem facta et inscripta prout
in suo tenore eadem Submissis complectitur, cum
omnibus illius contentis, ligamentis, assignatione fori
Judicij seu officij cujusvis respectu fundationis Sacro:
rum officiorum iuxta ordinationem instituti obser:
vato Societatis Jesu in officio Consistoriali Puttovien
faciendam et recognoscendam per Ecclesias Diœcesis
Plocensis celebrandorum cedit totumq et integrum Jus
Suum quod sibi recognoscenti vigore præmissa Submis:
sionis servit et competit in personam Religiosi Michaë:
lis Karwowski Rectoris nunc et pro tempore existentis
ac totius Collegij Puttovien Societatis JESV transfert
et transfundit perpetuo et in ævum. Intromissionem
quoq officiosam per Ministerialem Regni Generalem
et Nobiles Duos dandam & per se recognoscentem
acceptandam libere et benevole admittit. In forma alias
donationis de Jure plenissima et perfectissima. Quam
idem Recognoscens manu sua propria Subscripsit.
Andreas Zatuski Episcopus Varmien & Sambien
Quam quidem Donationis Inscriptionem Nos ratam
et gratam habentes habericq ab omnibus volentes ad
Acta præsentia suscipi ijsdem inseri et ex ejsdem
de Verbo ad verbum descriptam parti affectanti au
thentice extradi permisimus. In quorum fidem &.
Actum Varsaviæ Feria Sexta post Festum Sancti

Bartholomei Apostoli & Martyris proxima die scilt
Vigesima Sexta Mensis Augusti Anno Domini 1702. &.

Relatio ejusd. Illrmi Procancellarij Rñi.

Generosa Theressia de Minsko Opacka olim Gnosi Titi Livij Boratyni Consors Vidua relicta protestatur &. Augustus &. Significamus &.

Quomodo coram Generoso Michaële Valeriano Lipinski Sigilli Nostri Cubicularij intimo Secretario ad recipiendam infrascriptam protestationem Deputato actis Metrices Regni Cancellaria Nostre minoris personaliter comparens Generosa Theressia de Minsko Opacka olim Generosi Titi Livij Boratyni Sacre Regie Mttis Secretarij Consors Vidua relicta licet corpore debilis mente tamen sana et compos rationis Protestationem produxit in Copia parata. Generosa Theressia de Minsko Opacka olim Generosi Titi Livij Boratyni Scre Rgie Mttis Secretarij Consors relicta Dña ab eodem olim marito suo Advitalitialis et reformatoria. Licet corpore ægra, mente tamen sana ab accepta prima notitia de quodam Contractu per Gnosos Sigismundum et Alexandrum Boratynie filios suos, cum Generoso Alexandro Golieszewski Pincerna Wyszogrodiensi in Villa Osiny die vigesima nona mensis Januarij Anno Millesimo Septingentesimo inito solenniter manifestata tum et contra eosdem filios suos et contra predictum Gnosum Pincernam Wyszogrodiensem protestata est in eo. Quia ipsi facto ut presumitur inter se conditamine mutuo in enervationem et convulsionem Iurium suorum quo citius bona Iuribus suis subiecta quoquo modo in possessionem suam apprehendere et se manifestanten tam bonis quam usufructu eorum privare possint Contractum prefatum inter se conscripserunt vigore cujus bona Golkow cum omnibus attinentijs predicto Generoso Pincerne Wyszogrodiensi tradere, quasi se ijdem filij sui submiserunt, à quo Gnoso Pincerna Wyszogrodiens prout nullam de aliquo debito per olim Generosum

v.p.

Fo: 170 v:

Maritum suum contracto citationem sibi datam habuit, ita de nullo processu Iuridico seu Convictione aut executione qua vis nullam ad hoc usq; tempus notitiam aut scientiam habet munimenta quecque et dispositiones ex quibus de aliquo debito prædicto Generoso Pincerna Wyssogrodiensi per olim Maritum suum tento informari posset prout per olim Gnosum Maritum suum sub tempus turbulentum motuum in Regno vaiorum ad bona patronomica Suzin in Dominio seu Republica Venetiana consistentur pro securiori Conservatione remissa sunt, ita ibidem ad hoc usq; tempus remanent. Proinde tam de nullitate ejusdem contractus alienationem seu enervationem Iurium suorum redolentis manifestatur ita de sinistro tam filiorum suorum quam et prædicti Gnosi Pincerne Wyssogrodiensis contra se Processu solemniter protestatur. Salva ejusdem manifestationis seu Protestationis augendi minuendi, corrigendi meliorandi reservata facultate in toto. Quam ejusmodi protestationem et Manifestationem manu sua propria subscripsit. Teressa Boratynia. Quam ejusmodi protestationem modo premisso factam Nos ratam et firmam habentes haberiq ab omnibus volentes ad acta presentia suscipi, ijsdem inseri, et ex ijsdem de verbo ad verbum descriptam parti affectanti extradi authentice mandavimus. In quorum fidem &. Actum Varsavie Sabbato post Festum Sancti Bartholomei Apostoli & Martyris proximo Die videlicet vigesima Septima Mensis Augusti A:o D: 1701:o Relatio ejusd ut supra &.

Eadem Gnosa Thereßia Boratynia quietat Gnosos Michaelem Opacki & Przybowski de Summa 9000.-

Augustus & Significamus &

Quomodo coram Gnoso Michaele Valeriano Kicinski Sigilli Nostri Cubiculavij intimo Secretario ad recipiendam infrascriptam quietationem Deputato, Actisq; Metrices Regni Cancellarie Nostre Minoris personaliter comparens Generosa Thereßia de Minsko

Ex.

Opacka olim Generosi Titi Livij Boratyni Consors
Vidua relicta licet corpore debilis mente tamen sana
existens et animi compos, recedendo à terris, districti-
bus foro et Jurisdictione sua quavis propria et compe-
tenti, huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ quo
ad actum præsentem et infra recognoscenda dunta-
xat se cum bonis suis subjciendo et incorporando pa-
lam sponte, libere, benevolè, ac per expressum recogno-
vit et præsentibus recognoscit. Quia ipsa videlicet
Theresia de Minsko Opacka olim Illris & Magnifici
Sigismundi Opacki Palatini Derpatensis filia, olim
olim verò Generosi Titi Livij Boratyni Sacræ Regiæ
Mtis Secretarij Consors Legitima Vidua relicta
Generosos Michaelem de Minsko Opacki olim Ge-
nerosi Stanislai ab eadem Minske Pincernæ Terræ
Varsaviensis filium nepotem suum ex fratre ger-
mano nec non Stanislaum Grzybowski Vexilliferum
Terræ Czernensis tanquam bonorum Chinowa, Wola
Chinowska, Piekut Suthowice, Krzel, Drwalow,
Przekory, possessorem et ad eadem bona Juris hæredita-
rij quæsitorem, de persolutione Summæ novem Mil:
lium florenorum polon Curren moneta dotalis in
præfatis bonis hærentis ob præstitam sibi eo nomine
satisfactionem et Summæ præfatæ novem Millium
florenorum polonicalium realem et integram perso-
lutionem quietavit, liberos absolutosq fecit et pro-
nunciavit, prout præsentibus quietat liberos, ab-
solutosq facit ac pronunciat ex viterne. Nec non de
bonis omnibus paternis et maternis in personas eorum
abrenunciat. Nihil sibi et suis Successoribus Juris
prætextus Coloris et prætensionis ad præfatos Gene-
rosos Michaelem Opacki & Grzybowski et ad bona
præfata tam intuitu dotalis Summæ sibi exolutæ
quam respectu bonorum paternorum et maternorum
reservan verum sibi perpetuum silentium in præ-
missis indicendo et imponendo. Hac sua personali com-
parition ad præmissa omnia mediante. In forma ali-
as quietationis bonorum abrenunciationis firmissi-
ma et perfectissima. Quam quietationem manu sua
propria Subscripsit. Teresia Boratynia — Quam

ejusmodi quietationem modo præmisso factam, Nos - ratam et firmam habentes haberiq ab omnibus vo- lentes ad Acta præsentia suscipi, ijsdem inseri & parti affectanti extradi permisimus authentice. In quorum &. Actum ut supra. Relatio ejusdem &.

Gnosus, Odolski quietat Illrem & Magcum Tarło de Summa 400. Aureorum Hungarica Augustus &. Significamus &.

s.w. Quod coram Nobis et Actis Metrices Regni Cancella- ria Nostra Minoris personaliter comparens Generosus Joannes Casimirus Odolski Cancellariæ Nostræ Notalig et Sigilli Minoris Regni Secretarius sanus mente & corpore existens à foro, Terris, Districtibus et Jurisdi- ctione sua quavis propria et competenti recedendo, huic autem Nostræ Regiæ Jurisdictioni quod attinet actui infrascriptum se cum persona, bonis et posteris suis subijciendo palam, ultro, libere, ac per expressum recogno- vit præsentibusq recognoscit. Quia ipse Illrem & Ma- gnificum Carolum Comitem de Tęczyn et Czekarzo- wicze Tarło Regni Nostri Procancellarium de perso- lutione Summæ Quadringentorum aureorum Hun- garicalium in specie veri iusti ponderis & valoris provisionisq sibi integre et realiter persolutæ in forma Juris plenissima quietavit et liberum absolutumq fecit ac pronunciavit, prout præsentibus quietat et liberum absolutumq facit ac pronunciat. Nihil sibi et suis quibusvis Successoribus Juris prætextus coloris et prætensionis intuitu Summæ prefatæ Quadringento- rum aureorum Hungaricalium in specie iusti veri pon- deris et provisionis reservando aut quovismodo excipi- endo. Verum sibi perpetuum silentium intuitu pre fatæ Summæ Quadringentorum aureorum Hunga- ricalium et provisionis sibi realiter exolutæ imponen- do et indicendo. Inscriptionem Officiosam coram Actis Metrices Regni Cancellariæ minoris Serenissimi Prædecessoris Nostri de Actu & Data Varsaviæ Fe- ria Secunda in Vigilia Festi Sancti Mathæi Apostoli

et Evangelistæ die scilicet vigesima Mensis Septem
Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Nonagesimo
Quarto sibi recognoscenti super prælatam Summam
Quadringentorum aureorum Hungaricalium in specie
auri iusti ponderis ex provisione annua septemà cen-
to per suprascriptum Illrem & Magnificum Carolum
Comitem de Tęczyn et Czekarzowice Tarlo Regni Mi
Procancellarium recognitam, cum omnibus ejus con-
tentis cassat, annihilat et mortificat. In forma alias
quietationis et Inscriptionis, cassationis amplissi-
ma et perfectissima. Quam manu sua propria sub-
scripsit. Ioannes Casimirus Odolski. Quam quidem
Quietationis recognitionem Nos ratam et firmam
habentes habereq ab omnibus volentes ad acta præ-
sentia suscipi, ejsdem inseri, et ex ijsdem de verbo
ad verbum descriptam parti affectanti authenticè
extradi permisimus. In quorum Actum Varsaviæ
Feria Secunda ipso die Festi Decollationis Sancti
Ioannis Baptistæ Die videlicet vigesima Nona Men-
sis Augusti Anno Domini 1701. Relatò ejusd.

Illris & Magcus Procancellarius Regni roborat certam recognitionem.

Augustus &. Significamus &

Quod coram Nobis et Actis Metrices Regni Can- v.v.
cellariæ Nostræ minoris personaliter comparens
Illustris et Magnificus Carolus Comes de Tęczyn
et Czekarzowice Tarlo Regni Nostri Procancellarig
sanus mente et corpore existens, à foro, Terris, Dissi-
ctibus et Iurisdictione sua quavis propria et compe-
tenti recedendo, huic autem Nostræ Regiæ Iurisdi-
ctioni quod attinet actum infrascriptum se cum per-
sona, bonis et posteris suis subijciendo palam ultro
libere ac per expressum recognovit præsentibusque
recognoscit. Quia ipse recognitionem certam hic Var-
saviæ scriptam et manu sua propria subscriptam, Die
vigesima nona Mensis Augusti Anno Domini Mil-
lesimo Septingentesimo Primo factam per se Gnosco
Joanni Casimiro Odolski Sigilli minoris Cancella-
riæ Regni Secretario datam et vadio Mille Hungari-

Anno 1701

calium aureorum in specie iusti ponderis et veri au-
ri vallatam in omnibus ejusdem recognitionis pun-
ctis, clausulis, articulis, nexibus, conditionibus et
ligamentis, totoq; ejus tenore, non aliter ac si hic
de verbo ad verbum inserta et perse recognosce-
tem seorsiva inscriptione officiosa recognita ejs et;
recognitionem eandem ad præsentem Inscriptionem
roboratoriam et è contra Inscriptionem ad recogni-
tionem referendo approbat, confirmat, ratificat,
eamq; in toto et in minima parte tenere complere
illiq; totaliter satisfacere de bonis suis genera-
liter omnibus mobilibus et immobilibus, sum-
misq; pecuniarijs se et suos Successores inscribit
et obligat, idq; sub vadio supraspecificato Mille
aureorum Hungaricalium casu contraventionis
præsenti Inscriptioni roboratoriæ in toto vel in qua-
vis illius parte per se et Successores suos de integro
et irremissibiliter ad solvendum succumbendo. Pro
quo quidem vadio ac re aliqua ex Recognitione
roboratoria non completa nihilominus complen-
da ad officium Castrense Sandomiriense idem re-
cognoscens Citatus existens cum suis Successoriby
in primo Citationis termino quem sibi peremptorium
assignat comparere, respondere, stare, non tuendo
se ullis Legum auxilijs, et exemptionibus, dilationi-
bus, alijsq; quibusvis Iuris, diffugijs, præcisis etiam
appellationibus, earum prosecutionibus, Iudicatum
Iudicij illius ad quod citati fuerint, illiusq; execu-
tionem pati, vadium succubitum in instanti re-
ponere, et nihilominus eo soluto rei principali pro
qua citabitur et ejus Successores citabuntur, in toto
et in minima parte satisfacere tenebitur. Hac sua
personali recognitione ad præmissa mediante. In
forma alias roboratoriæ Inscriptionis de Iure fir-
missima et perfectissima. Quam et manu sua propria
subscripsit. Carolus Tarlo Procancellarius mpp.
Quam quidem Inscriptionem roboratoriam Nos
ratam et firmam habentes, haberiq; ab omnibus volen-
tes ad acta præsentia suscipi ijsdem inseri, et ex ejsde
de verbo ad verbum descriptam parti affectanti Authentice

extradi permisimus. In quorum fidem &. Actum &.

Relatio ejusd. Illmi Procan Pni.

Religiosi Dominicani Varsavien intromittuntur in Bona Baczynskich

Augustus &. Significamus &.

Quod ad Nos & acta Metrices Regni Cancel: &.
larice Nostre Minoris veniens personaliter Nobis
Alexander Zakrzcki Ministerialis Regni Generalis
in vim sue vere ac fidelis relationis ubiq; faciendæ
palam ultro et libere recognovit. Quia ipse pro Officio
suo requisitus existens habitis secum Nobilibus Jo:
anne Dambrowski et Jacobo Czervinski majoris
testimonij gratia sibi adiunctis condescendit
personaliter Feria Quinta post Festum Sancti
Jacobi apostoli proxima que erat dies vigesima
octava mensis Julij Anni Currentis Millesimi,
Septingentesimi Primi ad plateam pontalem in Civi:
tate antique Varsavia existentem, ibidemq; Reli:
giosum Patrem Petrum Drogoszewski Ordinis Præ:
dicatorum Conventus Varsaviensis ad ades Sancti
Hiacynthi consistentis Priorem Sacræ Theologiæ
Magistrum vigore certi Contractus die nona Meni
sis Junij cum Reverendo in Christo Patre Nicolao
in Swiçcice Swiçcicki Episcopo Poznanien initi,
conscripti, & Actis præsentibus Varsaviæ Feria
Quarta pridie Festi Sacratissimi Corporis Christi
Domini Die videlicet nona Mensis Julij, Anno
Domini Millesimo Septingentesimo roborati et Sub:
scripti in Domum et fundum ejus in quo præfata
Domus Baczynskich nuncupata cum alijs ædificijs
Structuris consistit in vicinitate videlicet Fam
Simonis Czyzewski Vigintiviri Antiquæ Varsaviæ
ex una et Domum Religiosorum Patrum Prædicato:
rum Conventus Varsaviensis ex altera parte et
iacet et prout se in suis metis et granicebus ex
antiquo extendit adhibitis de Iure circa talia re:
quisitis solennitatibus, præmissaq; omnium si qui
sunt Jusq; et interesse aliquod ad eandem Domum

Ao 1701°

et fundum in dicta Platea portali Civitatis antiquæ Varsaviæ Baczynskich dictam habend et prætendens ter et ultra solitum Juris quatuor vicibus, voce sonora et præconica acclamatione intromisit et investivit realemq et actualem ejusdem Domus et fundi possessionem ac usum fructum ex officio suo tradidit et contulit, de quo præsens illius relatio. Quam Nos gratam ratam et firmam habentes habericq ab omnibus pro legitima volentes ad acta præsentia suscipi et ex ejsdem in forma authentica extradi permisimus. In quorum &c Actum &c Relatio &c.

Generosa Prazmowska inscribit Summam 8500. florenorum polonicalium Nobili Francisco Wittoff et approximittit proximitatem emptionis Lapideæ Kowalkowskiæ.

Augustus &c. Significamus &c.

Ex. Quod coram Nobis et actis Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Minoris personaliter comparens Generosa Marianna Prazmowska Gnosi Petri Prozmowski Capitanei Lomzensis Consors in actione divortij cum eodem Gnoso marito suo existens in assistentia personali Generosi Matthiæ Kolinski Decretorum Curiæ Regni Notarij Tutoris sui ad hunc actum assumpti sana mente et corpore existens à foro, terris, Districtibus, Jurisdictione sua quavis propria et competenti recedendo, Jurisdictioni vero Nostræ Regiæ præsenti quo ad actum præsentem et infrascripta recognoscenda attinet incorporando palam sponte, libere, benevole ac per expressum recognovit et præsentibus recognoscit. Quia ipsa Summam Octo Millium Quingentorum, florenorum polonicalium Currentis in Regno monetæ quemlibet florenum triginta grossis computando quam Summam in coemptionem medietatis Domus Lapideæ Fallenieiczowska nuncupatæ à Generosis Successoribus Gnosi olim Joannis Casimiri de Kowalki Kowalkowski

Kowalkowski Subdapiferi Terræ Dobrzinensis moderna recognoscens contraxit eandemq medietatem Lapideæ præfatæ acquisivit Nobilibus Francisco Wiłłoff Secretario nostro Consuli Antiquæ Varsaviæ & Barbarae Bochen: Kowiczowna Coniugibus illorumq Sanguinis Successoribus, veri, certi, iusti ac liquidi debiti mutuatiq pecuniæ debet et tenetur. Quam quidem Summam utireale et liquidum debitum eadem recognoscens in et super bonis suis generaliter omnibus mobilibus et immobilibus hæreditarijs, obligatorijs, devolutorijs Summisq quibusvis pecuniarijs, habitis et habendis signanter autem in et super prædicta Domo Lapidea Varsaviæ in platea Sancti Joannis Baptistæ inter vicinales Lapideas eorundem Nobilium Wittoffow Coniugum ex una et Fam Frys Apothecarij ex altera partibus consistentem Falkiewiczowska nunc vero Kowalkowskiego nuncupata ad se vero recognoscen partim Iure Successionis devoluta, partim autem à Gnosis Successoribus pro Summa prænominata acquisita, eandemq totam integram et indivisam inscripsit et assecuravit prout præsentibus inscribit et assecurat in crastino diei et Festi Nativitatis S: Joannis Baptistæ in anno proximè venturo Millesimo, Septingentesimo Secundo precise et absq quavis dilatione prompta paratag pecunia monetæ protunc Currentis præfatis Nobilibus Creditoribus suis et Successoribus illorum Sanguinis realiter et effectivè cum provisione annua per Septem pro quolibet Centum ab eadem Summa per se debita solituram et numeraturam sese cum suis Consuccessoribus submittit et obligat. Casu autem ejusdem Summæ Capitalis octo Millium quingentorum florenorum in tempore præfixo uti etiam provisionalis in annum quingentos nonaginta quinque efficientt provenien non solutionis extunc eadem Recognoscens se cum suis Successoribus inscribit, Intromissionem realem per Alminsterialem quemcung Regni Generalem et Nobiles Duos seu quovis alio modo quandocung suprascripti Nobiles Wittoffowie Coniuges Creditores sui voluerint seu Successores illorum absq quavis adcitatione conferen et obtinen in bona Supra scripta videlicet Lapideam seu Sortes Summæ Capitali et provision correspondentes cum pacifica earundem Sortium possessione ac præsentaneo usufructu dare et admittere nec eandem per se aut quasvis Subnissas Vel Subordinatas personas præpedire debebit et tene-

Ao 1701:

bitur. Sortes easdem præfatæ Lapideæ cum omni usufru-
ctu commodo et emolumentis per Nbles Wittoffocie
Coniuges Successoresq; illorum tam in Summa præfata
Capitali quam retentis ab ea provisionibus per annum
integrum à data et tempore callatæ Intromissionis
apprehensæ illorum possessionis et post lapsum anni
illius in defectu protunc eorundem bonorum exemptio-
nis et Summæ Suprascriptæ Capitalis et provisionalis
retentæ integre et absq; quavis divisione et dispartimen
Solutionũ ad decursum alterius anni et sic de Anno
in annum usq; ad plenariam et realem prætactarum Sum-
marum restitutionẽ et enumerationem modo et Jure
obligatorio tenenẽ habenẽ et possidenẽ usus fructus &
emolumenta ex ÿsdem bonis, absq; quavis defalcatione
Summarum percipiendi et pro se suisq; Successoribus
convertendi. Quamquidem Intromissionem Generosa
Recognoscens se et suos Successores non impugnaturam
nec in possessione præfatæ Lapideæ et sortibus ejus Ntes
Creditores Suos et Successorum illorum quovismodo &
prætextu per se et quasvis alias personas turbaturam
aut injuriaturam, imo ipsos Successores illorum ab
omnibus et singulis quarumcunq; personarum cujuscunq;
gradus Status et conditionis existenẽ proximitatis, pro-
pinquitatis seu alio quocunq; Jure ad eadem bona sese
trahenẽ impetitionibus Judicijs et extrajudicijs nec non
Juribus et Inscriptionibus quibuscunq; prioribus et poste-
rioribus, lucris perlucris Citationũ. Concitationũ in ean-
dem Lapideam importatis vel importandis in omni
foro et Judicio toties quoties opus fuerit non obstanti-
bus quibusvis præscriptionibus Suis propris sumptibq
vel impensis intercedere tueri evincere et indemnes
reddere de bonis suis generaliter omnibus mobilibq
et immobilibus Summisq; pecuniarijs cavet et submit-
tit. Idq; sub Vadio similis Summæ octo millium Quingen-
torum florenorum polonicalium per se et suos Succesſo-
res casu contraventioni præsenti Inscriptioni Sue
ejusdemq; in toto vel in qua vis minima parte non ad-
impletionis integre et totaliter succumbendo. Pro quo
quidem Vadio et re ipsa principali ex præmissis non com-
pleta, nihilominus tamen completa citata existens
cum suis Successoribus Generosa Recognoscens in
omni foro et Judicio Regni et Civili Varsaviensi

cui haec Lapidea praefata subest, quòdve Nblés Creditores et eorum Successores elegerint mediante ut supra Ju„ risdictione sua competenti recessu in primo Citationis termino quem sibi peremptorium Generosa Recognoscens praefigit et agnoscit comparere stare et semotis omnib9 dilationibus, exceptionibus, respondere, nec se tuendo ullis Legum auxilijs adversus presentem Inscriptionem quoquo modo servien9 motionibus, appellationibus, & earum prosecutionibus, quibus renunciatum esse vult aljsq3 Juris beneficijs rei iudicatae tanquam Decreto Su„ premae instanti ac parere, vadium succubitum in instanti non recedendo à Judicio reponere, reig prin„ cipali pro qua citata fuerit satisfacere tenebitur. In„ super Jus emendi, si eandem Lapideam suprascriptam vendere Generosa Recognoscens voluerit Nobilibus Wittoffom Coniugibus praecustodit imo eandem Lapideam suprascriptam nemini alteri nisi praelibatis Nobilibus Francisco Wittoff et Barbarae Bochenkowiczowna Coniu„ gibus pro pretio competenti et tali quale aliquis alter eidem Recognoscenti offerret vendere et resignare ap„ promittit seq et suos Successores obligat. Hac sua persona: li recognitione ad praemissa mediante. In forma alias debi: toreae obligatoriae Inscriptionis de Jure plenissima. Quam manu sua subscripsit. Marianna Korycka Prazmowska. Matthias Kolinski Decretorum Curiae Regni Notarius uti tutor ad praesentem actum assumptus. Quam quidem Inscriptionem Debitoream Nos ratam et firma habentes, haberiq ab omnibus volentes ad acta prtia susapi et ex ijsdem de verbo ad verbum describi ac parti affectanti authenticè extradi permisimus. In: quorum fidem &. Actum Varsaviae Feria Sexta in crastino Festi Sancti Aegidij Abbatis die videlicet Secunda Mensis Septembris. Anno D: 1701. Relato ut supra.

Oblata Commissionis Oppidi Losi„ cen inr Oppidum, & Gn Tenutarium Thesaurarium Curiae Regni.

Augustus &. Significamus &.

Quod veniens ad Nos et Acta Metrices Regni Cancel: n:g.

A: 1701

lariæ Nostræ Minoris Nobilis Joannes Stomienski obtulit et ad acticandum porrexit Commissionis Nostræ Literas. Inter Gnosum Athanasium Migczynski Thesaurarium Curiæ Regni Luceoriensem Krzepicensem Losicensem Capitaneum; Et Communitatem Oppidi Losice dicti ex Serijs partium controversijs prolatæ manibusq Commissariorum Nostrorum Subscriptæ et Sigillis utensilibus obsignatæ. Supplicatumq Nobis est ut easdem Literas ad acta præsentia suscipi, ijsdem inseri et ex ejsdem rursus descriptas authentice extradi dignaremur. Quarum quidem Literarum tenor est qui sequitur talis. Actum Losicijs in Prætorio ejusdem Oppidi Sabbatho ante Festum Sancti Petri-Vinculati proximo, Die videlicet trigesima Mensis Julij Anno Domini Millesimo Septingentesimo Primo. Coram Perillri et Admodum Reverendo Andrea Logoski Cantore Cathedrali Camenecensi, Officiali Lukoviensi, Præposito Zbucensi, Gnosis Dominis Adamo Wießczycki Pocillatore Wisnensi, Adamo Baczko Thesaurario-Mielnicensi Matthia Martiano Ladowski Metrices-Regni Cancellariæ Majoris Præfecto, Adolo Augusto de Siestrzytowice Siestrzytowice Tribuno Mielnicensi Carolo de Bielka Bielecki. Stephano Maychrowski Metrices Regni Cancellariæ Minoris Præfecto. Decreto Sacræ Regiæ Majestatis Judiciorum Assessorialium infra de actu specificato deputatis et assignatis Commissarijs. Comparuit Illustris et Magnificg Athanasius Migczynski Thesaurarius Curiæ Regni Luceoriensis Krzepicensis Losicensis Capitaneus, cum suo Patrono Generoso Sebastiano Biernacki Camerario Drohiciensi et Decretum Sacræ Regiæ Majestatis produsit in tenore tali. Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ Masoviæ, Samogitiæ Kijoviæ Volhyniæ Podoliæ Podlachiæ Livoniæ Smolenciæ Severiæ Czerniechoviæq. Nec non Hæreditarius Dux Saxoniæ & Princeps Elector. Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest universis et singulis. Citatos fuisse ad Nos & Judicium Nostrum Literis Citationis Nostræ Regiæ Famatos Proconsulem Consules, totumq Magistratum ac Communitatem Oppidi Nostri Losicensis

de Causa infrascripta, bonisq; eorum generaliter omnibus. Ad instantiam Generosi Instigatoris Regni ejusq; Delatoris Gnósi Athanasii Migczynski Thesaurarÿ Curiæ Regni Lucoriensis Krzepicensis Losicensis Capnei Actoris. Idq; ad reponendum Rescriptum Commissionis crude contra præscriptum Regni Legum publicatum ex Cancellaria Regni ad malam et sinistram Cancellariæ Nostræ informationem insimul ac iunctim cum Laboriosis Subditis Nostris Villarum Capitaneatq; Losicensis educend exportatum prætextu quarum Literarum Nostrarum Solita onera et consuetudines Dationesq; provenientes Gnósso Delatori præstare renuunt. Ad videndum nimirum et audiendum idem rescriptum ejusdem Commissionis cum toto illius effectu et executione reponibile esse adinveniri illudq; tolli cassari et annihilari ad præstandos intermissos labores et dationes Stringi indamnis Litisq; Expensis causatis condemnari. Cæteraq; que de Iure venerint contra eos statui, decerni et sententiari. Citatione ipsa originali latiore. Pariter quoq; Citatos fuisse ad Nos et Judicium Nostrum Literis Citationis Nostræ Regiæ Gnósos Athanasium Migczynski Thesaurarium Curiæ Regni Lucoriens Krzepicensem Losicensem Capitaneum et Advocatum Oppidi Losicetum Joannem Kopytnicki ejusdem Gnósi Capitanei Aulicum atq; Famæ Albertum Hryniewicz Viceadvocatum Losicens de Causa infrascripta bonisq; eorum generaliter omnibus et ad instantiam Famæ Procons ulis Consulum totiusq; Magistratus et Communitatis Oppidi Losice cum Generoso Instigatore Regni agens Actor. Idq; inhærendo remissioni Causæ per Generosos Commissarios Nostros ad sopiendas prætensiones tam ex parte Gnósi Capitanei Losicens quam etiam Oppidanorum intercedentes Nobis specificatos de consensu utriusq; partis per nos Deputatos Anno proximè præterito Millesimo Septingentesimo ad Judicia Nostra assessorialia sine præfixione termini facta, tum quoq; protestationibus Suis ratione variarum injuriarum, violentiarum, damnorum, et aggravationum per eosdem oppidanos ad acta Castrensia Capitanealia Mielnicensia et

Drohiciensia insertis. Ad attentandam et continuandã eandem remissionem Causæ paratosq terminos Iuris gradus nec non ad videndum et audiendum contra citatos iuxta memoratas protestationes et puncta Oppidanorum ratione ademptionis fundi certi in quo antea Prætorium cum Statera exædificatum fuit unde proventus ad ærarium publicum proveniebant, nunc vero in hoc fundo Gnosus Capitaneus Domum exædificare mandavit et usus fructus cum præiudicio oppidi exinde percipit eosdem Oppidanos contra Iura ipsi servient nescitur quo prætextu ex Suggestione dicti Hryniewicz ad messem stimulat, unicuique per ducentas Capecias quolibet anno metere imponit, ac cursus publicos vulgo do Podwod tam in Curribus quam pedester et in equis cum Literis adigit, ad Custodias in Curia et in pratis ad equos eosdem Oppidanos Losicen compellit. Foralia nulliter arendatori à quolibet dolio Salis per congium à qualibet ꝑ institoria per quing ꝑ florenos exigere permittit et licet opifices non teneantur ad foralia à proprij laboris rebus venum exporitis nihilominus ex permissu Gnosi Capitanei Arendator ab ipsis per florenos triginta annuatim recipere solet, Auenam et alia frumenta pro suo arbitrio comportare demandat et Oppidanos Generosus Kopytnicki circa exactionem ejusmodi frumenti enormissimè converberare præsumit. Arendator licet non in ipsius molendino molituram exercent propter carentiam aquæ, tamen ipse mensuram recipit, Iudæos in præpeditionem Oppidanorum, qui ipsis omnes fructus et modos vivendi intercipiunt fovet eosq à Contributionibus protegit, frumenta varia iam deteriorata Civibus ad emendum dare demandat et iuxta suum mandatum solvere iubet per quem progressum plurimi Oppidani ad inopia devenerunt, Oppidanum Sakowicz delegatum ab Oppidanis pro petenda restitutione Prætorij plagis affligi Generosus Capitaneus mandavit alijsq plurimis modis futuro in termino declarandis eosdem Oppidanos per suos ad id Deputatos homines gravavit, damna notabilia causavit proponi, pœnasq in Iure descriptas ratione præmissorum omnium

super eo decerni memoratos Oppidanos ab ejusmodi aggravationibus relevari, refusionem damnorum demandari et alia quae de Jure venerint contra citatos juxta exigentiam Causae statui et sententiari. Alias quemadmodum citatio ipsa Originalis Ejusq relatio coram Nobis Actisq Castrensibus Capitanealibus Mielnicen Feria Quarta in crastino Festi Sancti Andreae Apostoli Anno proximè praeterito Millesimo Septingentesimo recognita Latius praemissa in se enarrant et obloquuntur. In Termino hodierno ex ijsdem Citationibus Nostris per utramq partem extraditis legitime ad praesens provenien et hucusq continuato, Partibus praenominatis, Actorea simulq Citata Gnoso Instigatore Rei ejusq Delatore Gnoso Athanasio Migczynski Thesaurario Curiae Regni Luceorien Krzepicen Zosicen Capitaneo personaliter una cum Nobilibus Sebastiano Rybczynski et Alberto Woszkiewicz Citata quoq simul et actorea Fam Proconsule, Consulibus totoq Magistratu ac Communitate Oppidi Losice per Fam Nicolaum Bielas Jerzewski Proconsulem, Romanum Markiewicz et Simonem Borysze wski Oppidanos Losicenses personaliter coram Nobis Judicioq Nostro comparentibus, eundem terminum attentantibus. Et Oppidanis Losicensibus addi sibi Procuratorem ad Causam promovend peten. Nos cum Consiliarijs et Jurisperitis Nostris ejsdem Oppidanis Nobilem Joannem Skalski addidimus et in instanti in Causa experiri mandavimus. In experimento cum partes eidem de legalitate Rescripti Commissionis ex cruda radice expertati vel non varijs concertarent rationibus, ipsumq negotium totum ex utroq actoratu suo explicarent. Nos cum ijsdem Consiliarijs et Jurisperitis Nostris attentis partium Controversijs attentis partium Contraversijs, allegationibus et defensis, Rescriptum Commissionis ex cruda radice uti contra Leges Regni publicas per oppidanos Losicenses expertatum reponibile esse adinveniendum duximus, prout adinvenimus eoq totaliter cassato & annihilato. Siquidem ex utriusq partis affirmativa & negativa Judicium Nrum praesens debite informari nequit. Id circo praecavendo ne alterutri partium aliquod praejudicium fiat, combinatis actoratibus et reatibus partium Commissionem et Inquisitionem super praetensionibus

utriusq partis decernendum censemus prout decerni-
mus adquam quantocius peragendam Commissarios
et Inquisitores Nostros ut pote Venerabiles et Generoso
Andream Lugowski Officialem Lukovien Præposi-
tum Zbucen, Victorinum Koziarachi Canonicum
Luceorien, Adamum Wieszczycki Locillatorem
Wisnensem, Adamum Raczko Thesaurarium
Michnicensem, Matthiam Martianum Ladowski, Ste-
phanum Maychrowicz Metrices Regni Cancellarie
utriusq Præfectos, Carolum Siestrzytowski, atque
Carolum Bielechi damus et assignamus. Quibus quate-
nus captato opportuno tempore sibi bene viso pre-
vijs Innotescentiarum suarum Literis duabus se-
ptimanis ante Terminum extradendis extradendis
ad oppidum Losice condescendant ibidemq; absentia
nonnullorum modo quatuor adsint minimè obstante
fundata Iurisdictione sua Commissoriali Causam hanc
per utramq partem instituam, discutiant, prætensiones
utriusq partis ut supra propositas et alias usq ad diem
et actum presentis Commissionis intercedentes tum
quoq defensas ac Iura, documenta, et probationes excipi-
ant, trutinent, exquirant, matureq; considerent; inquisi-
tiones ab invicem ex hominibus fide dignis rei notitiam
habentibus, non interessatis, previo eorum Iuramento corpo-
rali de dicenda veritate præstando instituant, secrete exci-
piant, aliaq omnia in tali passu necessaria ad eruendam
præmissorum veritatem expediant, verificent, Causam
eandem seu Causas cognoscant et si partes complanare
poterint salvis Iuribus utriusq partis, complanent,
sin minus, negotium hocce decidant ac definiant, ap-
pellatione non nisi a Sententia definitiva parti grava-
tam sese prætendenti ad Nos et Iudicium Nostrum salva ma-
nente, actum Commissionis inaperto, Inquisitiones autem
in occluso rotulo cum subscriptione manuum suarum et
Sigillorum appositione ad Nos et Iudicium Nostrum remittant.
Post expeditam autem eandem Commissionem et Inquisi-
tionem vel non Terminum partibus memoratis iterum coram
Nobis et Iudicio Nostro comparendi ulterioremque
Sententiam Nostram auscultandi in duabus

Septimanis conservamus peremptorium Decreto nro
præsenti ad præmissa mediante. In cujus rei fidem
præsentibus Sigillum Regni est appressum. Actum
Varsaviæ Feria Quarta post Festum Sanctorum Trium
Regum proxima die scilicet duodecima Mensis Ja-
nuarij Anno Domini Millesimo Septingentesimo
Primo, Regni Nostri Anno quarto Georgius Albrachtus
Denhoff Episcopus Præmisliensis Nominatus Cracovien-
Supremus Regni Cancellarius, Locus Sigilli majoris
Cancellariæ Regni. Relatio Illmi et Rndmi in Christo
Patris Domini Georgij Albrachti Denhoff Dei et Aplicæ
Sedis gratia Episcopi Præmisliensis Nominati Cracovien-
Præpositi Plocensis Supremi Regni Cancellarij. Correxit
Nagrodzkim Lectum. Petitq inhærendo eidem Decreto
Sacræ Regiæ Mtis Jurisdictionem Commissorialem fun-
dari quo nomine Relationem extraditarum innote-
scentiarum parti adversæ et terminum pro die
hodierna assignatum esse in se continen coram Astis
Castren Mielnicensibus Feria Tertia prædiè Festi Sanctæ
Margarithæ Virginis & Martyris Anno præsenti Millesimo
Septingentesimo Primo recognitam produxit et de termino
docuit. Spectabiles verò Jacobus Jancewski Proconsul
modernus, Nicolaus Bielas Jewski antiquus Gregorius
Szakowicz Consul, Matthias Strzelecki, Honor Roman
Markiewicz Scabinus, Simon Boryszewicz Officiales
Dosicenses comparuerunt, et agnoscendo terminum
legitimè incidentem, similiter Jurisdictionem Commis-
sorialem fundari petierunt. Judicium Sacræ Regiæ
Majestatis Commissoriale lecto præfato Decreto Sacræ
Regiæ Majestatis nec non relatione Innotescentiarum
atq partium Consensui mutuo adhærendo Jurisdicti-
onem suam Commissorialem fundavit et eandem una
cum Securitate omnium ad Judicium præsens veni-
entium Ministeriali Regni Generali Providо Nicolao
Chrzgsc publicare mandavit. Qui Ministerialis paulo
post rediens palam recognovit se eandem Jurisdictionem
cum pace et securitate omnimoda ante fores præfati
Prætorij Losicensis publicasse et ad notitiam omnium de
duxisse. Post factam igitur publicationem fundatæ Juris-
dictionis ad comparitionem partes processerunt. Inter
Illrem et Magcum Athanasium Migczynski Thesaura-
rium Curiæ Regni Luceoriensem Krzepicensem, Losicensem

Anno 1701.

Capitaneum abuna atq Spectabiles & Famatos Iacobum Janczewski Proconsulem modernum Nicolaum Bielaszewski antiquum Gregorium Sakowicz Matthiâ Strzelecki Honoratum Romanum Markiewicz Scabinum Simonem Borysiewicz Officiales Losicenses ex altera parte mutuos Actores & Citatos. In termino hodierno ex Innotexentialibus Literis provenienti Partibus suprascriptis personaliter comparentibus et secum controvertentibus. Et quidem actorea Lecto Decreto Sacræ Regiæ Majestatis ejusdem executionem indilatam fieri exposcente. Citata vero Communitate Losicensi Causam eandem ex quo munimenta circa Patronum Gnosum Gorski Patronum suum sunt relicta, qui hucusq cum ijsdem non venit ad diem crastinam reijci affectante. Judicium Sacræ Regiæ Majestatis Commissoriale auditis partium Controversijs. Licet quidem Communitas Losicensis quæ tanqm pars actorea principalis est incæptæ Litis parata ad Causam venire tenebatur merito hac dilatione tanquam in protelationem causæ præsentis abiudicari debuisset ne tamen gravari per suum Judicium videatur et ipsis ob præcipitantiam quæ est Juris noverca, præiudicium inferatur Causam præsentem ad Feriam Secundam proximè venturam reijciendam esse censuit et præsentibus reijcit cum termini conservatione peremptorij. Pro quo Termino Communitas Oppidi Losicensis tam cum altero Patrono quam munimentis et documentis ad Causam servientibus comparere et Decreto Sacræ Regiæ Majestatis satisfacere tenebitur sub pœnis Judicio suo arbitrarijs. Tandem hic Actus reclamatus ad Feriam Secundam proximè venturam. Actum Losicijs in Prætorio ejusdem Oppidi Feria Secunda ipso Die Festi Sancti Petri Vinculati, Die videlicet prima Mensis Augusti Anno Domini Millesimo Septingentesimo, Primo. Coram Perillr et Adm Rndo Andrea Lugowski Cantore Cathedrali Camenecensi Officiali Zuhoviensi Præposito Zbucensi. Generosis Dominis Adamo Wieszczycki Pocillatore Wisnen Adamo Raczko Thesaurario Mielnicensi, Matthia Marciano Ladowski Metrices Regni Cancellaria Majoris Prefecto. Carolo Siestrzitowski. Carolo Bielecki, Stephano Maychrowicz Metrices Regni Cancellaria

Minoris Præfecto Commissarijs ad Causam præsentem
discudicandam assignatis et actum Commissionis ac-
clamari mandantibus. Inter Magnificum Athanasiu
Miączynski Thesaurarium Curiæ Regni Krzepicensem
Losicen & Capitaneum et Gnosum Ioannem Kopytnicki
Famatum Albertum Ryniewicz Viceadvocatum Losi-
censem ex una et Spectabiles et Famatos Iacobum Jan-
czewski Proconsulem Nicolaum Bielasiewski Consulem
Seraphinum Kowalski Scabinum, Romanum Marci-
wicz Decemvirum suo et totius Communitatis Oppidi
Losicensis nomine, ex altera parte actores et Citatos.
In termino hodierno ex rejectione provenien Partes
utræq personaliter et Famati Proconsul & Consules
reproductis suis Privilegijs contenta sue propositionis
decerni petierunt. Illustri[illegible] et Magnifico Thesaurario
Curiæ Regni Capitaneo Losicensi Copias Privilegiorum &
Punctorum per partem productorum sibi communicari pe-
tente Communitate super eandem consentiente. Judicium
Commissoriale Sacræ Regiæ Mtis attenta partis Citatæ Magi
Capitanei petitione eidem communicationem Privilegiorum
et punctorum porrectorum pro die crastina concessit. Nihi-
lominus quatenus Communitas Oppidi Losicensis per to-
tum hodie parti Citatæ Interrogatoria et Regestrum Test-
um inducendorum tradat et pro die crastina Testes pro
hora septima statuat nec non acta sua comportet ei-
dem demandat et terminum partibus pro die crastina
conservat peremptorium Decreti præsentis vigore &
actum Limitavit et reclamari eundem mandavit.
Actum Losicijs in Prætorio ejusdem Oppidi Feria Tertia
Post Festum Sancti Petri Vinculati proxima Die secun-
da Mensis Augusti Anno Domini Millesimo Septingen-
tesimo Primo. Coram Perillri et Admodum Andrea Lugowski
Cantore Cathedrali Camenecen, Officiali Luhovien Præpo
Zbucen, Gnosis Adamo Wieszczychi Pocillatore Visnen
Adamo Raczko Thesaurario Mielnicensi Matthia
Martiano Ladowski Metrices Regni Cancellariæ ma-
joris Præfecto, Carolo Augusto de Siestrzytowice Siestrzi-
towski Tribuno Mielnicensi Carolo de Bielka Brelechi
Stephano Maychrowicz Metrices Regni Cancellariæ mi
noris Præfecto Commissarijs Sacræ Regiæ Majestatis
Deputatis. In termino hodierno post communicati-
onem Privilegiorum propositionis et interrogatori-
orum parti adversæ Illri et magnifico Capitaneo

A: 1701

Zosicensi concessam provenienti, Partes Communitas Zosicensis personaliter ut supra Magnifico similiter Capitaneo et Generoso Kopytnicki, Famato Rymèwicz itidem personaliter comparen. Et communitate quidem Zosicensi referendo se ad Decretum Sacrae Regiè Mtis petijt ut super punctis omnibus in Decreto S.R. Mtis expressis et iam in parte cum Magnifico Capitaneo compositis iudicium præsens ulteriorem transactionem per se cœptam finiat et se cum Magnifico Capitaneo componat, Decretisq suis eandem transactionem decidat et determinet Supplicante. Porro Magnifico Capitaneo eandem transactionem incœptam esse agrescente et optando finem liti quantocius imponere iudicio præsenti ut in eandem authoritatem suam interponat et reliqua puncta decidat postulante. Ad extremum Civibus Zosicensibus Supplicationem producentibus in tenore tali. Wielmozni Miloscziwi Panowie, Kommissarze J. Krolewskiey Mći Nasi Wielce Miloscziwi Panowie y Dobrodzieie. Pospolstwo całe Nas Mieszczan ubogich Miasta Zosic do Wsiow Panow naszych Miloscziwych supplikuiemy, uciężenie od PP. Burmistrzow y Radnych Naszych w tych cierpiąc punktach. 1mo. Słyszelismy że iest prawo aby w Dobrach J. K. Mći Burmistrze y Radni Panowie bez wiadomości Woyta albo Starosty żadnych nieustawiali składek U nas się opak dzieie gdyż Panowie Burmistrze zasiadszy z Panami Radnymi iakie chcą takie wkładaią składki, sami się ochroniaią na nas na pospolstwo wszystek ciężar składek wkładaią. Zaczym tedy aby odtąd bez wiadomości Zamkowey Jmci. Starosty y Woyta Naszego na hiberną, pobory, podymne y tym podobne podatki takowych nieuchwalali y na nas ubogich nie wkładali o to przez Dekret Wsiow Mściwych Panow uniżenie prosiemy. Powtore Sposob ten sama wyięzga sprawiedliwosc, aby się PP. Burmistrze y Exaktorowie z Summ od nas ubogich pospolstwa wybranych z percepty Expens rachowali. My niemozemy się doprosić od PP. Burmistrzow y Exaktorow Naszych tak perceptarum iako y Expensarum rationem. Na Osmdziesiąty y Cztery rech włokach Miasto Nasze Zosice zasiadło. Z tych z tych na Kościelne, Szpitalne Bractwu Swiętey Anny

Woytowsku

Woytowskie y do Slachty preterdowane wytrgciwszy
wtok czternascie do podatkowania zostawic wtok
siedmdziesigt, z tych na puste, wiele wytrgcono wiele
się sami uwolnili nierwiemy. Tonas wiązą ze z ka-
zdey wtoki płacilismy po pięćdziesigt Złotych iako Summę
wybrany iako wydany wiedzieć niemozemy. Zaczym
aby iako uchwała podatkow tak wybranych percepta
y wydanych Liquidacia y przeszłych przy attendencyey
Jmć. Starosty y Woyta Naszego Dekretem Wsiow Mciwyd
Panow Miłosciwych Naszych ostrzeżona była pokornie
prosiemy. Potrzecie na Podathi czopowego Szelęznego
y na grzywny w niedwyc uczynięniu wszyscy składamy
się, lubo nie wszyscy piwo y miod szynkuiemy. Od tgd te-
dy prosiemy miłosierdzia Wsiow Panow Naszych Mciwyd
aby te Podathi ci tylko wypłacali Sąsiedzi Nasi Ktorzy te li-
kwory warzą y Szynkuią. A my ubodzy Pospolstwo Ktorzy
ani warzymy ani szynkuiemy od Składek na te podathi
wolnemi byli. Zaco Pana Boga błagac będziemy Wsiow
Naszych Panow Miłosciwych y Dobrodzieiow naymiłsi
Studzy Pospolstwa Miasta Łosic. Judicium Sacræ
Regiæ Majestatis Commissoriale in hac Causa deliber-
randum esse censuit ad diem crastinam et terminum
partibus peremptorium conservavit. Actum Losicijs
in Prætorio ejusdem Oppidi Feria Quarta post Festum
Sancti Petri vinculati Die videlicet tertia Mensis Au-
gusti Anno Domini Millesimo Septingentesimo Primo
Coram Perillri et dnō Rnd° Andrea Lugowski Cantore
Cathedrali Camenecensi Officiali Łukoviensi Præposito
Zbucensi Generosis Dominis Adamo Wieszczy dli Pocil-
latore Visnensi, Adamo Raczko Thesaurario Mielnicensi
Matthia Martiano Ladowski Metrices Regni Cancellaria
Majoris Præfecto. Carolo Augusto de Siestrzitowice Sie-
strzytowski Tribuno Mielnicensi, Carolo de Bielka Bie-
lecki, Stephano Maychrowicz Metrices Regni Cancellaria
minoris Præfecto Commissarijs Sacræ Regiæ Majestatis
deputatis. Inter Magcum Athanasium Migczynski
Thesaurarium Curiæ Regni Luceorien Krzepicen
Losicensem Capitaneum, Generosum Joannem Kopy-
tnicki Famatum Albertum Ryniewicz Viceadvoca-
tum Losicensem, ex una. Et Spectabiles et Famatos
Jacobum Janczewski Proconsulem, Nicolaum Bie-

Anno 1701°

laszewski Consulem, Seraphinum Kowalski Scabinum Romanum Markiewicz Decem Virum suo et totius Communitatis Oppidi Losicensis nomine ex altera parte Actores et Citatos. In Termino hodierno ex deliberatione proveniënti Partibus utriq personaliter comparentibus et deliberationem expediendam petentibus Judicium Sacræ Regiæ Majestatis Commissoriale auditis partium ambarum Controversijs et defensis. Quantum attinet primum propositionis punctum intuitu exædificationis Prætorij. Quandoquidem Communitas Losicensis per annos Viginti sine ulla contradictione Domum Prætorianam Magnifico Capitaneo ædificare permisit, nec in ædificando impedivit quinimo post voraginem ignis iterato exædificationem passa est neq reclamavit. Idq fecisse ob commodum Oppidi et meliorem conditionem Civium quod propter ædificationem Domus præfatæ Civibus accessit et hucusq accedit, Tum quod regratificando protectionem à transeuntibus Militibus Oppidani Magnifico Capitaneo circa usum ejusdem Prætorij pro ejus et magnificæ Consortis ejus tanquam Jus Communicativum in ejsdem bonis Capitaneatu et Advocatia habentis personis ad extrema utriusq Conjugis tempora modo Censum terragium Viginti florenorum polonicalium ex fundo præfato in quo Domus Prætoriana exædificata est ad erarium Oppidi prærecensiti pro quolibet festo Sancti Martini Pontificis. Incipiendo solutionem præfati Census Anno præsenti et sic quotannis usq ad extræma vitæ illorum tempora, solvant. Post sera autem fata Magnificorum Capitanei et ejus Consortis Generosi Successores Legitimi ædificia præfata sine ulla remora et tergiversatione deportent, nec ullo modo usum ulteriorem sibi usurpent, stante omnium Ordinum præfati Oppidi judicialiter multoties declarato Consensu judicialiter conservare declararit. Quod totum idem Magnificus Capitaneus judicialiter acceptat. Proinde standum esse præfatæ utriusq partis declarationi adinvenit, et easdem partes mediante sua sententia ad observationem ejusdem adstringit. Et ut post sera fata Magnificorum Capitanei et ejus Consortis Generosi

eorum Legitimi Consuccessores iuxta declarationem
præfati Magnifici Capitanei moderni ædificia eadem
Prætoriana deportent omnino iniungit. Providendo
autem proventibus Sacræ Regiæ Mttis atq evitando
tumultus quos per hospites in diversorio Prætoriano
tam Nobiles quam Milites transeuntes in loco Se-
curitate Sacræ Regiæ Majestatis Privilegiato ex occa-
sione propinationis sæpissimè excitant litigiaq in Subsellijs
Regni hoc ex capite oriuntur. Proinde Cives Oppidi Losicen-
post deportationem ædificiorum Magnifici moderni Capita-
nei Prætorium in eodem loco sine diversorio pro Commodo
Judiciorum et Consiliorum Communitatis non autem pro
aliqua propinatione quæ præsenti Decreto nè bona Rega-
lia in proventibus suis aliquod detrimentum patiantur
inhibetur et interdicitur extruere tenebuntur et erunt
adstricti. Quo vero attinet punctum Secundum intuitu
ad messem Oppidanorum et ad custodias vigilias nec-
do Podwod tam pedester quam cum equis stimulationis.
Quandoquidem Magnificus Capitaneus ultra scitum
suum id per suos administratores dicti Capitaneatus
Losicensis factum esse allegat, ab ejusmodiq angarijs
seu obligationibus recedit, neq amplius ad easdemq
cogere eosdem Oppidanos se declarat, Oppidaniq hac
declaratione contenti sunt et iudicialiter omnes
suo et aliorum nomine eandem acceptant. Ideo
ab omnibus præfatis Custodijs, vigilijs nec non obliga-
tionibus supra in propositione expressis, Oppidanos
Losicenses liberos pronunciat et ne amplius, ad easdem
obligationes Illris Capitaneus et ejus Succedanei vel
eorum locum tenentes, adigere quomodocunq audeat
eidem interdicit, et Oppidanos in Libertate conservat
Decreti præsentis vigore. Quo vero attinet punctum
intuitu adustionis Cremati et propinationq per Op-
pidanos Losicenses prætensæ. Quandoquidem ex
Lustrationibus Regni et ex usu usq ad diem hodi-
ernam practicato deducitur quod Oppidani Losicenses
cum prætenitis Magnificis Capitaneis intuitu adusti-
onis et propinationis Cremati convenerunt et ab
illa evitando labores quos Advocato Losicensi præstare
consueverunt, recesserunt. Advocati vero Losicenses
prout et modernus contenti hac permutatione fuerunt

tum quod et ad præsens ab hac adustione et propinatione Oppidani Losicenses tanquam ipsis minimè proficua iudicialiter recedunt. Proinde hoc in puncto oppidanos contra Magnificum Citatum incompetenter agere adinvenit et eundem circa usum propinationis Cremati et præparationis conservat. Nihilominus attenta declaratione iudiciali Magci Capitanei Losicensis, Oppidanis Losicens et solis Civibus tantum pro nuptijs duas mensuras pro funere similiter duas, et pro diebus natalis infantium unam mensuram cremati adusti, in quantum crematum apud arendatarium possessorem propinationis cremati adusti Losicensis non bonum fuerit alibi emend et in potionem Nuptialem funebrem et natalis diei Liberorum seu infantium convertendam non tamen divendendam / quæ divenditio præsentibus sub pœnis interdicitur / cuilibet Civi pro tali necessitate emend et adhuehendum facultas conceditur et datur præsentibus.

Quia vero Oppidani Losicenses contra arendatorem dicti cremati Curialis Losicensis querulantur quod crematum vile præparat et mensura injusta, idem propinat. Proinde inhærendo in hõc puncto Legibus et Constitutionibus Regni intuitu mensuræ sancitis decrevit quatenus bonum crematum idem Arendator præparet et justâ mensura cuilibet propinet eidem sub pœnis superscriptis Legibus Regni sanctis demandat. Quanto vero spectat Punctum intuitu hibernalis Contributionis cum Magco Capitaneo Losicen convenerunt et ejsdem Magnificus Capitaneus certum Scriptum manu sua propria subscriptum die hodierna conscriptum Oppidanis Losicensibus tradidit hac eadem assecuratione & Scripto Oppidani Losicenses contenti sunt prout se iudicialiter declarant ideo huic puncto et petitioni tanquam iam transacta non esse locum in Judicio suo adinvenit.

Quo vero concernit punctum intuitu mensuræ a molitione brasei nec non tritici frumenti tamà braxatoribus quam Pistoribus Civibus Losicensibus pro molitione in molendinis Capitaneali bus à quibus se Oppidani Losicenses braxatores et pistores liberari ex hac maxime ratione quod aliquando ob penuriam aquæ in molendinis Capitanealibus in alijs molendinis moliendo Fquandoquidem Oppidani intuitu ejusd Contributionis F

Dare

dare mensuram coguntur, expetunt. Quia vero pro-
ventus hujus Capitaneatus hi potissimum esse digno-
scuntur in Lustrationibus vero reproductis possessio
præfatæ mensuræ reperitur, quinimo similiter et in
alijs Capitaneatibus observatur in cujus pensionis possessi-
one hucusq; Magnificus modernus Capitaneus existit.
Proinde ex his et alijs rationibus inhærendo lustratio-
nibus consuetudini etiam in alijs Capitaneatibus obser-
vatæ incompetenter hoc in puncto Cives braxatores &
pistores Losicenses agere adinvenit et in usu præfa-
tæ mensuræ amolitionibus eundem Magnificum Capi-
taneum conservat. Quantum vero spectat punctum
compellationis ad solvenda foralia nec non Lopatkowe
et alia iuxta obloquentiam Lustrationum. Quandoquidem
ex ijsdem Lustrationibus elicitur. Quod similiter in usu
et possessione eorum Magnificus Capitaneus Losicensis
extitit ideo standum esse usui adinvenit, et ab impeti-
tione Oppidanorum Losicensium Gnósus Capitaneus
liber pronunciatur. Hoc tamen adiecto ut arendatores
vel administratores proventuum Capitaneatus Losi-
censis non plus exigant, tantum quod expressum est
in ijsdem Lustrationibus et ex antiqua consuetudine
exigebatur sine tamen aggravatione Incolarum &
Civium Losicon demandat. Laniones vero Cives Losicen
quoniam servum ad Capitaneatum quotannis pro festo
Sancti Martini ad Capitaneatum perdunt, à datione
Lopadkowego liberantur à Judæis et alijs advenis la-ni-
onibus liberam dationem et exactionem concedit.
Quo vero attinet florenos triginta quos Sutores Opi-
pidi Losicensis se solvere Administratori proventus
Capitaneatus Losicensis ex eo quod ab alijs Sutoribus
exoticis pensionem vulgo Targowe ad Capitaneatum
eundem pertinen exigebant appromiserunt, prout
defacto ad hanc usq; diem solvebant. Quandoquidem
ijdem Sutores amplius hanc exactionem ab alijs
Sutoribus exoticis operas suas ad divendendum tam
pro nundinis, quam pro diebus foralibus advehebant
exigere non posse declarant. Proinde eos à Soluti-
one florenorum Triginta polonicalium annuatim

liberos pronunciat. hoc nihilominus præcustodito ne imposterum quovis modo ad eandem exactionem sese intereſſent et eidem se immisceant ipsis interdicit. Quo vero concernit punctum intuitu Judæorum in oppido prefato Losicensi acsi per Magnificum Capitaneum Losicensem conservationis. Quandoquidem idem Magnificus Capitaneus Losicensis, quod non voluntate sua verum Privilegio Srmi olim & Invictiſsimi Joannis Tertij Regis Poloniæ prefatis infidelibus Judæis benigne collato de actu et data Varsaviæ Die trigesima Maij Anno Millesimo Sexcentesimo Nonageſimo sunt introducti deduxit et eosdem infideles Judæos se amplius non protegere manifestatur quam Oppidani Losicenses declarationem acceptant. Proinde attento prædicto Privilegio et rationibus illatis hoc in puncto incompetenter agere Oppidanos Losicenses contra Magnificum Capitaneum adinvenit et salvam viam agendi contra Judæos præfatos in foro fori Oppidanis reservat. Quia vero arendator Infidelis Moszko Ickowicz Judæus contractum cum Magnifico Capitaneo ratione proventuum inivit et in Oppido Losicensi residet, quem Oppidani tanquam unum pati declarant, ideo eundem quousq arendator extabit conservandum esse censet et præsentibus conservat, et alium Magnifico Capitaneo casu quo isidem infidelis modernus Arendator tenere proventus noluerit conducendum permittit. Quantum spectat Solutionem Contributionis Ducillaris et Solidaria. Quandoquidem nemo pro alio obligare tenetur. Proinde non teneri Oppidanos Losicenses pro propinatore cujusvis liquoris Capitanealis ad solvendum contributionem ducillarem nisi ipsum propinatorem adinvenit. et decrevit ut Cives et Oppidani à propinatione Cerevisiæ et mulsi pro se arendator similiter Contributionem eandem cui de Jure venerit solvant. Quo ad personam Generosi Joannis Kopytnichi licet si pars Actorea videlicet oppidani Losicenses punctis certis et propositionibus intuitu acsi aggravationis illorum, eundem incusarunt et in anterioribus

terminis ab eo satisfactionem expetebant. Quia tamen
ad præsens se cum eodem intuitu omnium prætensi-
onum et injuriarum se transegisse dicunt et vigore
ejusdem transactionis se esse satisfactos declarant.
Ideo eundem Generosum Kopytnicki liberum à Causa
pronunciat. Similiter Famatum Hryniewicz ex quo
Cives Losicenses actores tanquam Concivem suum
ex rationibus in Judicio suo illatis ex Causa prænti
ipsi instituta dimittunt et pensiones, Contributiones
omnes tanquam pro ipso per se solutas, modo im-
posterum Contributiones omnes proporcionaliter
solvat, condonat eundem liberum pronunciat impo-
sterum vero insimul cum Civibus onera et contri-
butiones tanquam Civis sine qualis cunctatione
et renitentia ferat eidem demandat. Ad extremum
quo ad alia puncta propositionis in Decreto Sacræ
Regiæ Majestatis expressa anteriora et noviter co-
ram Judicio suo producta facti et Iuris quoniam Ci-
ves Losicenses et incolæ actores originales concili-
ando benevolentiam Magnifici Capitanei Losicensis
ac attenta ejusdem declaratione quod eosdem Cives
in protectione sua habere et ab omnibus personis
eosdem Cives gravantibus se defendere appromit-
tit, nec non à stationibus militaribus tum Gnosor
Deputatorum et aliorum quorumvis liberare sine
tamen aliquo sui damno declarat ab ejsdem rece-
dunt, omnesq injurias prætensiones tam ad ipsum
Magnificum Capitaneum quam et ejusdem Capi-
taneatus administratores aulicosq ejus ad diem
hodiernam intercedentes et habitas condonant. Pro
inde eundem Magnificum Capitaneum ejusq aulicos
et administratores Capitaneatus Losicensis liberos
pronunciat et absolvit Protestationes omnes et quos-
vis ob præstitam satisfactionem et initam transacti-
onem omnes ad diem præsentem intercedentes cas-
sat mortificat perpetuumq partibus utrisq imponit
et indicit Silentium. Et ut in posterum Admini-
stratores Capitaneatus Losicensis et quivis Magci
Capitanei Locum tenentes. aulici arendatores, mili-
tes nullas aggravationes, injurias, angurias tam
Proconsuli quam Consulibus et omnibus Civibus

A°: 1701°:

Losicensibus non faciant nec inferant eidem seriò et sub pœnis prohibet et interdicit. Similiter Cives et alij omnes obsequium et observationes ejsdem Mag^co Capitaneo et ejus Locum tenentibus debit^as præstent ejsdem sub pœnis demandat. Quo vero attinet Supplicationem Communitatis Oppidi Losicensis quando quidem in eadem Supplicatione nihil contra Jura verum bonus ordo expetitur. Quinimo ut rationes de perceptis proventibus et Expensis Proconsules et Civitates sive oppidani Suo Capitaneo quotannis reddant Jure publico & Constitutionibus Regni seriò cautum est. Proinde inhærendo ijsdem Legibus, quatenus Rationes proventuum et Expensarum Proconsules Oppidi Losicensis Magnifico Capitaneo reddant. Contributiones verò privatas quas ordinariè Cives contribuere solent ducta proportione cujusvis Civis et Incolæ fortunæ iuste neminj faciendo injuriam exigant. Extraordinarias vero et de novo emergenti sine scitu Magnifici Capitanei non constituant nec easdem exigant, ejsdem inhibet et mandat Decreti præsentis vigore. Post quorum Decretorum lectionem Judicium partes interrogavit utrum Decretis præfatis sint contente et an pro re iudicata ôia Decreta suscipiunt. Ad quam Interrogationem responderunt se omnia Decreta pro re iudicata suscipere. Et iterato habito cum omnibus Civibus et Communitate Consilio responderunt quod ea ôia Decreta pro re iudicata suscipiunt. Similiter et Magnificus Capitaneus declaravit quod Decreta eadem pro re iudicata suscipiat. Andreas Lugowski Cantor Cathedralis Camenecen Officialis Lukowien Præpositus Zbucen S.æ R.æ Mtis Commissarius Locus Sigilli utensilis. Adamus Raizko Thesaurarij Mielnicen S.æ R.æ Mtis Commissarius Locus Sigilli utensilis. Carolus Augustus de Siestrzyewice Siestrzyewski Tribunus Mielnicensis. Locus Sigilli utensilis. Adamus Franciscus de Wieszczyce Wieszczycki Pocillator Visnensis S.æ R.æ Mtis Commissarius. Locus Sigilli utensilis. Matthias Martianus Ladowski S.æ R.æ Mtis Secrus et Commissarius. Locus Sigilli utensilis.

Joannes Carolus de Biella Bielecki S.R.M.tis Commissarius. Locus Sigilli utensilis. Stephanus May chrowicz S.R.M.tis Secretarius et Commissarius. Locus Sigilli utensilis. Cui Supplicationi uti iustæ ac legitimæ Nos benigne annuentes præinsertas Commissionis Nræ Literas. Quarum originale idem Offerens denuo ad se recepit et de recepto Cancellariam Nostram quietavit & ad acta præsentia suscipi ijsdem inseri mandarimus. In quorum &. Actum &. Relatio ejusd. ut supra &.

Illris & Magcus Stanislaus Lubomirski Supremus Rni Marschalcus cedit de Jure suo advitalitio In Theodoro Lubomirski filio suo primogenito ad Capitaneatum Scepusiensem habend.

Augustus &. Significamus &.

Quod coram Nobis et Actis Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Minoris comparens personaliter Illris et Magnificus Stanislaus in Wisnicz et Jarostaw Lubomirski Supremus Regni Nostri Marschalcus Sacri Romani Imperij Princeps Scepusiensis & Capitaneus sanus mente et corpore existens à foro terris Districtibus Jurisdictioneq sua quavis propria et competenti recedendo huic vero Jurisdictioni Nræ Regiæ quo ad actum præsentem sese cum bonis suis subjiciendo et incorporando palam sponte libere benevole ac per expressum recognovit et præsentibus recognoscit. Quia ipse inhærendo Consensui Nostro cujus tenor sequitur talis Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ &. Significamus præsentibus &. Consensisse Nos ac permisisse consentireq ac permittere præsentibq Magnifico Stanislao in Wisnicz et Jarostaw Lubomirski Supremo Regni Nostri Marschalco Sacri Romani Imperij Principi Scepusensi &. Capitaneo Nostro ut possit et valeat omne Jus suum advitalitium, quod ipsi super Capitaneatum Scepusien[sem] servit et competit cedere et condescendere illudq

v.J.

Ao 1701.

in personam Generosi Theodori Lubomirski filij sui primogeniti transfundere et transferre. Quae quidem Cessio Iurisq transfusio postquam coram Actis quibuscunq Regni authenticis facta et recognita fuerit Nos eam ratam et gratam uti eam quae previo Consensu Nostro peragetur, habituri sumus vigore cujus Cessionis praesentisq Consensus Nostri memoratum Capitaneatum Scepusiensem praefato Generoso Theodoro Lubomirski filio suo primogenito cum suis Civitatibus Oppidis Villis Incolis Advocatijs Scultetijs agris pratis Campis Latifundijs, arcibus Praedijs Aedificijs, structuris Sylvis lucis pinetis, nemoribus Stagnis lacubus, fluvijs fluminibus, piscinis tabernis mellificijs Subditis, Cmetonibus, hortulanis, Inquilinis eorumq usibus Censibus, laboribus, fructibus, Commodis emolumentis universisq attinentijs et pertinentijs ad praefatum Capitaneatum Scepusiensem spectan et prout ipse Illris et Magnificus Stanislaus in Wisnicz et Iarostaw Lubomirski Supremus Regni nostri Marschalcus Sacri Romani Imperij Princeps Scepusien Capneus Noster tenet et possidet Generosus Theodorus Lubomirski filius primogenitus ipse quoq tenebit habebit et possidebit ad extrema vitae suae tempora. Promittimq autem pro Nobis & Srmis Successoribus nostris Poloniae Regibus non esse Nos Serenissimosq Successores Nostros ab usu et pacifica possessione dicti Capitaneatus Scepusiensis amoturos aut alienaturos neque amovendi aut alienandi potestatem cuipiam daturos sed salvum et integrum Ius per communicationem advitalitiam eidem conservaturos. Quod et Serenissimi Successores Nostri praestituri sunt Juribus Nostris Regalibus, Reipublicae Ecclesiaeq Catholicae per omnia salvis manentibus. In quorum fidem praesentes manu nostra Subscriptas Sigillo Regni communiri mandavimus. Datt Varsaviae Die XXIII. Mensis Augusti Anno Domini M.DCC. Regni vero Nostri Anno quinto. Augustus Rex Locus Sigilli Majoris Cancellariae Regni. Consencedendi Illri et Magco Stanislao in Wisnicz et Ia-

rostaw Lubomirski Supremo Regni nostri Marschalco Sacri Romani Imperij Principi Scepusien Capitaneo de Capitaneatu Scepusiensi in personam Gnosi Theodori Lubomirski filij sui primogeniti. Maximilianus de Tęczyn Ossolinski Vexillifer Drohiciensis Sigilli majoris Regni Secretarius. Jam ex nunc et de facto Generoso Theodoro Lubomirski filio suo primogenito de omni et integro Jure suo Advitalitio quod sibi recognoscenti super Capitaneatum nostrum Scepusien vigore Jurium et Privilegiorum suorum cum Curijs Civitatibus, Oppidis Villis, Subditis, Incolis, Advocatijs Scultetijs, agris pratis, campis latifundijs arcibus, Prædijs ædificijs Structuris, Sylvis Lucis pinetis, nemoribus Stagnis lacubus, fluvijs fluminibus, piscinis, tabernis, mellificijs Subditis, Cmetonibus, hortulanis, inquilinis, eorumq usibus, censibus, laboribq commodis, emolumentis, universisq attinentijs et pertinentijs ad præfatum Capitaneatum, Scepusiensem Spectantibus et prout ipse Illris et Magnificus recognoscens tenuit, habuit, et possedit, servit et competit, cessit abscessit condescendit et resignavit, prout præsenti sua personali recognitione tam de ipso Capitaneatu quam illius Jurisdictione Capitaneali omnibusq ejusdem Capitaneatus attinentijs et pertinentijs supra recensitis cedit, abscedit, condescendit et resignat, omneq et integrum Jus suum advitalitium in personam ejusdem Gnósi Theodori Lubomirski filij sui Primogeniti plenarie et totaliter et integrè transfert et transportat derivatq. Ad tenendum habendum, utifruendum et pacifice possidendum. In quemquidem Capitaneatum nostrum Scepusien ac bona illius Villas, omnesq attinentias prout se idem Capitaneatus extendit et in se continetur, iam ex nunc et de facto idem Illustris et Magnificus recognoscens Intromissionem realem et actualem per Ministerialem Regni generalem et Nobiles duos seu quovis alio Juridico modo acceptam eidem Gnóso Theodoro Lubomirski filio suo primogenito Cessionario suo dat et admittit, datamq et admissam nec

per se nec per suas subordinatas quasvis personas pre
pediturum et impugnaturum sese submittit, inscribit
et obligat. Hac sua personali recognitione ad præmissa
mediante. In forma alias cessionis de Iure plenissima
et perfectissima. Quam et idem Illris et Magnificus
recognoscens manu sua propria subscripsit. Lubomirski
Supr: Reg: Marl: Quam quidem Cessionis Inscriptionem
Nos ratam gratam et firmam habentes haberiq ab
omnibus volentes ad acta præsentia suscipi ijsdem
inseri et ex ejsdem de verbo ad verbum descriptam
parti affectanti authentice extradi permisimus. In
quorum fidem &. Actum Varsaviæ Feria Secunda
ante Festum Sancti Michaelis Archangeli proxa
Die videlicet vigesima Sexta Mensis Septembris,
Anno Domini Millesimo Septingentesimo Primo Regnš.

Relatio ejusdem Illmi Procan Regni.

Gnśus Zdziarski Privilegium super munus Tribunatus Zakroczymš offert eidem servicns.

Augustus &. Significamus &

v.p. Quod veniens personaliter ad Nos et Aula Metrices
Regni Cancellaria Nostre minoris Gnśus Albertus
Zdziarski Tribunus Terre Zakroczymen obtulit et ad
acticandum porrexit Privilegium Nostrum super mu-
nus Tribunatus Terre Zakroczymen. Supplicatumq
Nobis est ut illud ad acta præsentia suscipi ijsdem
inseri et ex ejsdem descriptum parti extradere man-
dare dignaremur. Ejusmodi vero Privilegij tenor qui
sequitur talis. Augustus Secundus Dei Gratia Rex
Polonie Magnus Dus Lithuanie &c significamusš.
Merita & virtutes Generosi Alberti Zdziarski regio
Nostro complectentes animo simulq ad ulteriora
illum Reipubce provocantes studia faciendum esse
duximus ut illi Tribunatum Zakroczymen post
ascensum Gnśi Stanislai Mtochi in Dapiferatu
Zakroczymensem illius ultimi et immediati possessoris

ad Nos

ad Nos dispositionemq; Nostram devolutt daremus
et conferremus, prout vigore præsentium Literarum
damus et conferimus per eum cum omnibus Juribus
prærogativis immunitatibus et obventionibus ad
extrema vitæ ipsius tempora vel majoris alicujus
dignitatis assecutionem gerendum & obeundum.
Quod omnibus quorum interest præsertim verò di-
gnitarijs, Officialibus totiq; Nobilitati Terræ Zakro-
cimensis notum esse volentes mandamus, ut præ-
nominatum Generosum Albertum Zdziarski ab
hinc pro vero et legitimo Tribuno suo habeant et agno-
scant eiq; de loco, Juribus, prærogativis et immunita-
tibus de lege et antiqua consuetudine huic muneri
competen respondeant et ab alijs responderi curent
pro gratia Nostra, Officiorumq; suorum debito. In
quorum fidem præsentes manu Nostra subscriptas
Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ
die decima Sexta Mensis Septembris Anno Domini
Millesimo Septingentesimo Primo. Regni vero Nostri
quinto. Augustus Rex. Locus Sigilli Minoris Can-
cellaria Regni. Tribunatus Zakrocimensis Generoso
Alberto Zdziarski post ascensum Generosi Stanislai
Mocki in Dapiferatum Zakrocimensem. Joannes
Casimirus Odolski Sacræ Regiæ Majestatis Secretarij.
Cui Supplicationi uti justæ ac legitimæ Nos benignè
annuentes præinsertum Privilegium cujus originale
idem Generosus Offerens denuo ad se recepit et de rece-
pto Cancellariam Nostram quietavit ad acta præsentia
suscipi ijsdem inseri et rursus ex ijsdem descriptas-
parti affectanti extradi authenticè permisimus. In
quorum fidem &. Actum Varsaviæ Feria Secunda
pridie Festi Sancti Lucæ Evangelistæ Die decima Septi-
ma Mensis Octobris. Anno Domini Millesimo Septin-
gentesimo Primo. Relatio ejusdem Illmi Procanc Rni.

Lenartowicze Coniuges inscri-
bunt Summam Ducentorum florenor
Archiconfraternitati Rosariana Vars.

Anno 1701°

Augustus Secundus R. Significamus.

Ex. Quod coram Nobis et Actis Metrices Regni Cancellariæ Nostræ minoris personaliter comparentes Famati Franciscus Lenartowicz et Agnes Coniuges Cives Novæ Varsaviæ sani mente et corpore existentes a foro suo proprio et competenti Civili recedendo huic autem Nostræ Jurisdictioni regiæ cum bonis et personis suis sese subjciendo et quo ad actum præsentem attinet incorporando maritus quidem ipse per se Consors vero ejusdem in assistentia Famati Thomæ Stei, go uf tutoris sui ad hunc actum assumpti palam sponte libere, benevole ac per expressum recognoverunt et quilibet eorum recognoscit. Quia ipsi manu Conjuncta et indivisa de et ex manibus Archiconfraternitatis Sacratissimi Rosarij ad Ecclesiam Sancti Hiacynthi Ordinis Prædicatorum Conventus Varsaviens existen Seniorum nec non Promotoris præfatæ Confraternitatis Summam Ducentorum florenorum polonicalium Currentis in Regno monetæ numerando, florenum unum grossis triginta polonicalibus promptæ, paratæq et circa acta præsentia numerata pecuniæ tulerunt levaverunt et realiter perceperunt modo reemptionali vulgo na Wyderkaf De qua ejusmodi Summa Ducentorum florenorum polonicalium Currentis in Regno monetæ sibi recognoscentibus realiter et integrè persoluta dictam Archiconfraternitatem prærecensiti recognoscentes quietant. Quam quidem Summam florenorum Ducentorum polonicalium in et super bonis suis omnibus mobilibus et immobilibus nunc habitis et imposterum habendis, præsertim vero et specificè et in Domo partim murata partim Lignea et in fundo suo proprio in quo præfata bona consistunt in circulo fori Civitatis Novæ Varsaviæ inter plateam qua itur ad Nalewki ex opposito Ecclesiæ Conventus Varsaviens Sancti Francisci minorum Conventualium ex una et ex altera partibus consisten sua propria et hereditaria et per se post voraginem ignis extructa, inscribunt obligant, assecurant et hyppothecant. A qua quidem

Summa Ducentorum florenorum polonicalium cur-
rentis in Regno moneta moderni recognoscentes cum
suis Successoribus et prefatæ Domus et fundi perti-
nentiarumq; ad eandem Domum possessoribus Cen-
sum annuum reemptionalem a quolibet Centum
per florenos Septem numerando et computando
videlicet quatuordecim florenorum polonicalium
currentis in Regno moneta eidem Archiconfrater
nitati Sacratissimi Rosarij seu verius Seniori pro-
tunc existenti pravia quietatione per eosdem Seniores
sibi recognoscentibus seu Suis Successoribus eo no-
mine danda sine quavis cunctatione molestatione
molestatione, ac diffugijs quibus renunciant para-
ta pecunia numeraturos et pro termino Soluturos
submittunt et obligant. Incipiendo ejusmodi Solu-
tionem Census prefati à festo Sancti Luca Evan-
gelista in Anno proxime venturo Millesimo Septin-
gentesimo Secundo celebrando et sic de anno in
annum quousq; prefata Summa Ducentorum flo-
renorum polonicalium currentis in Regno moneta cum
suis provisionibus exoluta non fuerit et eidem Ar-
chiconfraternitati tradita non fuerit omnino per
se recognoscentes prestandam. Casu vero hujusmodi
Census pro termino prefixo per se recognoscentes
et suos Successores bonorumq; prefatorum possessores
videlicet pro festo Sancti Lucæ non exolutionis ex-
tunc seu ex nunc liberum erit eidem archiconfra-
ternitati hanc in eandem Domum Intromissionem
absq; quavis adcitatione adminiculo tantummodo
Dominorum Jurisfidelium illius Jurisdictionis cui
eadem Domus ex natura sui subest accipere et do-
mum eandem in possessionem officiosè traditam ap-
prehendere, apprehensamq; usui suo applicare fructus
quosvis ex eadem percipere et illis utifrui quousque
Census persoluti non fuerint nihil de summa Capi-
tali defalcando aut detrahendo. Nec de ijsdem bonis
condescendere debebit, quousq; Summa provisionalis
exoluta de integro non fuerit. Quod si prefati
Recognoscentes sive eorum Successores et prefatæ
Domus possessores Summam prefatam de eadem domo
et fundo deportare voluerint, ex tunc duodecim
Septimanis ante tempus provisionis solvendæ assignatæ

A: 1701:

eandem Archiconfraternitatem avisare tenebuntur et erunt adstricti, prout se præsentibus inscribunt et obligant. Hac sua personali comparitione ad præ= missa omnia mediante. In forma alias inscriptionis de Jure plenissima. Quam manibus suis subscripse= runt. Franciszek Lenartowicz. † † †. Jako przy iaciel Tomasz Steigauf. Quam quidem Inscripti= onem obligatoriam modo præmisso factam Nos ratam et firmam habentes habere ab omnibus volentes ad acta præsentia suscipi ijsdem inseri et parti affectanti authentice extradi permisimus. In quorum fidem. Actum Varsaviæ Feria Tertia ipso die Festi Sancti Lucæ Evangelistæ Die scilicet decima octava Mensis Octobris Anno Domini Millesimo Septingentesimo Primo.

Relatio ejusdem Illustrissimi Procancellarij Regni.

Oblata certi Diplomatis pro parte Serenissimi Principis Regij Jacobi servien.

Augustus & Significamus &.

v.S. Quod veniens personaliter ad Nos et Acta Me= trices Regni Cancellariæ Nostræ minoris Nobilis Joannes Hermanowski obtulit et ad acticandum porrexit Diploma infrascriptum. Supplicatumque Nobis est ut illud ad acta præsentia suscipi, ijsdem inseri et rursus ex ijsdem actis descriptum authen= ticè parti extradi dignaremur. Cjusmodi vero Di= plomatis tenor sequitur estq; talis. Augustus Secun= dus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ Masoviæ &. Significamus &. Quia Nos pensatis optimè rationibus, sufficienterque rei statu examinato. Licet quidem Oeconomiam Sau= lensem hypothecatam Jure obligatorio Constitutioni= bus Reipublicæ Serenissimæ Regiæ Sobiesciance Domui per fraternam vero divisionem Primo Domino Principi Regio Jacobo cessam rehabueramus et resti= tueramus mensæ ac possessioni Nostræ Regiæ previa

facienda tam Summæ Capitalis Centum Millium
talerorum Imperialium in specie super eadem
Œconomia assecuratæ, quametiam Censuum
retentorum, debitorum, aut impeditorum eidem
Serenissimo Principi Regio, exolutione, nihilomi-
nus interveniente Sacræ Cesareæ Majestatis
interpositione denuo eandem memorato Svrmo
Principi Regio Iacobo restituend^m et retradendam
censuimus, uti quidem præsentibus restituimus
et retradimus ad quing annos, à festo immediate
præterito Nativitatis Sancti Joannis Baptis Tæ
Anni præsentis consequenter post se computandos
quibus pacificè, et sine omni præpeditione, quietæ
possessionis, tam per stativa, quam per transitum Mi-
litiæ Nostræ elapsis non prius dictam Œconomiam in
possessionem Nostram recepturi sumus, donec Summa
Capitalis Centum Millium talerorum imperialium
in specie eidem Sevenissimo Regio Principi realiter et effe-
ctivè aut suis Successoribus vel Cessionarijs à Nobis nu-
merata et exoluta fuerit. Quod si vero pro eo termino
Summam prætactam ad manus Comissarij vel Pleni po-
tentiarij prædicti Serenissimi Regij Principis repositam
et exolutam realiter et in effectu non fecerimus extunc
ejusdem Œconomiæ ulterior possessio libera et quieta
sine quovis impedimento eidem Serenissimo Regio Prin-
cipi vel suis Successoribus aut Cessionarijs de trigennio
ad trigennium et sic consequenter ab eodem Festo
Nativitatis Sancti Ioannis computando currere de-
bebit usq ad realem et actualem prædictæ Œconomiæ
Saulensis exemptione, Summæq prætactæ Centum
Millium talerorum Imperialium in specie totalem
et integram ante actum rehabitionis bonorum ejus-
dem Œconomiæ repositionem et exolutionem simi-
lem Securitatem tam pro pacifica Œconomiæ Tigen-
siensis possessione quam Capitalis Summæ eidem
Œconomiæ inhærentis exolutione adpromittendo, tem-
pore verò possessionis suæ Serenissimus Dominus Prin-
ceps Regius vel sui Successores præter ordinarios et
solitos Census annuos ex Œconomia Saulensi iuxta
immediatas divæ memoriæ Serenissimi Joannis Tertij
Prædecessoris Nostri Ordinationes recipiendos et usu-

capiendos, plenariam quoq habebunt facultatem & potestatem anteriores debitos, retentos vel impediti tos Census, facto prius cum Scultetis et Senioribus ejusdem Œconomiæ dictorum Censuum ratiocinio et computo ijsq divisis in certas annorum ratas ne simultaneis populus gravetur Contributionib. repetendi, vindicandi, levandi, de levatis eandem Œconsmiam. quietandi ac in suos beneplacitos usus convertendi. Casu vero quo dicti repetibiles Census spatio annorum possessionis Serenissimi Domini Regij Principis non fuerint plenarie et totaliter exoluti Nos circa exemptionem hujus Œconomiæ talem ut præmissum est restas prædictorum Censuum computatorum, nec exolutorum. Insimul cum Summa Capitali exolvi faciemus, vel eandem Œconomiam de trigennio ad trigennium non exemptum iri sumus donec resta horum Censuum retentorum adimpleta et exoluta per Subditos ejusdem Œconomiæ fuerint. Damus insuper omnimodam & plenariam facultatem, Serenissimo Domino Regio Principi memoratam Œconomiam Saulensem ita prout ante possedit cum pleno Iure et Dominio titulo à Republica obligatorio per Constitutiones Regni assecurato per Suum Commissarium vel administratorem aut Œconomum quovis beneplacito tempore in suam realem et actualem possessionem rehabendi, recipiendi et apprehendendi Subditos in obedientia solita tenendi et regendi Census quosvis solitos et retentos iuxta superius præmissa indicendi, exigendi, recipiendi, ijsq gaudendi, & utifruendi semper usq ad realem et effectivam modo suprascripto circumscriptam exemptionem hoc Nostro ad præmissa mediante diplomate. In quorum fidem præsentes manu Nostra subscriptas Sigillo Magni Ducatus Lithuaniæ communiri iussimus. Dabantur Varsaviæ die trigesima Mensis Augusti. Anno Domini Millesimo Septingentesimo Primo, Regni Nostri quinto. Augustus Rex. Locus Sigilli minoris Cancellariæ Magni Ducatus Lithuaniæ. Cui Supplicationi Nos benigne annuentes præinsertum Diploma cujus originale idem Offerens denuo ad se recepit et de

recepto Cancellariam nostram quietavit / ad Acta
presentia suscipi, ijsdem inseri, et rursus ex ijsdem
descriptum, parti affectanti authentice extradi e
permisimus. In quorum fidem &. Actum Varsaviæ
Feria Tertia ante Festum Sanctorum Simonis &
Judæ Apostolorum proxima, Die scilicet Vigesima
quinta Mensis Octobris Anno Domini Millesimo
Septingentesimo Primo. &. Relatio ejus& Procancellty &.

Generosus Zdanowski obtulit Privilegium Dapiferatus Novogro. den personæ ipsius serviens.

Augustus & Significamus &.

Quod veniens personaliter ad Nos et Acta Me. vp.
trices Regni Cancellariæ Nostræ minoris Generosus
Casimirus Zdanowski obtulit et ad acticandum
porrexit Privilegium super munus Dapiferatus
Novogrodensis eidem Offerenti collatum manu
Nostra subscriptum et Sigillo Regni Cancellariæ Mæ
minoris communitum sanum salvum & illæsum
Supplicatumq Nobis est ut illud ad acta præsentia
suscipi, ijsdem inseri et rursus ex ijsdem descriptum
authentice parti affectanti extradi permittere digna
remur. Cujus Privilegij tenor sequitur et est talis.
Augustus Secundus Dei Gratia Rex &. Significamus &.
Quia nos merita et Virtutes Generosi Casimiri Zda.
nowski pensantes ad ulteriores q de Nobis et Repu.
blica benemerendi occasiones ipsum allicere volentes
faciendum esse duximus, ut eidem munus Dapife.
ratus Novogrodensis post decessum Generosi olim
Stephani Suligostowski vacans et ad Nostram di.
spositionem devolut' daremus et conferremus ubi
quidem præsentibus Literis Nostris cum omnibus
Juribus, titulo, prærogativis, ac obventionibus de lege
aut consuetudine huic muneri debitis damus &
conferimus tenendum gerendum ac obeundum ad
extrema vitæ suæ tempora, vel majoris alicujus

Anno 1701:

dignitatis assecutionem. Quod omnibus et singu-
lis quorum interest præsertim vero Dignitarijs
Officialibus totiq Nobilitati Palatinatus Novogrodén
notum esse volentes mandamus ut prædictum
Gnosum Casimirum Zdanowski ab hõc pro vero et
Legitimo Dapifero Novogrodensi habeant et agno-
scant ac observent eidemq de loco Juribus titulo
prærogativis, et obventionibus respondeant et re-
sponderi curent pro gratia Nostra Regia. In
quorum fidem præsentes manu Nostra subscriptas
Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ
Die trigesima prima Mensis Octobris Anno Domini
Millesimo Septingentesimo Primo Regni Nostri Anno
quinto. Augustus Rex. Locus Sigilli minoris Can-
cellariæ Regni. Dapiferatus Novogrodensis Generoso
Casimiro Zdanowski post decessum Gnõsi Suligostowski
confertur. Joannes Casimirus Odolski SRM. Secus.
Cui Supplicationi uti justæ Nos benigne annuentes
præinsertum Privilegium cujus originale idem Offe-
rens ad se recepit et de recepto Cancellariam Nostram
quietavit. ad acta præsentia suscipi, ijsdem inseri pa-
tig affectanti denuo ex ijsdem actis descriptũ au-
thentice extradi permisimus. In quorum fidem &.
Actum Varsaviæ Feria Quinta post Festum San-
ctorum Omnium proxima die videlicet tertia
Mensis Novembris Anno Domini Millesimo, Se-
ptingentesimo Primo. &. Relatio ejusq Procancellty &.

Oblata Confirmationis Privilegij Donationis horti Vnrlib⁹ Mansiona-rijs Eccl̃æ Collegiatæ Varsavieñ S: Joannis Baptistæ.

Augustus &. Significamus &.

&. Quod veniens personaliter personaliter ad Nos et Acta Metrices Regni Cancellariæ Minoris Vnrlis Thomas Magowski Capellæ Regiæ et Collegij Mansiona-riorum Varsaviensium ad Ecclesiam Collegiatam Sancti

Ioannis Baptiste degen Prepositus Secretarius Noster obtulit et ad acticandum porrexit Literas Privilegÿ Confirmationis certe Donationis per Illrmam olim Annam ducissam Masovie predicto Collegio Mansionariorum servientis manu nostra subscriptt et sigillo minoris Cancellarie Regni communitas sanas, salvas et illesas omnig suspicionis nota carentes. Supplicatumg Nobis est ut easdem Literas ad Acta Metrices Regni suscipi, ÿjsdem inseri et rursus ex eisdem actis descriptt authentice parti affectanti extradi permittere dignaremur. Earundem vero Literarum tenor sequitur talis. Augustus Secundus Dei gratia Rex Polonie Magnus Dux Lithuaniae &. Significamus presentibus Literis Nostris quorum interest Universis et singulis. Quemadmodum Serenissimi Predecessores Nostri. Reges Polonie et Duces Masovie, magnis quog negotÿs Regni distenti primarie rerum Ecclesiasticarum anteponebant curas ita et Nos Sancitis eorum incedentes vestigijs quotidianis id quog comprobare admitimur exemplis, quanta in propagando Divino cultu fideg Catholica protegenda et amplianda ducimur pietate et quantum augendis pariter bonorum prout et Libertatum Privilegiorum ac immunitatum Ecclesiarum et Collegiorum favemus et studemus incrementis, ac ideo cum Nobis nomine Vnrblis Mansionariorum Varsaviensium Ecclesie Collegiate Sancti Ioannis Baptiste ad Capellam Nostram regalem existen per Venerabilem Thomam Magowski Secretarium Nostrum dicti Collegij Seniorem cupplicatum esset, ut ipsis Privilegium Donationis horti in Suburbio Varsavien per Illrmam Principem Annam Ducissam et hereditam Masovie datum et collatum approbare et confirmare ac consolidare dignaremur. Cujus Privilegÿ Donationis tenor est ejusmodi. Anno Domini Millesimo Quingentesimo Vigesimo Sexto Feria Secunda proxima post Dominicam Conductus Paschae Varschovie. In presentia Magnificorum Venerabilium et Gnosorum Felicis de Brzescie Palatini Masovie et Capitanei Ciechanoviensis, Laurentÿ Prazmowski Czernensis

Aº 1701.

Ioannis de Wola Chinowska Visnensis. Petri Ko-
pytkowski Varschoviensis. Alexij de Zupki Vischo-
grodiensis. Ioannis Oborski Zakroczymen. Adriani
de Gołymno Ciechanoviensis, Michaelis Zaliwski
Livensis Castellanorum. Nicolai de Zukowo Var-
schovien Præpositi & Cancellarij. Alberti Popielski
Canonici et Vicecancellarij Ducatus Masovie, Tho-
mæ Sokołowski Custodis Varschovien Iacobi de
Rzuieny Marschalci majoris ejusdem Ducatus
Erasmi de Kobylnik Ciechanoviensis, Stanislai
Bylina de Sucha Varschovien, Floriani Pavy
de Szycrca Nuren & Capitanei Czernen Pin-
cernarum et aliorum plurimorum pro tunc exi-
stentium. Illustrissima Princeps Domina Anna
Dei gratia Dux et hæres Mazoviæ Russiæ &. Amore
et Zelo Religionis et affectu quem in Capellam Ducalem
tituli assumptionis Gloriosissimæ Virginis Mariæ
et Domum mansionariorum Varschovien in Ecclesia
Collegiata Sancti Ioannis Baptistæ ab anteces-
ribus et majoribus suis diu fundatam et erectam
gerit studiosè potissimum incitata memoria in
recenti tenacissimè semper intuens obitum &
mortem luctuosissimam Illustrissimi Principis
Domini Stanislai Ducis Masoviæ Russiæ &. germani
sui charissimi quam in eadem domo mansionari-
orum voluntate divina sic ordinante accepit
permota. deinde humilibus et instantissimis peti-
tionibus et precibus Fratris Iacobi Kownachi Man-
sionarij Varschovien Plebani in Piathnica et suæ
Illustritatis et Illrmor olim Dominorum Ducum Ma-
zoviæ germanorum suæ Illustritatis Thesaurarij
benemeriti certam partem agrorum de Prædio
Varschoviensi circa viam quæ ducit ad Ecclesiam
Sanctæ Crucis in Civitate Varschovien penes hortum
et Sepem Famati Pauli Apothecarij Varschoviensis
ita in longum et Latum prout et hortus ejusdem
Apothecarij se extendit una cum omnibus et sin-
gulis utilitatibus, fructibus proventibus Censibus,
redditibus, datijs quæ nunc existunt et in futurum

quovis modo humano ingenio excogitari et fieri
potuerint, absq; quovis impedimento Officialium
Ducalium et Consulum Varschovien Civitatis quo-
rumcunq; nihil pro se et Suis Successoribus penitus
ibidem reservando Hnrlibus Septem Mansionarijs
Varschovien in Ecclesia Sancti Joannis Baptistæ ac
Successoribus et Domui ipsorum dedit et gratiose
donavit datq; et donat per præsentes perpetuo et
in ævum. Eundemq; hortum ab omnibus Contributi-
onibus, Censibus et generaliter universis Solutioni-
bus in Ducatu institutis vel in futurum instituen-
dis libertavq; absolvenq;, Immunitatiq; ac libertati
Ecclesiasticæ totaliter adscribenq; et appropriavq; ac in-
corporavq; perpetuo ac in ævum. Et iam ex nunc dat
et admittit eis liberam introligationem in præfatum
hortum precone de Iure simpliciter recepto. Quare
licitum erit ipsis præfatis Mansionarijs et eorum
Successoribus præfatum hortum cum his libertatibq;
et prærogativis vendere, commutare et in usus me-
liores et Domui ac ipsis Mansionarijs utiliores quas
pecunias pro quibus vendiderint et Commutationem
pro eo horto factam convertere, prout ipsis melius
et utilius videbitur, ita tamen, quod loco illius hor-
possessio bonorum immobilium circa Varschoviam
a Domo Mansionariorum per ipsos Mansionarios
et Successores eorum nunquam alienetur perpetuo.
Nos itaq; Augustus Rex ejusmodi Supplicationi be-
nigne annuentes coq; attento quod eidem Venerabilis
Mansionarij hunc suum hortum toto antecessorum
temporum tractu in hucusq; pacifice possederunt et
possident libertatibusq; concessis gaudebant et gau-
dent, libenter suprascriptum Privilegium Donationis
in omnibus illius punctis, clausulis, contentis, liber-
tatibus, immunitatibus concessis et prout de verbo ad
Verbum in se continetur approbavq; et confirmavq; esse
duximus utiquidem Authoritate Nostra regia pro-
ut Juris est approbamus et ratificamus et circa hor-
tum præfatum libertatesq; omnes Supradictos Mansi-
onarios Capellanos Nostros æviternè conservamus.
Immunitati Ecclesiasticæ incorporamus et invisce-

ramus temporibus perpetuis. In cujus rei fidem præsentes manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ Die vigesima sexta Mensis Octobris Anno Domini Millesimo, Septingentesimo Primo. Regni vero Nostri quinto anno Augustus Rex. Locus Sigilli Minoris Cancellariæ Regni. Confirmatio Privilegij Donationis horti in Suburbio Varsaviensi Vrblibe Mansionarijs Ecclesiæ Collegiatæ Sancti Ioannis Baptistæ. Ioannes Casimirus Odolski Sacræ Regiæ Mattis Secretarius. Cui Supplicationi uti iustæ ac legitimæ Nos benigne annuentes præinsertas Confirmationis Literas / quarum originale idem Offerens denuo ad se recepit, et de recepto Cancellariam Nostram quietavit / Ad acta præsentia suscipi ijsdem inseri et rursus ex ijsdem actis descriptæ authentice parti affectæ extradi mandavimus. In quor Actum &. Relatio ut supra.

Relatio Mnĩrlis Rñi Gnālis extraditæ Citationis Gnōso Samocki pro parte Itt Menich Procōns antiquæ Varsaviæ & aliorum.

Augustus &. Significamus &.

Quod veniens personaliter ad Nos et Acta Metrices Regni Cancellariæ Minoris Providus Franciscus Tharowski Ministerialis Regni Generalis, prout id authentico suo in Originali exhibito docuit in vim suæ veræ ac fidelis relationis ubiq faciendæ palam, liberè et per expressum recognovit. Quia ipse requisitus existens ex Officio suo condescendit ad bona Villæ Duchnice, in Palatinatu Masoviæ Terra vero Varsaviensi existen die hodierna videlicet octava Mensis Octobris Anno nunc Currenti Millesimo Septingentesimo Primo Citationis sive Mandati tenoris talis. Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniæ &. Significamus. Tibi Generoso Petro Samocki Domino Principali, tum Nobili Francisco Luko Sewski famulo Complici et Comprin-

cipali / qui præsenti Citatione apud te arrestatur et
statuitio illius urgetur / de personis causa infrascri-
pta bonisq Vestris generaliter omnibus mandamus,
ut coram Nobis & Senatoribus Regni et Magni Du-
catus Lithuanice in Comitijs Regni Generalibus
Varsaviæ sive Grodnæ vel ubivis Locorum proximè
et immediatè celebrand, Sexta die ab inchoatione
eorundem comitiorum prima tamen exclusa, seu
tum dum et quando causa præsens ex regestro vo-
candarum causarum competenti ad indicandum
acclamata inciderit personaliter, legitimè ac perem-
ptoriè compareatis. Ad instantiam Generosi Instiga-
toris Regni ejusq Delatorum Nobilium et Spectabilium
Honoratorum et Famatorum Joannis Andreæ Menich
Proconsulis, Adami Bucholtz Consulis et Thesaurarij
aliorumq Consulum Aduocati, Scabinorum et Viginti
Virorum totiusq Communitatis Civitatis Nostræ Anti-
quæ Varsaviæ suo et Honesti Andreæ Kubinski, Joannis
Kozłowski Matthiæ Kuczynski militum Civilium con-
verberatorum nomine agentium actorum. Qui Vos
citant idq pro eo. Quod tametsi legibus publicis,
Statutis et Constitutionibus Regni Securitas pu-
blica cujusvis personæ maximè vero personis in Ma-
gistratu Civitatum Regni constitutis, tanquam bra-
chio Nostro ubivis locorum, tam in loco Prætorij privi-
legiato quam etiam propria cuivis Domo, quæ tut issi-
mum refugium et receptaculum esse debet sit serio
cauta et provisa, contraq violentos Prætorij ac Do-
muum alienarum invasores et militiæ præsidiariæ
Civilis Custodia Prætorij Vulgò Szylwach fungentis
aggressores, criminales sint interpositæ pœnæ. Ni-
hilominus Vos postpositis ac levipensis earundem
legum pœnis Sabbatho ante Festum Omnium San-
ctorum proximo, Anno nunc Currenti bene poti exi-
stentes, horis vespertinis animo injuriandi Nobilis
et Spectabilis Proconsulis, Delatoris moderni præme-
ditato in absentia ejusdem, militiam Civilem Custo-
dia Prætorij fungentem in Locum Privilegiatum
publica Securitate munitæ armata manu vi et vio-
lenter invasistis à Honesto Andrea Kubinski milite
Civili ex Prætorio eunte tu Gnose Famocki furibun-
dus de præsentia ejusdem Nobilis & Spectabilis Proconsulis

Anno 1704.

inquisivisti, dumq idem miles Civilis prefatum De-
latorem ad Lapideam residentiamq suam conde-
scendisse respondit, protinus ipsum evaginata fra-
mea circa Prætorium atrociter per varias corporis par-
tes multis vicibus iterq concussistis, converberastis,
ac consauciastis, frameis transfigere voluistis, ac
nisi ad iustam defensionem sui provocatus divina
ope salvaretur, ipsum vix non interemistis. Nec his
contenti imo majus crimen patrare intendendo Nem
Proconsulem Delatorem modernum virum pacificum
omni exceptione majorem, publica Securitate fretum
in Lapideam residentiamq ejus violenter superag-
gressi estis, familiam Civilem custodiam agentem
vulgo Szylwach repulistis ac fugastis atq eundem
Delatorem verbis ignominiosissimis honorem ejus
Proconsularem summopere Lædentibus ac denigran-
tibus affecistis ac Nobilem ejus Consortem enormiter
dishonorastis contemptuastis. Tu vero Generose Sa-
mocki eandem pugno in faciem atrociter depercussisti
ac ipsumet Nobilem et Spectabilem Proconsulem Dela-
torem evaginata framea convulnerare voluisti, dumq
in actu violentæ invasionis militia Civilis de manda-
to ipsius superveniret et te uti invasorem et in vitam
diffidatorem de Lapidea expediret, extunc tu vestibus
tuis projectis ad Prætorium cum militia Civili conde-
scendisti ibidemq deprehenso in Ærario Civili Nobili
et Spbli Adamo Bucholtz Consule et Thesaurario di-
cta Civitatis Delatore moderno in functione ejus Offi-
cij, dum videlicet operarijs circa fabricam Civilem
laborantibus mercedem hebdomadalem exolveret, in
præsentia plebis aggressus es gravissimè dishonora-
sti, contemptuasti bombardas in pariete pendentes
arripere voluisti invitam militum diffidasti ac
eosdem concussisti. Insuper ex Prætorio ob intolle-
rabiles insolentias dimissus in foro Civitatis circa
fornices noviter erectos decubuisti, ingentem clamo-
rem ac vociferationem de Nocte exercuisti, tumul-
tum excitasti, aliasq injurias reales et verbales
inquisitione probandas intulisti. Famulus vero tuus

complicitatem tibi præbuit per id q̃ pacem et Secu-
ritatem publicam violastis et pœnas eo nomine Le-
gibus Regni publicis sancitas et descriptas prome-ru-
istis. Quemadmodum præmissa omnia latiùs in
termino advenienti contra vos proponentur, violen-
tiæq̃ per vos illatæ Inquisitione coram Judicio Nro
educenda deducentur. Insuper licet Legibus Regni
publicis seriò cautum sit, quod magistratus Civi-
tatum Nostrarum regiarum cum suis Officialibus
in Causis tam Juris quam facti in nullo altero Judi-
cio nisi Nostro Regio respondere teneatur. Decretaq̃
in foro Civibus incompetenti prolata et obtenta nul-
litatis vitio subsint ac rigorosæ contra Evocatores
extra debitum forum legum sint sancitæ ac imposi-
tæ pœnæ. Vos nihilominus Legibus et Constitutioni-bus
regni pœnisq̃ de evocatione sancitis postpositis ausi
estis ac temerè præsumpsistis Nobiles et Spectabiles
Joannem Andream Menich Proconsulem et Adamum
Bucholtz Consulem & Thesaurarium Civitatis Nræ
antiquæ Varsaviæ Delatores modernos intuitu tui Ge-
nerosè Samocki per milites Civiles præsidiarios abias-zyl-
wach per te violenter in Prætorium superaggressos
quasi Convulnerationis, incarcerationis aliarumq̃
injuriarum illationis, prout alias Citatio per te
extradita Latius præmissa in se enarrat et obloqui-
tur ad Judicium Causarum Officij Castrensis
Capitanealis Varsaviensis terminorum querella-
rum incompetenter vexatoriè citatione in vim
termini tacti extradita citare et evocare prout de-
facto citastis et evocastis, Condemnationesq̃ su-
per ijsdem delatoribus Nobilibus & Spectabilibus
Proconsule et Thesaurario Civitatis sub actu
Feria Quinta in Vigilia Festi Sanctorum Simonis
& Judæ Apostolorum Anno nunc currenti super
primam, in lucro Statuitionis Militum Civilium
sub pœna infamiæ, super vero Statuendis in lucro
pœnæ infamiæ & colli. Super altevam vero in negotio
principali in Lucro pœnarum Legum videlicet infamiæ
obtinuistis et easdem infamiarum pœnas sub actu.

eodem publicari fecistis. Quo vestro indebito pro-
gressu delatores aggravastis Leges Regni publicas
violastis ac convulsistis atq; pœnas eo nomine san-
citas et descriptas succubuistis ac in vos traxistis.
Pro quibus tam respectu facti per vos commissi-
quam intuitu evocationis Delatorum ad forum
civibus incompetens super vobis irremissibiliter
decernendis ac extendendis citamini. Nec non
ad videndum et audiendum Statuitionem Nobilis
Francisci Łukoszewski famuli tui apud te arrestari
decerni. Et ne in posterum Similes invasiones Prae-
torij, ac Domus Proconsulis ac violentias committere
audeatis, serio vobis et sub pœnis Criminalibus inhiberi
ac interdici Delatores modernos circa Constitutiones
Regni eorumq; Iura ac Privilegia tum Decreta Civitati
Antiquæ Varsaviæ servientia manuteneri, Condemna-
tiones præfatas una cum earum publicatione ea in Cau-
sa intercedeñ aliaq; quævis attentata et totum proces-
cum eductis Scrutinijs ex defectu Iurisdictionis tolli,
cassari et annihilari, alia Scrutinia per testes fide
dignos rei notitiam habentes per Iudicium Nostrum
decerni à nexu Condemnationum præfatarum Delato-
res exonerari atq; indemnitati Nobilium et Spectabilium
Ioannis Andreæ Menich Proconsulis et Adami Bucholtz
Consulis totiusq; Magistratus et Communitatis Varsav
/ quos Nos in protectionem Nostram Regiam assumimus
ijsdemq; Salvum Conductum Nostrum damus et conce-
dimus / provideri et ne ulterius usq; ad decisionem
Nostram processibus evocatorijs delatores aggravare
et prosequi / quod vobis serio et sub pœnis in Convulso-
res authoritatis Iudiciorum Nostrorum Comitialium
sanctis alijsq; Nostris arbitrarijs atq; sub nullitate
attentatorum præsenti mandato interdicimus / præsu-
matis, casu Contraventionis animadverti. Cæteraq;
pro gravitate facti et attentatorum, Causaq; exigentia
contra vos decerni et sententiari. Citis igitur parituri
terminum attentaturi et iudicialiter ad præmissa re-
sponsuri. Datum in Cancellaria minori Regni Feria
Secunda ante Festum Omnium Sanctorum proximâ
Anno Domini Millesimo Septingentesimo, Primo,

Folio: 213.

Locus Sigilli Minoris Cancellariæ Regni, Joannes Casimirus Odolski Sacræ Regiæ Mttis Secretarius. ex parte et ad instantiam suprascriptæ partis actoreæ contra superius nominatam partem Citatam pro Judicijs Comitialibus ex Cancellaria Minori Regni emanatæ Copiam Sigillatam in bonis suprascriptis præfati Generosi Petri Samocki in Curia ejusdem propria et hæreditaria in in mensa hippocausti præsente familia ejus domestica posuit, intimavit et reliquit, deq termino ex eadem Citatione in modernis futuris Comitijs incidente notificavit. De quo præsens ipsius relatio. Quam Nos ad acta præsentia suscipi et ex ejsdem in forma authentica extradi permisimus. In quorum fidem &. Actum Varsaviæ Feria Tertia ante Festum Sancti Martini Pontificis proxima. Die videlicet Octava Mensis Octobris. Anno Domini Millesimo Septingentesimo Primo.

Relatio ejusdem Illmi Procan Rni

Nobiles Menich Proconsul et Bucholtz Thesaurarius Civitatis Antiquæ Varsaviæ Mandatum Sæ Rmæ Mttis approbant

Augustus &. Significamus &

Quomodo coram Nobis et actis Metrices Regni Cancellariæ Minoris in continenti Nobiles et Spectes Joannes Andreas Menich Proconsul et Adamus Bucholtz Consul Civitatis Nostræ Antiquæ Varsaviæ suo et totius Communitatis Civitatis Nostræ Antiquæ Varsaviæ nomine, agentes comparuerunt et præsentibus recognoverunt. Quia ipsi mandatum nostrum ad Nos et Judicia Comitialia Regni ad instantiam sui et aliorum actorum è Cancellaria Minori Regni contra Generosum Petrum Samocki Dominum Principalem et Nobilem Franciscum Lukoszewski ejus famulum Complicem et comprincipalem emanatum per suprascriptæ Ministerialem Regni Generalem taliter ut premissum est exportatum ac intimatum approbarunt, ratificarunt terminumq ex eodem mandato coram Nobis & Judicio Comitiali Regni contra predictum Citatum

attentaturos se declarârunt. Hac sua personali Compa
ritione ad præmissa mediante. In forma alias appro-
bationis mandati et declarationis de Iure plenissima
Quam manu sua propria subscripserunt. Andre-
as Minich Proconsul Antiquæ Varsaviæ. Adamus
Joannes Bucholtz Consul et Thesaurarius Cl. Arzane-
Quam Nos ad acta præsentia suscipi ÿjsdem. inseri
et ex ÿjsdem parti affectanti authenticè extradi permi-
simus. In quorum &. Actum &. Relatio &. ut supra.

Oblata Privilegÿ pro parte Fam. Josephi Behm Fabri Serarÿ Augustus & Significamus &.

v.p. Quod veniens personaliter ad Nos et Acta Metri-
ces Regni Cancellariæ Nostræ minoris Josephus Behm
faber Serarius obtulit et Actis præsentibus inserendum
porrexit Privilegium Servitoratus manu Nostra Sub-
scriptum et Sigillo minoris Cancellariæ communiri
sanum, salvum, omnig suspicionis nota carens. Sup-
plicatumg Nobis est ut illud ad acta præsentia susci-
pi ÿjsdem inseri et rursus ex actis descriptum au-
thenticè parti affectanti extradi permittere dignare-
mur. Ejusmodi vero Privilegÿ tenor est qui sequitur.
talis. Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloni &.
Significamus præsentibus literis Nostris quorum
interest universis et singulis. Commendatam habentes
Josephi Behm fabri Serarÿ in arte Serraria non vul-
garem peritiam et in rebus agendis dexteritatem faci-
endum duximus ut eum in numerum Servitorum
et Opificorum Nostrorum susciperemus et cooptarem
hisce Literis Nostris plenariam illi et omnimodam
facultatem et potestatem dantes et concedentes omni-
bus et singulis iuribus, privilegÿs, gratÿs immunita-
tibus, prærogativis et libertatibus, Servitores nostros de
Jure et consuetudine concernen utendi et fruendi mo-
ces artificÿ sui et alias quasvis tam sub præsentia
quam absentia Nostra ubivis locorum publicè artifici-
um suum exponendi, distrahendi, et divendendi, ar-
tificium suorum laborum socios et pueros condiscendi

signumq exponendi tum etiam à Jurisdictione quorum
vis Magistratuum eundem et consortem ejus eximimus
et liberum facimus. Nostræ vero et Magnificorum
Regni et Magni Ducatus Lithuanice Curiceq nostræ
Marschalcorum Jurisdictione in omnibus Causis Judi-
ciarijs exceptis Causis fundi et contractuum eundem
Subjcimus et incorporamus. Quo autem nostram ube-
riorem gratiam idem agnoscat, ne post mortem quis
piam bona ipsius invadere aut occupare vel in ea clan-
destinis artibus et pretensionibus irrumpere præsu-
mat de bonis et facultatibus suis möbilibus et im-
mobilibus acquisitis et acquirendis deq Summis
pecuniarijs, hirographis, obligationibus, Inscriptioni-
bus et quæcunq ad ipsum pertinent, et in posterum per-
tinere quovis modo poterunt testandi sive per ultis
mam voluntatis dispositionem seu ordinationem in-
scribendi, legandi, et donandi, personis tam consangui-
neis, quam extraneis applicandi facultatem et omni-
modam potestatem damus et concedimus. Ita ut
quidquid per testamentum, codicillos vel aliam
quamvis ultimam Summam voluntatis testationem
seu ordinationem disposuerit, id nos ratum, validum
firmumq habituri sumus, et ab alijs haberi volumus,
Neve aliquis in bona ipsius morte derelicta succedere
aut quocunq modo ad illa se alligare præsumat ea-
dem omnia ab impeditione Fisci Nostri, Jurisq Cõmu-
nis facimus et declaramus. Quod omnibus quorum in-
terest notum esse volumus, mandamusq ut præfatum
Famatum Josephum Behm pro actuali Servitore
Nostro habeant et observent omnibusq libertatibus
prærogativis et immunitatibus supra recensitis
uti frui et gaudere permittant. Pro gratia Nostra
et sub pœnis in Convulsores Privilegiorum Nostrorum
sanctis. In cujus rei fidem præsentes manu Nostra
Subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum
Varsaviæ die octava Mensis Augusti. Anno Domini
Millesimo, Septingentesimo Primo. Augustus Rex
Locus Sigilli minoris Cancellariæ Regnii Joannes
Casimirus Dolski Sacræ Regiæ Majestatis Secre-
tarius. Cui Supplicationi uti justæ ac legitimæ.

Ao: 1701:

nos benigne annuentes præinsertum privilegium / cujus originale idem Offerens ad se denuo recepit et de recepto Cancellariam nostram quietavit. / ad acta præsentia suscipi, ijsdem inseri et parti ex ijsdem actis descriptum authentice extradi permisimus. In cujus rei fidem &. actum &. Relatio &. ut supra

Oblata certæ Recognitionis pro parte Gnosi Maychrowicz servien.

Augustus &. Significamus &.

v.p. Oblatam esse recognitionem ad acta Metrices Regni tenoris sequentis. Ja nizey podpisany znam tą Kartą moią. iż w nagłey potrzebie moiey pożyczyłem u JmPaniey Maychrowiczowey Sto y pięciu talerow bitych w ktorych dla lepszey wagi y wiary datem w zastaw Jeden Iancuszek Złoty pierscien diamentowy o piętnastu diamentach y pałasz złocisty. Ktore to rzeczy submittuię się pod zakładem takowey Summy naydaley za tydzien wykupić y należytą Summę oddac z ukontentowaniem na co się dla lepszey wiary ręką własną podpisuię. Działo się w Warszawie dziewiętnastego Junij 1700. Michał Głuchowski S. J. K. Mći. Anno 1700. die Sexta Julij Odebratem pożyczanym sposobem od tegoż P. Maychrowicza tynfow Sto ktore razem z pierwszą Summą wyżey napisaną oddac obliguię się y podpisuię. Odebratem od tegoż Jeden Iancuszek Złoty dla moiey żony. Michał Głuchowski M. P. S. J. K. Mći. Quam recognitionem nos ad acta præsentia suscipere permisimus. Inquor &.

Oblata Privilegij Civitati Nizankowice ejusq; Incolis servien.

Augustus &. Significamus &.

v.R. Quomodo personaliter ad Nos et Acta Metrices Regni Cancellariæ Nostræ minoris venientes Famati Hiacynthus Wielewiowski Viceadvocatus et Paulus Truskiewicz Scabinus Cives Oppidi Nostri Krasnepole alias Nizankowicze obtulerunt et ad acticandum porrexerunt

Literas pargameneas vetustate consumptas antiquo Charactere scriptas. Supplicarunt q Nobis ut eas dem ad acta præsentia suscipi ijsdem inseri et rursus ex ijsdem Actis describi sibiq extradi dignaremur. Quarum literarum tenor sequitur talis. In nomine Domini Amen. ad perpetuam rei memoriam et fidedignorum, et fidelitati Nostræ testimonio hominum posteritati. Vladislaus Dei Gratia Rex Poloniæ Siradiæ, Lancicie. Terrarum Masoviæ Sandomiriq Dux. Significamus tenore præsentium quorum interest vniversis et singulis præsentium notitiam habituris. Quomodo Nos desertam hæreditatem videlicet Rizankowice Schonfeltt videntes, cupientes vero eandem hominum affluentia adimplere et ab alijs contiguis hæreditatibus dislimitare et dividere constituimus constituendumq esse duximus, quatenus Civitas Nostra Schonfeltt aut quoquo vocabulo vocitata in suis metis et Limitibus, graniciebusque iuxta Ius theutonicum Maideburgense permaneret ad dislimitandum et distinguendum granicies et limites fideles Nostros designavimus. Qui incipientes et primo a Villa Wielunice usq ad limites granicierum Castri Brzegbiaty et fluvium dictum Wiebrzescy Potok. Et ab hoc Wiebrzescy Potok usq ad quercum quod stat circa Barentinum alias Vberrhert et a quercu iterum usq ad viam Trussowska et quidem viam Pruszowska transeundo usq ad Ecclesiam dictam Monaster Rutenicam circa Truszowicze sitam usq ad Brzost et à Brost incipiendo inter Trusowicze et quercum ubi molefactor pro suo calore fecit. Et à quercu usq ad fluvium dictum Wiar. Iterum transeundo fluvium Wiar usq ad columnam inter Waskowice ubi sunt Scopuli alias Kopce et ab ista columna et Scopulis inter Klokowice et Mokowice ad agrum et torrentem, qui torrens currit usq ad Zablocce. Iterum autem à Rizankowice usq inter Krzyslow Malkowice usq in Hermanowice et ab Hermanowice usq ad lutum alias Moczydło dicto usq ad viam Wielunice tendentem, transeundo autem viam prædictam ad Wielunice tendentem usq ad molendinum ubi Judex Terræ Præmislien residebat et prædictum molendinum in possessione sua habuit, atq ab

eodem molendino usq ad Niebrzesc pervenien granicies præfatas et limites bonorum præfatorum Nostrorum et aliarum hæreditatum assignaverunt et Nobis uti lateri Nostro assistentes fide et conscientia sua retulerunt. Nos cum Consiliarijs et fidelitatibus Nostris eadem granicies et limites prædictorum bonorum in omnibus punctis et clausulis approbamus, confirmamus. Aduocatum in Ciuitate Nostra Schomflet, "Jure" theuphronico Maideburgensi æviterno tempore et perpetuo habendum vendendum, commutandum, donandum possidendum et in usus suos proprios convertendum ipsi Aduocato et Successoribus suis legitimis, salubrius videbitur convertendi cum omnibus attinentijs et pertinentijs limites et granicies cum omni Jure, Dominio et proprietate, fructibus utilitatibus, ~ proventibus agris pratis campis Sylvis herbarum graminum omnibusq excrescentijs, mericis borris virgultis, quercetis, apisterijs quotquot construendis universis aquis et earum decursibus, molendinis aquaticis, ventilibus, Domibus, institis Contuberniorum pro rebus mechanicis videlicet Sutoribus Sartoribus textoribus tonsoribus constructis et construendis quodquod inveniri possunt et spectantibus ad prædictam advocatiam arborum graminum in Sylvis existentium incisionem, piscatores adigendi sunt ad piscationem in stagnis lacubus piscinis, animalia pastores in fundis suis pascere et servare debent, quibus serio prohibemus præsentibus et futuris ne pecudes et pecora et alia cum damno aduocati fovean[t] et citra prædicti aduocati uoluntatem et profectum ex pascuis habere ijsdemq uti frui et gaudere, etiam volumus et advocatum Nostrum præmonimus ut in molendinis nullibi eos impediat, Molendinatores vero obstacula et litus habere debent cum Successoribus suis et ipsi posteris liberum erit Aduocato prædicto et suis legitimis Successoribus homines suscipere locare, permanere plenarie æviternis temporibus. Incolas Nostros ab omnibus censibus, dationibus.

contributionibus ac alijs officijs et obsequijs laborib9
quibusvis conductis vecturis et conducendis agri-
culturis statijs datijs, solutijs et ex expressa volun-
tate nostra agricolæ et possessores fundorum unam
marcam melioris monetæ in Regno Nostro Poloniæ
monetæ curren̄ et numeri consueti cum duabus
mensuris avenæ duobus caseis et duodena ovis,
super Festo Sancti martini quotannis Nobis &
Nostris Legitimis Successoribus dare et commensura-
re sunt adstricti ab omnibus alijs laboribus Soluti-
onibus et angarijs liberantur. De quo censu prædicto
videlicet de pecunijs Advocato prædicto Sextum de-
narium sibi Legitimisq ejus Successoribus damus,
et assignamus ꝫ viterno tempore acceptur̄. Da-
mus etiam et mensuram avenæ et de pullis octa-
vum pullum in suos quosvis beneplacitos usus con-
vertere Dono irrevocabili. Promittimus quod de quo-
libet manso sex grossos quilibet prædictorum sol-
vere sit adstrictus, servata Civit̄ libertate. Advo-
catus prædictus omnes pœnas eas duntaxat iudicio-
naliter acquisitas solus pro se reservabit de ma-
gnis pœnis puta Capitalibus et criminalibus Nobis
duas partes dare tenebitur, tertiam partem pro se
reservabit. Sic ipsa voluntate Nostra declarata
quod in magnis falsorum Criminum iudicialiter
acquisitis duæ pœnæ Nobis et nostris legitimis Succes-
soribus cedere debent. Advocato autem et Suis Succes-
soribus legitimis hæredibus tertia pars prædictarum
pœnarum pleno Jure hereditario ꝫviterno tempore
adscribatur recipien̄ tenen̄ haben̄ et possiden̄. Ipse
Advocatus prænominatus et ejus legitimi Successores
habebunt Jure hereditario ꝫviternis temporibus.
Omnia macella seu Carnificia Carnificum Sutorum
Pistorum sive pannûm ac etiam balneum tenere
possidere et ab eis census et reditus exigere. Pro
utilitate Civitatis prædictæ damus assignamus,
conferimus in his pratis et donamus pascua li-
bera gregum alias Wygony pecorum pecudum quo-
cung vocabulo vocitat̄ pariter quoqúe Advocatus

prædictus in eodem Wygon pascendi pecora et pecudes
ejusq legitimi Successores ius habebit et æviterno tem
pore permanebit, etiam damus et assignamus omni
modam potestatem et libertatem in Sylvis Nostris
ubicunq sitis ligna prase & saco, necessitateq sua
et suorum Successorum legitimorum comparare.
Habebunt quoq etiam homines dictæ Civitatis li
bertatem in dictis Sylvis Nostris vias liberas sibi
præparare et ligna pro foco et necessitate sua sibi
et alijs hominibus evehere undecunq adeuntibus.
Damus etiam donamusq æviternis temporibus
libertatem ab omnibus Iudicijs quibuscunq in omni
bus Causis, si vero aliqui per ministerialem corun
dem ut coram ipsis aut aliquo ipsorum pro Cau
sis tam magnis quam parvis. puta furti, sangui
nis. homicidii, membrorum mutilationis seu
quibusvis alijs enormibus excessibus citati mini
me respondebunt et comparebunt, Cives vero
prædictæ Civitatis prælibato Advocato seu here
dibus et Successoribus ejus legitimis adsciti sunt
præsentibus. Advocatus vero et ejus legitimi
Successores coram Nobis & Iudicio Nostro generali
respondere tenebuntur et adstricti erunt. Et si
in administranda iustitia remissi fuerint in
colloquijs Nostris parebunt et nos decernemus.
Concedimus etiam prædictæ Civitati Nræ Schonfels
conditionem ipsi meliorem fora annualia ter in
quolibet anno, unam pro festo Sancti Viti, alteram
in Festo Sancti Laurentij, Tertiam super Festum
Sancti Martini. Septinalia qualibet Septimana
Feriis Tertijs constituimus et assignamus observarq
decrevimus tenore præsentium. Dantes potestatem
ab omnibus et Singulis mercatoribus et homini
bus cujuscunq Sexûs fora visitantibus et omni
modam facultatem exigendi, Mercantias et res
ipsorum iuxta observantiam et consuetudinem
aliarum Civitatum regalium vendere, emere,
ac etiam permutare iuxta ipsorum benepla
citum in prædictis foris, quos in accedendo et re
deundo Nostra potiri declaramq Securitate et libertate.

Nisi tales

Nisi tales sunt quos Iura non permittunt fovere
et quibus merito fide dignorum consortia dene-
gentur. Mandantes omnibus et Singulis Palatinus
Russiæ Dignitarijs Burgrabijs et alijs quibusvis
Officialibus Regni Nostri Poloniæ, ut Mercatores et
homines utriusq Sexus ad dictam Civitatem Schon-
felt ad prædicta fora annalia et Septinalia cum
mercantijs et ipsorum rebus libere sine quovis im-
pedimento ire et redire, stare et morari, prout ipsis
melius persuasum et perspectum fuerit permittant
quæ omnia sunt obtenta. In cujus rei fidem &.
Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Trigesimo
Primo, Regni Vero Nostri &. Cui Supplicationi Nos
benignè annuentes præinsertas Literas ad Acta
præsentia suscipi, ijsdem inseri et parti affectanti
extradi authentice permisimus. In quorum fidem &.
Actum Varsaviæ Sabbatho post Festum Sancti
Martini Pontificis proximo, die duodecima Mensis
Novembris. Anno Domini 1702.mo Relatio ut sup.

Fam Hiacynthus Wetleiowski & Paul Truskiewicz contra Iosu Siedlicki & F. Makoski protestantur.

Augustus &. Significamus &.

Quod venientes personaliter ad Nos et Acta v.g.
Metrices Regni Cancellariæ nostræ Minoris
Famati Hiacynthus Wetleiowski et Paulus
Truskiewicz oppidani Nizankowicenses nomine
et in rem Magistratus et Communitatis Oppidi
Sacræ Regiæ Mtis Nizankowice Solenniter in et
contra Generosum Stanislaum Siedlicki Dapiferum
Dobrzynensem bonorum Zabłocice, quovis Juris ti-
tulo possessor tum et contra Fam Andream Ma-
kowski Oppidanum ejusdem Oppidi Nizankowicze
protestati sunt ideo. Quod licet ex vi Jurium
Regalium et Statutorum atq Constitutionum
Regni præscripto Cives et Oppidani Communitates quæ

Anno 1761.

Oppidorum S.R.Mttis nulli cuipiam alteri Subsellio nisi Assessoriali et Relationum S.R.Mttis subiacent atq; Cognitio Privilegiorum Sacrae Regiae Mttis et controversia ratione bonorum regalium et fundorum Legibus Regni eidem Judicio S.R.Mttis est reservata Decreta quoq; contra Cives in foro ipsis incompetenti lata nullitatis vitio subiacent imo contra Evocatores rigorosae poenae sunt sancita. Nihilominus idem Gnosus Stanislaus Sieldliski optimam earundem Legum Regni publicatio et rigoris poenarum notitiam habendo ejsdem levipensis Magistratum et Communitatem totam Oppidi Nizankowice non contentus violentijs et injurijs damnisq; ipsis illatis de quibus seorsive protestationes sunt interpositae ausus est ad Judicia Castrensia Premisliensia demum Tribunalis Regni evocare prout de facto evocavit et pretextuoso limitum faciendorum processu non observato antiquo granicierum ductu, nec attentis protestantium Juribus et Privilegijs notabilem partem fundorum liquidissimi Juris regij ab Oppido Nizankowice avulsit et sibi ad bona Zabłocice appropriavit et post appropriationem, condemnationibus in Judicijs Tribunalis Regni eosdem Oppidanos involvit, utq; firmius hanc fundorum regalium avulsionem stabilire posset famatum Andream Makowski nullum ab Oppido et tota Communitate Nizankowice commissum vel plenipotentiam habentem nomine Magistratus & Communitatis Oppidi ejusdem ad inscribendum compromissum ad Acta Judicij Tribunalis Regni induxit in damna maxima Litisq; Expensas ad extremam ferme ruinam ac depauperationem Oppidanos induxit. Ratione quorum praemissorum tum de nullitate memorati Compromissi, avulsione fundorum Regalium, suiq; evocationis, damnorum litisq; expensarum causationis, iterum atq; iterum protestantur. Salvo Jure addendi, corrigendi Quam protestationem manibus suis subscripserunt. Jacenty Wethieiowski. m.pr. P. T. m.pr.

Quam ejusmodi protestationem modo premisso factam. Nos ad acta suscipi, ijsdem inseri et ex eisdem descriptam parti affectanti extradi permisi- mus. In quorum fidem &. Actum &. Relatio ut supra &.

Nobilis Baranowski quo- tat Gn Matthiam Kolinski.

Augustus &. Significamus &.

Quod comparens personaliter coram Nobis actis qúe Metrices Regni Nobilis Iacobus Baranowski olim Generosi Davidis Baranowski Vexilliferi Tartarici Palatinatus Trocensis et Zielie Milasse- wiczowny Coniugum filius sanus mente et cor- pore existens à terris Districtibus Iurisdictione sua quasvis propria et competenti recedendo huic autem nostræ regiæ Iurisdictioni cum bonis et per- sona suis se subjciendo palam sponte libere bene- vole ac per expressum recognovit et præsentibus recognoscit. Quia ipse Gnum Matthiam Kolinski Decretorum Curiæ Regni Notarium ejusq Can- cellariam de extraditione obligationum originali- um trinarum unius quidem de Anno Millesimo Sex- centesimo Septuagesimo Nono Die duodecima Septem bris super Summam Quing Millium Trecentorum Au- reorum Hungaricalium, alterius etiam de eodem Anno Die et Mense super Summam Sexcentorum Aureorum Hungaricalium. Tertie denig de Anno Millesimo Sexcentesimo Octuagesimo, Sexto, Die decima octava Mensis Martij super Summam Octodecem Millium florenorum Polonicalium triginta groſsis in quemlibet florenum unum computandis per Præconsules & Consules Civitatis Gedanensis uti administratores boni publici Generoso Davidi Ba- ranowski Vexillifero Palatinatus Trocensis Parenti sui Recognoscentis recognitarum quietavit & liberum absolutumq fecit ac pronunciavit, prout præsentibus quietat et liberum absolutumq facit ac pronunciat. Nihil sibi suisq Successoribus Iuris

A: 1701

prætensionis, prætextusq intuitu prætatarum obligationum ad eundem Gnosum Kolinski Decretorum Curiæ Regni et Cancellariam Nostram reservando aut excipiendo. Verum sibi in præmissis perpetuum silentium imponendo et indicendo Hac sua personali recognitione ad præmissa mediante In forma alias quietationis de Jure firmissima et perfectissima. Quam manu sua propria subscripsit. Jakub Baranowski. Quam quidem quietationis inscriptionem modo præmisso factam Nos ratam et firmam habentes, haberiq ab omnibus volentes ad acta præsentia suscipi ijsdem inseri et ex ejsdem de verbo ad verbum descriptam authenticè parti affectanti extradi permisimus. In quorum fidem &. Actum Varsaviæ Sabbatho post Festum Sanctæ Catharinæ Virginis et Martyris proximo die Scilicet vigesima Sexta Mensis Novembris. Anno Domini Millesimo Septingentesimo Primo. &. Relatio ejusd. Illm. Procancellarij Regni.

Oblata trinarum Obligationum Nobili Baranowski servien.

Augustus &. Significamus &.

Ex. Quod veniens personaliter ad Nos et Acta Metvices Regni Cancellariæ Nostræ Minoris Noblis Jacobus Baranowski olim Generosi Davidis Baranowski Vexilliferi Tartarici Palatinatus Trocen. et Zielæ Milasiewiczowny Coniugum filius, satisfaciendo Decreto Nostro assessoriali inter eundem Nobilem Baranowski et Magistratum Gedanensem anno præsenti prolato, obtulit et ad acticandum porrexit obligationes in numero tres per Magistratum Gedanensem prædicto olim Baranowski Parenti modevni Oferentis super Summas in ijsdem obligationibus expressas, datas, et Sigillo Civitatis Gedanensis obsignatas, sanas salvas et illæsas omnig Suspicionis nota carer. Supplicatumque Nobis est ut easdem Recognitiones ad Acta præsentia suscipi, ijsdem inseri et rursus ex ijsdem actis descriptas parti affectanti authentice

extradi permittere dignaremur. Earundem vero recognitionum seu obligationum et quidem primæ tenor qui sequitur talis. Nos Præconsules et Consules Civitatis Gedanensis uti administratores boni publici notum testatumq facimus, quibus id scire expedit universis et singulis. Nos ex habito Consilio in subsidium Erarij publici sive pecuniarum ut vocant auxiliarium levasse et ad manus Nostras recepisse à Magnifico et Generoso Domino Davide Baranowski Tuchan Vexiliifero Palatinatus Trocensis Rothmagistro Tartarico Sacræ Regiæ Mtis &c Summam Quinq3 Millium et Trecentorum aureorum seu hungaricalium florenorum iusti ponderis in specie. De qua Summa quinq3 Millium et trecentorum aureorum ad manus nostras traditorum præfatum Dominum Davidem Baranowski Tuhan omni meliori modo quietamus ac simul vi hujus obligationis promittimus Nos eidem aut legitimis Successoribus ejus vel cuilibet harum literarum fideli sufficienti3 mandato instructo exhibitori ex proventibus dicti Erarij Nostri, quolibet anno loco census Mille Quingentos et quinquaginta quing3 Florenos moneta argentea in Civitate Gedanensi consueta, quemlibet florenum triginta grossis computando solituros, Cujus Solutionis terminus in duodecima Septembris Anni Millesimi Sexcentesimi Octuagesimi incidet, sicq singulis subsequentibus annis Capitalem verò quod concernit Summam hisce promittimus et spondemus Nos eandem in quing3 Millibus et trecentis aureis sive hungaricalibus florenis iusti ponderis in specie una cum censu decurso et restanti cum pars parti debitè hoc est semestri ante levationis terminum in hac obligatione expressum spatio renuntiaverit illudq3 Semestre præterlapsum fuerit reddituros et exoluturos fore. In præmissorum fidem Sigillum præsentibus Civitatis est subappressum. Datum in Prætorio Nostro Die duodecima Septembris, Anno Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Nono. Locus Sigilli Civitatis

A: 1702.

Gedanensis. Ab anno Millesimo Sexcentesimo Octuagesimo Tertio die duodecima Septembris loco Census dabuntur floreni 1484. vigore declarationis a Domino Creditore per Literas factæ Emanuel Dilger. Ab Anno Millesimo Sexcentesimo Octuagesimo Octavo die duodecima Septembris loco Census Dabuntur de singulis centenis florenis tres et dimidius de tota Summa floreni. 1298. gr. 15. vigore declarationis a Domino Creditore per Literas factæ. Constantin Freder. Secundæ verò obligationis tenor ejusmodi. Nos Præconsules et Consules Civitatis Gedanensis uti Administratores boni publici notum testatumq; facimus quibus id scire expedit universis et singulis. Nos ex habito Consilio in Subsidium Ararij publici sive pecuniarum ut vocant auxiliarium levasse et ad manus Nostras recepisse a Magnifica & Generosa Domina Zicla Milasowna Dawidowa Baranowska Chorązina Summam Sexcentorum Aureorum seu hungaricalium florenorum iusti ponderis in Specie de qua Summa Sexcentorum aureorum ad manus Nostras traditorum præfatam Dominam Ziela Milasowna Dawidowa Baranowska omni meliori modo quietamus acsimul vi hujus obligationis promittimus Nos eidem aut legitimis Successoribus ejus vel cuilibet harum literarum fideli sufficientiq; mandato instructo Exhibitori ex proventibus dicti Ararij Nostri quolibet anno loco Census Ducentos et decem florenos monetæ argenteæ in Civitate Gedanensi consuetæ quemlibet florenum triginta grossis computando Soluturos, Cujus Solutionis terminus in duodecima Septembris Anno Millesimo, Sexcentesimo Octuagesimo incidet sicq; Singulis Sequentibus annis. Capitalem verò quod concernit Summam, hisce promittimus et Spondemus Nos eandem in Sexcentis aureis sive hungaricalibus florenis iusti ponderis in Specie una cum Censu decurso et restante cum pars parti debite hoc est Semestri ante levationis terminum in hac obligatione exp[re]ssum spatio renunciaverit, illudq; Semestre præterlapsum fuerit reddituros ac exoluturos fore.

In præmissorum fidem Sigillum Civitatis præsentib⁹
est subappressum. Datum in Prætorio Nostro Die duo-
decima Septembris Anno Millesimo, Sexcentesimo
Septuagesimo Nono. Locus Sigilli Civitatis Gedanen-
sis. Ab anno Millesimo Sexcentesimo Octuagesimo
Tertio die duodecima Septembris loco census dabun-
tur floreni 168. vigore declarationis à marito Do-
minæ Creditricis per Literas factæ. Emanuel Ditger.
Ab Anno Millesimo Sexcentesimo Octuagesimo
Octavo Die duodecima Septembris loco Census da bun-
tur de singulis Centenis floreni tres et dimidius
de tota Summa florenõ 147. vigore declarationis à
Domino Nõ marito Dñæ Creditricis per Literas-
factæ. Constantin Freder. Tertiæ denig Obligatio-
nis tenor sequens talis. Nos Præconsules et Consules
Civitatis Gedanensis uti administratores boni publi-
ci notum testatumq facimus universis & singulis
quibus id scire expedit. Nos ex habito Consilio in Sub-
sidium pecuniarum auxiliarium levasse et ad ma-
nus Nostras recepisse à Generoso Domino Davide
Baranowski eMurza Tuhan Summam Octodecim
Millium florenorum polonicalium triginta groſs is
inquemlibet florenum polonõ computandis. Id circo
de accepta Summa Octodecim Millium florenorum
præfatum Grosum Dominum Davidem Baranowski
Murza Tuhan quietantes vi hujus obligationis
promittimus Nos eidem vel cuilibet harum lite-
rarum fideli exhibitori pro prædicta Summa
quolibet anno Centum trium & dimidij florenorum
de singulis Centenis Summam Sexcentorum
triginta florenorum polonicalium constituentem
Soluturos. Cujus Solutionis terminus die decima
Octava Mensis Martij Anno Millesimo Sexcentesimo
Octuagesimo Septimo incidet. Sicq singulis subse-
quentibus annis. Summam vero Capitalem quod
attinet hisce promittimus et spondemus, Nos ean-
dem una cum Censibus non solutis cum pars par-
ti Spatio Semestri ante terminum suprà dictum

illam debite renunciaverit, illudq semestre Spatium præterlapsum fuerit reddituros et exoluturos esse. In præmissorum fidem Sigillum Civitatis præsentibus est subappressum. Datum in Prætorio Nostro die decima octava Mensis Martij Anno Millesimo Sexcentesimo Octuagesimo Sexto. Locus Sigilli Civitatis Gedanensis. Cui Supplicationi uti iuste et legitimæ Nos benigne annuentes præinsertas obligationes tres ad acta præsentia, quarum originalia idem Offerens denuq ad se recepit et de receptis Cancellariam nostram quietavit, Suscipi ex ijsdem descriptas parti affectanti authentice extradi permisimus. In quorum fidem &. Actum &.

Relatio ejusd Illmi Procancellarij Mni:

Subdapiferatus Terræ Laticoviensis Gnōso Witwickj.

vtp.

Q Augustus & Significamus &.

Quod veniens personaliter ad Nos et Acta Metrices Regni Cancellariæ nostræ minoris Nlis Joannes Koszynski obtulit et ad acticandum porrexit Literas Privilegij super munus Subdapiferatus Terræ Laticoviensis Gnōso Paulo Wituicki servierd manu Nostra subscriptæ et Sigillo Minoris Cancellariæ Regni communitæ sanas, salvas omniq nota suspicionis carend. Supplicatum Nobis est ut easdem Literas, ad acta præsentia suscipi, ijsdem inseri et ex ejsdem de verbo ad verbum descriptæ parti affectanti authentice extradi permittere dignaremur. Earundem vero Literarum tenor qui sequitur talis. Augustus Secundus Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux &. Significamus &. Quæ virtuti et benemeritis debentur præmia ea Generoso Paulo Wituicki tribuenda esse existimavimus, cujus non solum avitæ Domus dignitas, sed etiam morum et probitatis omniq virtutis Splendor probata in varijs occasionibus et contra

varios Reipublicæ hostes in campo martio continu-
ata dextritas ac fortitudo singularem semper no-
strum ac Reipublicæ meretur respectum ac proinde
gratiam ipsi Nostram Regiam prestare cupientes faci-
endum esse duximus, ut vacantem ad presens Sub-
dapiferatum Terræ Laticoviensis post fata olim Gnosi
Lucæ Izbinski ad manus et dispositionem Nostram
devolut ipsimet dandum et conferendum esse duxeri
mus, prout quidem damus et conferimus præsen-
tibus Literis Nostris. Cum omnibus ejusdem mune-
ris Juribus, immunitatibus, prærogativis, obventio-
nibus eo antiquitus spectantibus tenendum, ha-
bendum et obeundum ad extrema usq vitæ sua
tempora vel majoris alicujus dignitatis assecutio-
nem. Quod omnibus quorum interest præcipue
vero Senatoribus, Dignitarijs, Officialibus toti q.
Nobilitati Palatinatus Podoliæ et Terræ ejusdem
Laticzoviensis ad notitiam deducentes mandamus,
quatenus iam exnunc prænominatum Generosum
Paulum Witwicki pro vero et Legitimo Subdapifero
Terræ Laticoviensis habeant & agnoscant, eidemq
de loco, titulo, Juribus, immunitatibus, præroga-
tivis, obventionibusq et ipsi respondeant et ab alijs
responderi curent. Pro gratia Nostra regia. In quo-
rum fidem præsentes manu Nostra subscriptas
Sigillo Regni communiri iussimus. Datum Varsaviæ
die vigesima Nona mensis Novembris. Anno Do-
mini Millesimo, Septingentesimo Primo, Regni vero
Nostri quinto Anno. Augustus Rex. Locus Sigilli
Minoris Cancellariæ Regni. Subdapiferatus Terræ
Laticzoviensis post fata olim Generosi Izbinski Gnosi
Paulo Witwicki confertur. Joannes Casimirus
Odolski S.R. Mtis Secretarius. Cui Supplicationi
uti iustæ ac legitimæ Nos benigne annuentes præin-
sertas privilegij Literas quarum originale idem
Offerens denuo ad se recepit et de recepto Cancellariam
Nostram quietavit ad acta præsentia suscipi ijsdem in
seri et rursus ex ijsdem descript authentice parti
affectanti extradi permisimus. In quorum fidem &.

A. 1701.

Actum Varsavia Feria Quarta pridie Festi Immaculatæ Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis Die scilicet Septima Mensis Decembris A.o D. 1701.o. Præsentibus

Gnõsa Anna Mscichowska donat bona sua Gnõsis Nicolao Deboli & Elisabethæ Sorori ejus.

Augustus &c. Significamus &

s.u. Quòd cum ad Supplicationem Generosæ Annæ de Konary olim Generosi Fabiani Mscichowski Consortis Viduæ relictæ olim vero Gnõsi Alexandri Konarski Venatoris Livoniæ Sororis germanæ acta authentica ob debilitatem et infirmam valetudinem adire non valentis Secretarium Nostrum Gnosum Sebastianum Rybczynski una cum actis Metrices Regni Cancellariæ Nostræ minoris pro suscipienda Donatione infrascripta misissemus et deputassemus. Comparens coram eodem Secretario Nostro Deputato actisq præsentibus Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Minoris supranominata Generosa Anna de Konary olim Generosi Fabiani Mscichowski Consors Vidua relicta quamvis corpore debilis mente tamen sana existens recedendo à foro, terris, districtibus proprijs et Jurisdictione sua quavis propria et competenti huic autem Nostræ regiæ quo ad actum infrascriptum sese incorporando et subjiciendo palam sponte libere benevole ac per expressum recognovit et præsentibus recognoscit. Quia ipsa Generoso Nicolao Deboli Dapifero Owruceñ et Generosæ Elisabethæ Debolonka Virgini fratri et sorori inter se germanis illorumq legitimis Successoribus. Jam ex nunc omnia bona sua mobilia et immobilia paterna et materna et post olim Gnõsum Alexandrum Konarski Venatorem Livoniæ, aliosq quosvis Consanguineos suos Jure Successionis naturalis in se recognoscentem devoluta seu verius Sortes eorundem bonorum hæreditariorum obligatoriorum tum et Summas pecuniarias in ijsdem bonis modo quoq vocitatis et ubicung in quibusvis Palatinatibus et Districtibus existen hæren tales quales se

Recognoscentem erga alios Consuccessores Suos con-
cerniunt et concernere deberent, mero, vero, puro,
perpetuo et nunquam revocabilis Donationis titulo
eog perpetuo dat, donat, inscribit et vesignat, ad ha-
bendum, tenendum, dandum, donandum vendendum, alie-
nandum, ing usus suos quosvis beneplacitos eorun-
dem Gnosorum Nicolai et Elisabethæ Debolich illo-
rumg Successorum convertendum. Nihil amplius
in ijsdem bonis, summisq pecuniarijs, Juris proprieta-
tis, titulig hæreditarij Sibi et Suis Successoribus re-
servando et excipiendo. Verum idem Jus Suum hæ-
reditarium, obligatorium, et qualitercung se con-
cernens in eosdem Generos os Nicolaum et Elisabe-
tham Debolich illorumg legitimos Successores trans-
ferendo ac derivando. Intromissionem in eadem bona
immobilia Terrestria et obligatoria per Ministeri-
alem Regni Generalem et Nobiles Duos quovis tempore
conferendam dat, admittit, pacem cum tuitione &
evictione ex persona Sui et Suorum Successorum
cum damnis terrestribus cavet inscribit, proquibg
damnis et evictione præstanda coram Officio compe-
tenti respondebit. In forma alias donationis, Cessionis,
præstanda evictionis plenissima & perfectissima. Quam
eadem Recognoscens manu sua propria subscripsit.
Anna Mscichowska. Quam ejusmodi Relationem suam
coram Nobis factam is idem Secretarius noster Deputa-
tus manu sua subscripsit. Sebastianus Fabianus
Rybczynski S.R.M. Secretarius. Quam ejusmodi reco-
gnitionis Inscriptionem modo præmisso factam Nos
ratam et firmam habentes, haberig ab omnibus
volentes ad Acta præsentia suscipi et ex ijsdem
de verbo ad verbum descriptam parti affectanti-
authentice extradi permisimus. In quorum fidem &.
Actum Varsaviæ Sabbatho ante Festum Sanctæ
Luciæ Virginis die videlicet decima Mensis Decem
bris, Anno Domini Millesimo Septingentesimo Primo
Regni vero Nostri V. Anno.

Relatio ejusd Illmi Procancellarij Regni.

Ao: 1701

Oblata Privilegij super Villam Welcz cum Advocatia Generoso Boguslao Lubienski collatt.

Augustus &. Significamus &

Quod veniens personaliter ad Nos & acta Metricis Regni Cancellariæ Nostræ Minoris Gnosus Bugislaus Lubinski Camerarius & Colonellus Sacræ Regiæ Mattis obtulit et ad acticandum porrexit Privilegÿ Literas infrascriptas. Supplicatumq Nobis est ut easdem ad acta præsentia suscipi, ejsdem inseri et rursus ex ÿjsdem actis descriptt authenticè parti affectanti extradi permittere dignaremur. Earundem vero Literarum tenor est ejusmodi. Augustus Secundus Dei Gratia Rex &. Significamus &. Cosemper fuit animo Gnósus Boguslaj Lubienski Camerarius et Colonellus Noster, ut vetustæ Nobilitatis suæ plurimum desiderari authumaret, nisi ipsam proprijs Virtutibus et bellicarum artium decore, singularig industria exornaret illustraretqúe. Porro post quam prima belli absolvit Tyrocinia nullam reliquam fecit occasionem, qua insigni obsequio de Reipublica mereri posset. Cui omnes fortunas Suas, Studia Operam, Labores, Sanguinem ac ipsam consecravit Vitam. Vnde faciendum esse duximus, ut ipsi Villam Welcz dictam cum advocatia à Capitaneatu Novae Civitatis Corcinensis avulsam in Palatinatu Sandomiriensi, Districtu verò Visliciensi sitam post obitum olim Gnosi Stanislai Trzcinski vacantem et ad dispositionem Nostram devolutt daremus et conferremus, veluti per præsentes cum omnibus fundis agris pratis pascuis sylvis nemoribus, mellificijs Lacubus, piscinis, areis, hortis, ædificijs tabernis molendinis, Subditis eorum Censibus, et laboribus proventibus. Cæterisq attinentijs pertinentijs antiquitus eo Spectantibus tenendum habendum et possidendum ad extrema vitæ ejus tempora sicuti ultimus et immediatus possessor possidebat damus et conferimus. Promittentes pro Nobis et Serenissimis Successoribus Nostris non esse Nos neq Serenissimos Successores Nostros eundem ab usu et pacifica pos-

sessione amoturos neq; cuipiam potestatem amoveni
di aut alienandi daturos. Sed salvum et integrum
Jus ipsi conservaturos quod et Serenissimi Succesſo.
res Nostri præstabunt. Ratione cujus advitalitatis
solitam praeventuum partem Ravam quotannis ad
Thesaurum Regni inferre tenebitur. Juribus Nostris
Regalibus Reipublica et Ecclesiæ salvis ibidem ma.
nentibus. In cujus rei fidem præsentes manu Nostra
subscriptas Sigilla Regni communiri jussimus. Da.
tum Varsaviæ die Septima Mensis Decembris
Anno Domini Millesimo Septingentesimo Primo
Regni vero Nostri V. Augustus Rex. Locus Sigi Mi
noris Cancellariæ Regni. Villa Welcz in Palatu
Sandomiriensi sita cum advocatia confertur
Nroso Boguslao Lubienski Camerario et Colonello
Nró post obitum olim Gnósi Stanislai Trzcinski. Joan.
nes Casimirus Odolski Sacræ Regiæ Mtis Scrus. ejus
Cui Supplicationi uti justæ ac legitimæ Nos benigne
annuentes præinserti Privilegij Literas donationis
Villæ Welcz cum adjacentijs comprehendon ad acta
præsentia suscipi, ejsdem inseri et rursus ex ejsdem
actis descriptas parti affectanti authentice extradi
permisimus. In quorum fidem &. Actum Varsaviæ
ut supra. Relatio ejusdem Illmi Procancellarij Rni.

Honoratº Betchowicz Scabinº Plenipotentes constituit

Quod coram Nobis et actis Metrices Regni v:p.
Cancellariæ Nostræ Minoris personaliter compa.
rens Honoratus Franciscus Betchowicz Scabinus
Lovicensis sanus mente et corpore existens a foro
suo quovis proprio et jurisdictione sua competenti
recedendo huic autem Nostræ Jurisdictioni Regiæ
quo ad hunc duntaxat actum se cum bonis suis &
persona subjiciendo et incorporando, palam Sponte
libere, benevole ac per expressum recognovit et præ.
sentibus recognoscit. Quia ipse omni meliori modo
via forma et Stylo quibus melius ac de Jure validius
potuit ac debuit in Suos veros, legitimos et indubitato

Ao 1701:

plenipotentes et mandatarios Nobiles Joannem Gromkowski et Chrisostomum Boguszewski elegit fecit constituit et solenniter ordinavit. Dans et conferens ijsdem Plenipotentibus et mandatarijs suis tam coniunctim quam divisim ac cuilibet eorum insolidum omnimodam potestatem et plenariam facultatem causas seu causam ad quodvis Judicium tam Civile quam Regni Famato Thomæ Manisze-wski Civi et Mercatori Antiquæ Varsaviæ ratione Summæ Centum talerorum in specie imperialium sibi recognoscenti debitorum seu cuivis possessori bonorum præfati Manisßewski instituendi, institutas et intentandas promovendi, defendendi, probationes omnimodas inferendi, terminos juris attentandi, exceptiones invidicas opponendi, Juramenta deferendi, referendi, auscultandi et indulgendi, Summam eandem à quibusvis possessoribus bonorum mercium ac rerum præfati Manißewski seu ab eodem etiam Manißewski emonendi Decreta proparte sui Constituentis Lata seu ferenda accceptandi, ab onerosis et prægravabilibus ad altiora Judicum Subsellia appellandi, appellationes prosequendi, rerum judicatarum executionem urgendi, Summam levandi et delevata quietandi. Alium sive alios plenipotentem seu Plenipotentes cum simili vel limitata facultate in locum sui substituendi, Substitutionis munus iterum ad se revocandi. Aliaq omnia veros et indubitatos plenipotentes et mandatarios de lege et ex officio afficientia munia in commodum sui recognoscentis agendi et exercendi. Promittens idtatum quidquid per dictos suos plenipotentes ac eorum Substitutos gestum factumq. fuerit pro rato et grato susceptuum et inviolabiliter observaturum. Non aliter ac si ea omnia ipsemet recognoscens gessisset et perfecisset. Hac sua personali recognitione ad præmissa mediante. Alias in forma plenipotentiæ de Jure plenissima & perfectissima. Quam idem Recognoscens manu sua subscripsit. Franciszek Betchowic Z Quam quidem Inscriptionem Plenipotentiæ

Nos ratam et gratam habentes haberiq ab omnibus volentes ad acta præsentia suscipi, ijsdem inseri atq ex ijsdem de verbo ad verbum descriptam in forma authentica extradi permisimus. In quorum fidem &. Actum Varsaviæ Sabbatho ante Festum Sancti Thomæ Apostoli proximo Die videlt decima Septima Mensis Decembris A:D: 1701:

Relatio ejusdem Illrmi et Excellmi Procancellarij Regni

Oblata Privilegij Consensus exi: mendi Advocatiam In Lubienski.

Augustus &. Significamus &.

Quod veniens personaliter ad Nos et Acta Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Minoris Nobilis Antonius Jakuszewski obtulit et ad acticandum perrexit Literas infrascriptas manu Nostra subscriptas et Sigillo Regni Cancellariæ Minoris communitas. Supplicatumq Nobis est ut easdem ad acta præsentia suscipi, ijsdem inseri et ex ejsdem authentice extradi permittere dignaremur. Earundem vero Literarum tenor sequitur ejusmodi. Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ &. Significamus &. Ea esse in Nos et Rempublicam præclara Generosi Boguslai Lubienski Camerarij et Colonelli Nostri merita quæ Nobis satis abunde Sago togaq dignus multis et varijs præstitit in occasionibus ut nullam prætermittere velimus offerentem sese occasionem qua non ipsi gratiam et munificentiam Nostram Regiam contestemur. Hunc itaq faciendum duximus, ut eidem plenariam facultatem et omnem modam potestatem Advocatiam in Villa Nostra Wetcz Palatinatu Sandomiriensi Districtu Visliciensi sitam morte Generosi olim Stanislai Trzcinski ejusdem Advocatis ultimi et immediati possessoris vacantem de manibus modernorum nullo Jure possessor eximend ac in suam possessionem ordinaria Juris via vindicandi daremus et

A:1702

concederemus prout damus et concedimus præsenti-
bus Litevis nostris quam quidem Advocatiam modo
præmisso vindicatam suprascriptus Generosus
Bogusław Lubienski cum omnibus ædificijs, agris,
pratis hortis, Subditis alijsq pertinentijs et atti-
nentijs ad eandem Advocatiam nunc et ab antiquo
spectan nullis omnino exceptis, sed prout hac-
tenus tenebatur, tenebit, habebit et possidebit ad
extrema vitæ sue tempora. Promittimus autem
pro Nobis et Srnis Successoribus Nostris non
esse nos Srnosq Successores Nostros ab usu et
pacifica possessione dictæ Advocatiæ eundem Gene-
rosum Donatarium Nostrum amoturos et aliena-
turos neq amovendi aut alienandi cuipiam pote-
statem daturos, sed salvum et integrum Jus ad-
vitale eidem conservaturos quod et sereniss mi Suc
cessores Nostri præstabunt Juribus Nostris regalibus
Reipublicæ et Ecclesiæ Catholicæ salvis manentibq
In quorum fidem præsentes manu Nostra subscriptas
Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ
Die octava Mensis Decembris Anno Domini Millesi-
mo Septingentesimo Primo Regni vero Nostri Anno
quinto. Augustus Rex. Locus Sigilli minoris Cancella-
riæ Regni Consensus Gnóso Lubienski ad eximend
advocatiam in Villa Wetcz de manibus nullo Ju-
re possessorum Joannes Casimirus Podolski SRMtis
Secretarius. Cui Supplicationi Nos benigne annuen
tes præinsertas Literas quarum originale idem
offerens ad se recepit et de recepto Cancellariam
quietavit ad acta suscipi et parti extradi permisi-
mus. In quorum fidem &c Actum &. Relatio ut supra

Nobiles Großkiewiczowie Conjuges certum actum Commissionis appbant.

Augustus &. Significamus &.

J.u. Quomodo coram Nobis et actis Metvices Regni
Cancellariæ Nostræ Minoris comparuerunt Nles
et Spectabiles Jacobus Stanislaus Groszkiewicz

Sacra authoritate apostolica publicus Notarius
Consul Casimiriensis ad Cracoviam olim Nobilis
Andreæ Alexandri Groszkiewicz S.R.Mttis Secretarij
Consistorij Varsavien Notarij frater germanus
et Agnes Lutecka Coniuges maritus uti Vir per se
Consors vero in assistentia prædicti mariti Sui
uti Tutoris Coniugalis sani mente et corpore
existen recedendo a foro suo quovis proprio et
competenti huic Vero quo ad actum præsenten
se incorporando palam sponte Libere benevole
ac per expressum recognoverunt præsentibusq́
recognoscunt. Quia ipsi Actum Commissionis Sa
cræ Regiæ Mttis inter se Concurrentesq et præten
den ac sese interessantes ad Successionem ad bona
olim Nblis Andreæ Alexandri Groszkiewicz fratris
sui Recognoscen mariti formam per actum et abso
lutum declarationes decisiones, adinventiones et
ordinationes, Decretaq ejusdem Commissionis in
toto et in qualibet parte approbant confirmant et
roborant. Deq extraditis sibi omnibus bonis mobili
bus et immobilibus, munimentis scripturis, hirogra
phis pecunia totaq Suppellectili et prorsus omni
Substantia post fata olim Nobilis Alexandri Groszkie
wicz fratri sui Commissionem eandem seu veriq
Admod Rnd Vnrblen et Gnosos Commissarios in actu
ejusdem Commissionis Rescripto S.R.Mttis specifica
tas quietant et absolutos mittunt. Nihilq Juris præ
tensionis ex re et occasione hujus Substantiæ et
Commissionis ad eosdem Commissarios reservant
et excipiunt. Verum perpetuum in præmissis sibi
suisq Successoribus imponunt et indicunt silentium.
Hac sua personali comparitione ad præmissa me
diante. In forma alias approbationis et quietationis
de Jure plenissima et perfectissima. Quam manu sua
propria Subscripserunt. Jacobus Stanislaus Gro
szkiewicz Notarius Apostolicus Consul Casimirien
ad Cracoviam. Jagnieszka Groszkiewiczowa.
Quam ejusmodi approbationem et quietationem
modo Suprascripto factam. Nos ratam et firmam
habentes haberiq ab omnibus volentes ad acta
præsentia suscipi, ijdem inseri, et ex ejsdem

A°. 1701

descriptam parti affectanti authentice extradi permisimus. In quorum fidem &. Actum Varsaviæ Feria Tertia in Vigilia Festi Sancti Thomæ Apostoli die vigesima mensis Decembris Anno Domini Millesimo Septingentesimo Primo.

Relatio ejusd. Procancellarij Regni.

Recessus Gnosi Sobolewski à protestne contra Constitutionem Grodnensem facti.

czek na zawiasach żelaznych z klamkami żelazny-
mi. Z tego alkierza, drzwi na podworze na zawia-
sach z zaporą żelazną. W tymże alkierzu podłoga
z tarcic dobra, okno w kwater dwie w ołow dobre
w nim prętow Cztery żelaznych na podwoze mimo
te wszytkie izby, Sien y browarek ganek z podłogą
z tarcic w tym ganku drzwiczek troie na zawiasach
żelaznych z klamkami na tym całym budynku, dach
wszystek iako y sam Dworek nowy. Ex opposito alkie-
rza, Szpiklerz maty podgontami z wystawką pod
Ktorym piwnica drewniana do niego drzwi na za-
wiasach żelaznych dwoch z Skoblami z wrzecigzem
Kłotką się zamyka. Przy budynku chlew dla gęsi przy-
stawiony, gontami pobity, drzwi na biegunie dre-
wnianym. W tyle Podworza Kamnik gontami po-
bity, drzwi na biegunie proste, pobok po lewey ręce łu
Stodole idąc Chlew y Stayenek dwie przy parkanie
gontami pobite pod iednym nakryciem, drzwi do nich
troie prostych na biegunach, u iednych tylko skobel
z wrzecigzem do zawarcia, przy tych Stayenkach.
Szopa do składania Siomy z dełow prostych posta-
wiona gontami pobita, przy ktorey Szopie Stodoła
gontami pobita. W ktorey Wrot dwoie przednie
y tylne na biegunach u wierzchu żelaznymi Z-
amknięciem Skoblem wrzecigzem u przednich wrot
z podworza tylnego od ogrodu z żelazną kłung y ry-
glem na łancuszku y z antabą żelazną y z kłudką
do zamknięcia. W tyeyże Stodole po lewey ręce Szpi-
klerz przegrodzony do ktorego drzwi dwoie na
zawiasach żelaznych y z koblami, wrzecigzami
y Kłotkami do zamknięcia. Za Stodołą Sadek y O-
grod częścią żerdziami częścią Chrostem ogrodzony

A: 1701

z wrotami prostymi na biegunach do pola na stodole drabina. Wozow prostych nadpsowanych dwa. Sani dwoie, trzecie zle. Siekier trzy, sierpow cztery. Młotek ieden. Cieslica w kuchni. Wilkow dwa zelaznych roznow większych dwa, małych cztery. Tego tedy dworku y ze wszytkiemi należytościami browarem kotłami, garcem gorzałczanym y sprzętem domowym taxa Stanęła przez Jana Zimę Cieśle Złotych currentis Monetæ Cztery Tysiące. Tandem hic actus ad diem undecimam Mensis præsentis ex certis rationibus per Judicium limitatus est, et per Ministerialem eundem reclamatus. Actum ut supra Feria Secunda ante Festum Sanctæ Margarethæ Virginis & Martyris proxima die scilicet undecima Mensis Julij Anno Domini Millesimo Septingentesimo Primo. Coram suprascriptis Commissarijs Partes videlicet Generosi Stephanus Boianowski & Albertus Piorkowski & Agnes Coniuges. Honorat. Joannes Minaszewicz nec non Simon Miler et Marianna Orgewska Coniuges tum Honesta Sophia Kozakowiczowna olim Nobilis Nicolai Orgewski Secundi nuptus Consors Vidua relicta comparuerunt. variasq; controversias pro et contra intuitu Inventariorum intulerunt. Honesta vero Sophia Kozakowiczowna olim Nobilis Nicolai Orgewski Secundi nuptus Consors vidua relicta petijt se ad bona dicti Orgewski admitti et porcionem pro sua persona ex ijsdem bonis assignari. Ex adverso Successores Orgewskiego cum Tutoribus suis, se cum eadem transactionem iniviſſe intuitu bonorum intulerunt. et Summam iuxta transactionem ejdem se exolvisse allegarûnt, dicta vero Kozakowiczowna eandem Summam se à tutoribus recepisse agnoscebat. Judicium Commissoriale Sacræ Regiæ Majestatis auditis partium Controversijs, lectis Inventarijs et documentis per partes productis acceo attento. Quandoquidem Nobilis Simon Miler Inventariu[m] Officiosum per Nobiles duos et Ministerialem Regni Generalem tamomnium rerum quæ in Domo mortuaria Orgewskiego relicta fuerunt, quam

etiam et domus ejusdem competenter die vigesima
Octava Mensis Februarij anno praesenti conscribi cu-
ravit et illud ex actis Castrensibus Capitaneal ibus Var-
saviensibus per eundem oblatum iterato describi fecit
reliquorum vero bonorum mobilium & Summarum
quæ partim in Scrinijs occlusis et obsigillatis, partim
in deposito apud Famatum Joannem Minaszewicz
Civem Varsaviensem extabant ipsimet Tutores et Con-
tutores vocati Consuccessoribus et Nobili Miler con-
scripserunt et in unum Inventarium reduxerunt
easdemq omnes res in Inventarijs specificatas per
artisperitos ad taxam vocatos in praesentia sui Judicij
taxari fecerunt. Deo ex Decreto Sacræ Regiæ Mtis
in his punctis satisfecisse, ijsdemq Inventarijs
standum esse adinvenit, taxam vero eorundem bono-
rum mobilium auri, argenti, vestium et aliorum nec
non Domus in Oppido Praga ad Varsaviam per Hono-
ratum Joannem Zima Lignifabrum taxatam in fun-
do Religiosorum Patrum Carmelitarum montis re-
gij ad Varsaviam proprio, constructi et ex censu annuo
exadificati, tanquam ex justo et equo peractam ap-
probavit et ad computationem massæ totius Substan-
tiæ accessit. Et primo ex reproductis binis obliga
tionibus per Famatum Joannem Minaszewicz olim
Nobili Orgewski Supersummam Quatuor Millium
Trecentorum Viginti Imperialium in specie dat[a]e
nec non secorsivam Quingentorum talerorum Impe-
rialium in Specie apud dictum Minaszewicz in de-
posito existentem Summa Currentis monetæ trigin-
ta duorum Millium Centum triginta trium flore-
norum florenorum polonicalium et grossorum quin-
decim efficientem, nec non alteram pro rebus iuxta
Inventarium per Nobilem Miler et ejus Consortem
Orgewska receptorum Duorum Millium nongentorum
viginti octo florenorum polonicalium in Domo mortu
aria relictis, nec non in vestibus et pellibus varijs
iuxta Inventarium Summam mille viginti quatu-
or florenorum polonicalium efficientem. Tertiam
in argento Sexcentorum Septuaginta Sex florenorum
polonicalium. Quartam in auro videlicet catenis aureis

Summam duorum Millium Septuaginta duorum.
Quintam ex debitis receptis Mille Octingentorum
vigintiquatuor et grossorum quing. Sextam pro
domo quatuor Millium. Septimam ex restantib⁹ de-
bitis moderatis certis Quadringentorum quinquaginta
florenorum polonicalium omnium Summarum Cur-
rentis monetæ Summam Quadraginta quing Millium
Centum Septem florenorum polonicalium et grossorum
viginti efficientem computavit et redegit. atq Sic
computata Summa ad exdivisionem processit. Et
quoniam medietas bonorum omnium materna post
decessum ejus relicta immunis ab oneribus existit,
quinimo in bonis patris hippothecata est anteq omnes
quosvis interessatos ad bona patris exolvi pupillis debet.
Ideo de ejsdem bonis relictis primo et ante omnia pu-
pillis medietatem maternam ex prærecensita Sum-
ma quadraginta quing Millium Centum Septem
florenorum polonicalium et grossorum viginti ex-
dividenda⁹. Summam viginti duorum Millium
quingentorum quinquaginta trium florenorum
polonicalium et grossorum viginti quing prædictis
Successoribus relinquendam, et inter Sex pupillos
et Successores olim Nobilis Orgewski ex primo ma-
trimonio procreatos videlicet cuilibet eorum seu pro
Sorte et portione uniuscujusq videlicet per tria millia
Septingentorum quinquaginta octo florenorum polo-
nicalium et grossorum viginti quing. dividendam
esse censuit et censet. Quia verò de altera medietate
paterna post decessum dicti sui parentis non ita pri-
dem vita functi varias expensas ut pote in funus
Patris nec non solutionem Legatorum per patrem
assignatorum in alimoniam pupillorum ac familiæ
domesticæ usq ad decisionem Litis præsentis con-
servatæ pro expeditione Noverca inviales Generosa-
rum Piorkowskich Coniugum, tum Generosi Sebasti-
ani Boianowski in litem⁹ modernam ac alias ne-
cessitates iuxta regestra eo nomine per Tutores
conscripta et circa actum præsentem reproducta
prænominati Successores ac Tutores eorum varijs
temporibus fecerint et Summam Sex Millium Sex-
centorum Sexaginta Sex ad diem præsentem erogaverint

et in rem ac necessitates pupillares expenderint.
Ideo ante omnia eandem Summam erogatam ex
Summa seu medietate paterna defalcandam esse
censuit. Ex qua defalcata nonnisi Summam Sex-
decim Millium Quingentorum florenorum polonis-
calium inter septem Successores nobilis olim Orgëwki
ex quo posthumus filius. ex honesta Sophia Kozakowi:
czowna secundo voto praefati olim Orgewski consorte
procreatus remansit qui aequaliter inter alios con-
successores ad substantiam Patris pertinet dividen-
dam similiter censet et cuilibet eorum seorsive
Summam duorum Millium Ducentorum Sexa-
ginta octo et grossorum Sex assignat. Post factam
vero divisionem Nobilis Simon Miler et Mavian-
na Orgewska domum relictam mortuariam vi-
gore taxae Officiosae in Summa quatuor Millium
florenorum polonicalium nec non Summam
in rebus iuxta Inventarium Officiosè conscriptè
Videlicet octingentorum florenorum polonicalium
recepisse declararunt, residuitatem vero ad
complementum Sortis eosdem concernentis Sum-
mam mille trecentorum quinquaginta unius
florenorum Polonicalium & grossorum Sexdecim
ita ut Summa Sex Millium viginti Sex
florenorum polonicalium et decem grossorum
efficiatur sibi numerari expetit. Ideo decre-
vit, quatenus Gnōrus Sebastianus Boianowski
Tutor eandem residuam Summam Mille tre-
centorum quinquaginta unius et grossorum
Sexdecim in instanti ex Substantia pupillari-
Millerom Coniugibus solvat. Nobiles vero Millerowie
Coniuges de exoluta eadem Summa eundem Gnōrum
tutorem et Consuccessores suos debitè quietan-
mandavit. Quia vero Summa praefata Sex Mil:
lium viginti Sex florenorum polonicalium et gros:
sorum Sexdecim Nobilis Marianne Orgewska con-
sortis Nobilis Simonis Miller tanquam dotalis
securitatem habere debet. Proinde quatenus iden
Nobilis Simon Miller maritus Nobilis Marianne

A: 1701:

Orgewska eandem Summam Sex Millium Viginti Sex florenorum polonicalium et grossorum Sex decim in bonis suis omnibus mobilibus & immobilibus, Summisq pecuniarijs habitis et habendis simulq dotalitium prout de Jure tenetur inscribat decernit. Quo verò attinet personam Nobilis Kozakowi coun a olim Nobilis Nicolai Orgewski secundo voto Consortem Viduam relictam. Quoniam eadem cum Successoribus Nobilis Orgewski transactionem fecit et de portione quæ illi de bonis mariti sui debebatur pacta est vigore cujus pacti et transactionis Summam Quingentorum florenorum polonicalium de manibus Successorum levavit et realiter percepit totumq id judicialiter ad præsens agnovit, ideo standum eidem transactioni adinvenit et partes circa eandem transactionem conservat et manutenet et ab impetitione ulteriori ejusdem Viduæ Gnosium Tutorem et Pupillos libe: ros facit perpetuumq Silentium eidem imponit. Et quia educatio infantis Orgewskiego per eandem uti matrem ejus præstanda sine alimonijs esse non potest, proinde provisionem à Summa Capitali infantem concernenti superius exdivisa per manus Generosi Tutoris et iuxta ejus dispositionem adæquatam tamen, eidem Matri seu Infanti quotannis assignandum esse censuit & assignat. Casu vero mortis infantis non solum provisio, sed et summa Capitalis reliquos liberos Orgewskiego concernet et ad eosdem devolvetur. Et quoniam vestes et pelles relictæ servando servari nequeunt, proinde easdem inhærendo Decreto Sacræ Regiæ Mtis quantociùs dividendas quàm meliori pretio et post divenditionem earundem vestium in provisionem Summam locandam et summis alijs adscribendam esse censuit. Aurum vero, argentum Summam duorum Millium Septingentorum quadraginta octo efficiens quod servando servari potest Gnoso Tutori iuxta mentem Decreti S Cæ Mtis prævia assecuratione in bonis et inscriptione tradendum.

tradendum esse censuit et ut idem Gnōsus Tutor ejus-
dem auri et argenti in quantum ipse meliorem condi-
tionem pupillorum videbit pretio super taxam me-
liori divendat et Summam ex provisione sive in suis
bonis sive alijs locet, et easdem Summas ante omnia
inscribat et assecuret demandat. Ad extremum idem
Gnōsus Sebastianus Boianowski tanquam pupillorum
præfati Orgewski Decreto Sacræ Regiæ Mttis additus
Tutor reproductis obligationibus tribus una super
Summa Centum Sexaginta talerorum imperialium
de actu Varsaviæ die vigesima nona Septembris Anno
Millesimo Septingentesimo scripta per Honoratum
Joannem Minaszewicz Nobili Orgewski data &
manu ejus subscripta, nec non alijs binis recogni-
tionibus super Summam Quatuor Millium Tre-
centorum Viginti talerorum in specie per præfatum
Nobilem Joannem Minaszewicz olim Nobili Orgewski
Parenti Successorum datis Anno Millesimo Septin-
gentesimo conscriptis petijtq eundem Honoratum
Minaszewicz ad solutionem provisionis à Sum-
mis præfatis Capitalibus proveniend instantanee fir-
to injungi stringi. Porro Citato Honorato Minasze-
wicz se nullam provisionem à Capitali Summa olim
Nobili Orgewski se debere dicente, ex quo eandem
statim Capitali Summæ olim Nobilis Orgewski pro-
ut semper solitus erat adscripserit inferente et eo
nomine ad Inquisitionem provocante. Judicium
Commissoriale Sacræ Regiæ Mttis auditis partium
utrarum controvewijs et defensis ac eo attento.
Quandoquidem ex inquisitione testium circa
conscriptionem recognitionum de quibus con-
troversia est præsentium eorumq iuratis depo-
sitionibus, nec ex subscriptione manuum prædi-
ctorum testium in præfatis obligationibus specifi-
catorum, quos testes pro illo tempore nominatus
Orgewski convocavit, et ut se tanquam testes sub-
scriberent, rogavit elicitur et ex sæpedictis Chiro-
graphis suo coram Judicio productis deducitur.
quod provisio annualis octo per Centum compu-
tando statim Capitali Summæ in præsentia testium
inscripta esse deducitur, de Jure autem non prius
provisio ante usum pecuniæ solvi debet, Summa-

Ao. 1701.

Capitalis non nisi quatuor Millium talerorum Imperialium anno præterito scripta fuit, quod etiam pars ipsa actorea accepta informatione à testibꝰ in recognitionibus subscriptis agnoscit. Proinde intuitu provisionis incompetenter agere adinvenit et liberum Citatum pronunciat. Quo vero attinet recognitionem intuitu provisionis pro anno currenti pro Festo Sancti Michaelis finiendo ac si olim Nbli Orgewski data quoniam similiter provisio Summa Capitali ut supra deductum est inscripta ex ijsdem inquisitionibus esse elicitur prout inde liberum in hoc puncto Citatum pronunciat et decrevit, quatenus Citatus Summam Viginti Novem Millium apud se Citatum Minaszewicz existentem iuxta mentem Decreti Sacræ Regiæ Majestatis ijsdem pupillis ad triennium inscribat et provisionem octo à Cento quolibet Anno pro Festo Sanctæ Maricæ Magdalenæ solvat, Actor quoq Citatum Minaszewicz de alijs omnibus prætensionibus ad diem hodiernam intercedentibus debite quietet iniungit. Pro finali Generosus Tutor de Substantia pupillari atq ipsis pupillis provideat pupillos honestè educat, non tamen ultra provisionem, sed proporcionalr provisionis nè Summa Capitalis decurtetur eidem demandat. Decreti præsentis vigore. Post quorum decretorum omnium lectionem partes utrinq omnia Decreta pro re iudicata susceperunt. Quem actum Commissionis ijdem Commissarij manibus propriis subscripserunt. Matthias Marcianus Ladowski Sacræ Regiæ Mtis Secretarius & Commissarius Stephanus Maychrowicz SRMtis Scrius & Commissarius Cui Supplicationi nos benigne annuentes præinsertas Litevas ad acta præsen suscipi, inseri et extradi permisimus. In quorum fidem &. Actum &.

Relatio ejusdem Illrmi
Procancellarij Regni.

ANNVS DOMINI
M. DCC. II.

Ad Relationem Illrmi & Excellen Dñi Dni Caroli Comitis de Tęczyn & Czekarzowice Tarło Procancellarij Regni &.

Actum Varsaviæ Feria Tertia ante Festum SS. Trium Regum proxa diescłt 3. Menis Januarij Anno Domini 1702.

Oblata Literarum Privilegij pro parte Gnósi Ludovici Pocicy.

& Augustus II. Dei gratiâ Rex. &.

Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest Universis & Singulis. Quod veni: ens personaliter ad Nos et Acta Metrices Regni Cancellariæ Nostræ minoris Nobilis Joannes Pieniecki obtulit et ad acticandum porrexit Literas Privilegij infrascriptas manu nostra propria subscriptas et Sigillo minoris Cancellariæ Regni communitas, quarum tenor sequitur estq. ejus: modi. Augustus Secundus Dei grâ Rex Poloniæ &

Omnibus quibus expedit scire, significamus. Quoniam optimè merita erga Rempublicam

Ao 1702.

Generosi Ludovici Pociey excubiarum Praefecti Magni Ducatus Lithvania Succamerarij Palatinatg Brzesten provocaverunt regiam munificentiam nostram ut ulteriori ejusdem fidelitati et inoptimis Generositati adderemus Stimulos. Qua de Causa bona post decessum Gnósi Andreæ Zahorówski Castellani dis Wolhynensis dicta Radomysl in Districtu Lucecorien Palatinatu Volhyniæ Sita ex regia liberalitate usq ad fata illius eidem tribuimus, cum omnibus requisitis aulis, latifundijs fluvijs, fluvialis, stagnis molendinis Sylvis nemoribus, campis Subditis et quibusvis ad eadem bona ab antiquo spectantibus salvis per omnia Juribus Sanctæ Ecclesiæ Nostris Regijs et Reipublicæ. In quorum fidem manu Nostra subscripsimus et Sigillo muniri jussimus. Datum Varsaviæ Mensis Decembris die vigesima quarta, Anno Domini Millesimo Septingentesimo Primo Regni vero Nostri Quinto Augustus Rex. Locus Sigilli minoris Cancellariæ Regni. Bona Radomysl Gnóso Ludovico Pociey Excubiarum Magni Ducatus Lithuaniæ Praefecto Succamerario Brzesten post decessum Gnósi Andreæ Zahorowski Castellani dis Volhyniæ. Joannes Casimirg Odolski Sacræ Regiæ Mtis Scrius. Quas ejusmodi Privilegij Literas quarum Originale idem Offerens denuo ad se recepit et de recepto Cancellariam Nostram quietavit Nos ad acta praesentia suscipi, ijsdem, inseri et rursus ex ijsdem de verbo ad verbum descriptas parti affectanti authentice extradi permisimus. In quorum fidem Relatio et Actum ut supra &.

Oblata Privilegij Gnóso Valentino Boratynski servientis

Augustus R. &. Significamus. &

v.p. Quod veniens personaliter ad Nos et Acta Matrices Regni Cancellariæ Nræ Minoris Generosus Albertus Poptawski Dapifer Zydaczowien obtulit et ad acticandum porrexit Privilegium super

munus Thesaurariatus Terræ Sanocen in personam
Gnosi Valentini Boratynski collatum manu Nostra sub-
scriptum et Sigillo Regni Minoris Cancellariæ
Regni communitum sanum, salvum & illesum
omnig; suspicionis nota carens. Supplicatum Nobis
est ut illud ad acta præsentia suscipi ÿsdem inseri
et ex ejsdem descripto parti affectanti authentice
extradi permittere dignaremur. Cujusquidem vero
Literarum seu Privilegÿ tenor qui sequitur talis.
Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus
Dux Lithvaniæ Russiæ Prussiæ &. Significamus &.
Quia Nos eos viros quos Nobis avita virtus, generis
claritudo eximia cum singulari dexteritate facino-
ra in tractandis quibusvis tam publicis quam privatis
negotiorum voluminibus faciunt commendatos non
modo gratiæ Nostræ regiæ significatione complecti,
verum etiam condignis Officijs clariores reddere cupi-
mus. Quare cum Generosus Valentinus Boratynski
avita non degener virtutis, omnibus consiliorum ac
negotiorum momentis parem se multis exhibuerit
occasionibus, merito faciendum Nobis esse duximus,
ut singulares ejusdem animi qualitates munus ac
Officijs publicis accomodare volentes vacante ad præ-
sens Thesaurariatu Terræ Sanocensis post fata Gnósi
Martini Boratynski ad Nostram dispositionem devo-
luto pro speciali in obsequium Reipublicæ allicimento
Gnóso Valentino Boratynski daremus & conferremus
prout quidem præsentibus Literis Nostris damus et
conferimus cum omnibus Juribus prærogativis
eidem muneri de legum præscripto servientib;
tenendum habendum, possidendum et obeundum
ad extrema vitæ suæ tempora vel majoris alicujus
dignitatis assecutionem. Quod omnibus quorum inter
est præsertim vero Dignitarijs Officialibus et toti
Nobilitati Palatinatus Russiæ præsertim Terræ
Sanocensis notum esse volentes mandamus ut
memoratum Gnósum Valentinum Boratynski pro
vero et legitimo Thesaurario Terræ Sanocen habe-
ant et agnoscant eidemq; de loco & Juribus, præro-

[illegible]tivis eidem muneri servientibus respondeant, re-
sponderiq. ab omnibus curent pro gratia Nra Regia
In quorum fidem præsentes manu Nostra subscri-
ptas Sigillo Regni communiri iussimus. Datum
Varsaviæ Die quinta Mense Januarÿ Anno Domini
Millesimo Septingentesimo Secundo. Regni vero Nri
quinto. Augustus Rex. Locus Sigilli minoris Cancel:
lariæ Regni. Thesaurariatus Terræ Sanocensis
Gnoso Valentino Boratynski post fata Generosi
Martini Boratynski confertur. Joannes Casimirs
Odolski Sacræ Regiæ Mtis Secretarius. Cui Sup-
plicationi Nos benignè annuentes præinsertum
Privilegium Nostrum, cujus originale idem Offerens
ad se recepit et de recepto Cancellariam Nram qui-
etavit / ad acta præsentia suscipi ÿjsdem inseri
& rursus ex ÿjsdem descriptum authenticè parti
affectanti extradi permisimus. In quorum fidem
Actum Varsaviæ Sabbatho post Festum Sanctorum
Trium Regum proximo die videlicet Septima Mens
Januarÿ Anno Domini Millesimo Septingentesimo
Secundo. Relatio ejusq Altmi Procan Regni.

Gnosius Rzeczkowski sortem bonorum propriam Gnoso Modzelowski donat.

Augustus Dus & Significamus.

Rx. Quod veniens personaliter ad Nos et Acta Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Minoris Gnosius Joannes Rzeczkowski sanus mente & corpore existens à foro, Terris, Districtibus, Juris-dictioneq. sua quavis propria et competenti rece-dendo huic autem Nostræ regiæ Jurisdictioni quo ad hunc duntaxat actum se cum bonis suis in-corporando et subÿjciendo, palam sponte libere bene-vole ac per expressum recognovit et præsentibus recognoscit. Quia ipse bona sua propria & hæredita-ria seu potius Sortem bonorum quæ et qualis in Bonis videlicet Rzeckiersimy dictis videlicet Villæ

Rzeckiersimy nuncupatt in Palatinatu Masovie Ter-
ra vero Ciechanoviensi sita & iacentia post obitum
olim Generosi Laurentÿ Rzeckowski Chwata Paren-
tis sui desideratissimi se concernit et ad se devo-
luta est sibiq legitimo Iure servit, mero, vero, puro,
perpetuo et nunquam revocabilis donationis ti-
tulo eoq perpetuo Generoso Adamo Modzelowski
cum omnibus ejusdem Villæ et bonorum præfa-
torum attinentÿs & pertinentÿs Iure Dominio, pro-
prietate, propinquitate, nec non cum Terris, posses-
sionibus fundis areis, metis graniciebus agris, pra-
tis hortis, pomarÿs, sepibus, sepimentis, campis cul-
tis et incultis novalibus, agrorum conseminationibq
Segetibus frumentis pascuis Sylvis, nemoribus, ru-
betis virgultis pinetis vepretibus, indaginibus, apise-
rÿs, mellificÿs, piscinis, torrentibus, rivulis, aquarum
decursibus, taberna et tabernatore, braxatorio et ejus
instrumentis tum quoq cum prædio ædificÿs, equis
pecoribus, pecudibus iumentis, universiq rebus mo-
bilibus ad inventarium et rem Œconomicam per-
tinentibus et spectantibus, tum Subditis Cmetoni-
bus, hortulanis, inquilinis, eorum vxonibus, liberis
tam extantibus, quam profugis, illorumq bonis, domi-
bus, pecoribus, pecudibus, Suppellectili, Servitÿsq. Officÿs et
laboribus, iuvaminibus, vigilÿs diurnis et nocturnis,
Censibus dationibus, tributis, obedientia, Iure patronatq
seu præsentationis Præsbyterorum ad quævis beneficia
Ecclesiastica Spiritualia ad hæredem suprascriptæ
Villæ Sortis suæ quomodocunq spectañ sive spectare
debeñ, cum omnibus præfatæ Sortis suæ utilitatibq
fructibus emolumentis ita, latè, longè, prout eadem
bona in suis metis et Limitibus graniciebusq conti-
nentur et ab alÿs bonis distincta sunt. Nihil ibidem pro
se et suis Successoribus reservando aut excipiendo,
verum omne Ius hereditarium suum transferendo
dedit, donavit et resignavit, prout presentibus dat,
donat et resignat perpetuo et in æwum, Nihil
sibi prætensionis ad prædictam Sortem præfatorum
bonorum pro se et suis Successoribus relinquendo

Ao: 1702:

imo omne Ius hæreditarium prærecensitæ Sortis in personam præfati Generosi Adami Modzelowski abscedendo ac derivando. Ad habendum tenendum, vendendum commutandum et in usus suos quosvis beneplacitos convertendum. In quam quidem Sortem præfatorum bonorum ad presens donatam iam ex nunc idem recognoscens Intromissionem realem et actualem per Mrlem Regni Mlem et Nobiles duos seu quoscung alio modo Iuridico acceptañ eidem suprascripto Donatario suo ac illius Successoribus dat et admittit datang et admissam nec per se nec per quasvis submissas et subordinatas personas impugnare nec in possessione dictum Generosum Donatarium quovis modo iuridice vel extraiuridice turbare et iniuriare non debebit. Quinimo tenebitur prout se et suos Successores de bonis suis omnibus movibilibus et immobilibus, Summisq quibusvis pecuniarijs habitis & habendis sub quavis Iurisdictione consistañ inscribit, obligat eundem Gnósum Donatarium suum et illius Successores in omni Iudicio et Officio Regni totiès quotiès opus fuerit in omni et quavis impetitione iuridica vel extraiuridica omnium personarum propinquarum & remotarum cujuscung Status & conditionis existentium Ius et interesse aliquod ad Sortem prærecensitam presenß donatam pretendenß per omnes præscriptiones terrestres prout ad aliquam personam terrestrem spectat præscriptio defendere fatalijs Iuris & præscriptione Terresßri non obstante eliberare. Idq sub damnis Terrestribus simpliciter sine Iuramento taxandis. Pro quibus quidem damnis ac re aliqua non completa, nihilominus compleñda idem recognoscens cum Suis Successoribus ad Officium Castrense Piechanoviense Citatus existens in primo Citationis termino Stare parere, damna reponere et rei ejusdem satisfacere tenebitur. Hac sua personali recognitione & Informa alias Inscriptionis donatarie de Iure firmissima & perfectissima. Quam ejusmodi Inscriptionis donationem manu sua Scribere nesciens Signo suo Crucis subscripsit. † †. Quam ejusmodi Donationis Inscriptionem Nos ratam et firmam habentes haberiq ab

omnibus volentes ad acta præsentia suscipi, ijsdem in-
seri et rursus ex ijsdem descriptam authentice parti
affectanti extradi permisimus. In quorum fidem &c.
Actum Varsaviæ Feria Quarta ipso die Festi Sanctæ
Priscæ Virginis Die scilicet decima octava Mensis
Januarij Anno Domini 1702. Rni Rni & Relâ ut supra &

Gnosus Topolski obtulit Literas pro parte sui Offerentis servien.

Augustus II.dus &. Significamus &.

Quod veniens personaliter ad Nos & Acta &.
Metrices Regni Cancellariæ Nostræ minoris Generosus
Martinus Topolski obtulit et ad acticandum porre-
xit Literas infrascriptas. Supplicatumq Nobis ut easdem
attestationis legitimi ortus Literas ad acta præsentia
suscipi ijsdem inseri et ex ijsdem descriptt authentice
extradi permittere dignaremur. Earundem vero Lite-
rarum tenor qui sequitur talis. Universis et Singulis
cujuscunq Status conditionis, dignitatis ac eminen-
tiæ extiterint Salutem in Domino Quoniam Honestas
Natalium fundamentum est, in quo omnis tam virtu-
tum quam morum Structura consurgere debet, ipsa
denigz est basis uniuscujusq. Status honesti. Hinc est
Quod cum Generosus Dominus Martinus Topolski
ex me amicabiliter requisierit ut sibi legitimi ortus
Litere ex Metrices Baptisatorum Ecclesiæ Paro chia-
lis Goluchoviensis per me deprompta extradantur.
Ego itaq requisitus uti legitimus protunc ejusdem
dictæ Ecclesiæ Goluchovien Rector existens, tanquam
rem iustam petenti eidem Generoso Domino Topolskei
easdem Literas depromendas et extradendas esse duxi
prout presentibus ex ijsdem Metrices Ecclesiæ Parochi-
alis Goluchoviensis de verbo ad verbum sub infra-
scripto tenore qui est extra limam talis, depromo et
extrado. Ego idem qui supra Anno Domini Millmo
Sexcentesimo trigesimo Secundo die vero decima
Octava Mensis Octobris. Baptizavi filium Gnosi
Domini Matthiæ Topolski & Sophiæ Conjugum legiti-
F præsentes Literas Visuris, lecturis, sive audituris F

morum cui nomen imposui Martinus Patrini fuêre Magnificus Dominus Vladislaus Comes de Leszno & Generosa Domina Catharina Miloszewska. In cujus rei meliorem fidem et evidentiam præsentes Literas manu mea subscriptas, Sigillo communitas eidem prænominato Domino Topolski dedi Goluchovia Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Octuagesimo Tertio Die tertia mensis Februarÿ. Casimirus Siemianski Dec: & ad S. Spir Plessovien ac Goluchó Præpositus mpp Tykus Rofs Curatus mpp Locus Sigilli utensilis in Cera hispanica appressi. Ze to iest Proboszcza mego Gotuchowskiego przesztego reka y prawdziwa legitimi ortus Pana Topolskiego Stugi mego Metryka wtasney ręki podpisem testor. Wactaw Leszczynski Woiewoda Ziem Podlaskg: Locus Sigilli utensilis in Cera hispanica expressi: Cui Supplicationi uti iustæ ac legitimæ Nos benignè annuentes præinsertas legitimi ortus Literas quarum Originale idem Offerens denuo ad se recepit et de recepto Cancellariam Nostram quietavit ad acta præsentia suscipi, ÿsdem inseri, et partÿ in forma authentica extradi permisimus. In quorum fidem &. Actum Varsavia Feria Secunda ante Festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxima die videlicet vigesima tertia Mensis Januarÿ Anno Domini Millesimo Septingentesimo Secundo. Rnii Nri &. Relaõ ejus & Procancellarÿ Rni.

Secretariatus Venerabili Adamo Wolinski confertur.

Augustus II.dus &. Significamus &.

Quod veniens personaliter ad Nos et Acta
v:p. Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Minoris Vnßlis Michael Adamus Wolinski Canonicus Luceoriensis Præpositus Mielnicensis obtulit et ad acticandum porredit Literas continentes Privilegium Secretariatus Regiæ Majestatis. Supplicatumq. Nobis est ut eas, dem ad acta præsentia suscipi, ÿsdem inseri, et extradi permittere dignaremur. Quarum quidem Literarum tenor sequitur et est talis. Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuæ &. Significamus &.

Ad conservandam dignitatis regiæ amplitudinem aut gendag. aulæ Nræ ornamenta nihil æqúe pertinere existimavimus, quam eos viros intimioris nostris admovere obsequijs, quos preclara virtutum specimina rara doctrinæ et ingenij elegantia vitæ quog et morum spectata integritas cæteris reddit commendatiores. Quare optimè commendatam habentes Venerabilis Michaelis Adami Wolinski canonici Luceoriēn Præpti Mielnicen preter spectatas virtutes eximiam ingenij eruditionem et solertiam singularem multiplici rerum usu comparatam prudentiam, promptum denig de Nobis benemerendi Studium faciendum duximus, ut eundem in numerum realium et actualium Secretariorum nostrorum assumeremus reciperemus et cooptaremus, uti quidem assumimus, recipimus et cooptamus præsentibus Literis Nostris dantes et concedentes eidem plenariam et omnimodam facultatem, potestatemvè omnibus Juribus, prærogativis, libertatibus, et immunitatibus reales et actuales Secretarios Nostros de Jure vel recepta consvetudine concernentibus gaudendi et utifruendi ad extrema vitæ ejusdem tempora. Quod omnibus quorum interest præsertim vero Magcis Marschalcis Regni et Magni Ducatus Lithuanicæ Cæterisg aulæ Nostræ Officialibus notum esse volentes mandamus ut suprafatum Vnŕblem Michaelem Adamum Wolinski pro vero et legitimo Secretario Nostro habeant et agnoscant eidemg de Juribus libevtatibus actuales Secretarios Nostros de Jure et laudabili consuetudine concernentibus et ipsi respondeant et ab alijs responderi curent. In cujus rei fidem præsentes manu nostra subscriptas Sigillo Rñi communiri jussimus. Datum Varsaviæ Anno Domini Millesimo Septingentesimo Mensæ Junij Die trigesima Regni vero Nostri Tertio Anno. Augustus Rex. Locus Sigilli Majoris Cancellariæ Regni Secretariatus Vnŕbli Michaeli Adamo Wolinski Canonico Luceoviensi Præposito Mielnicensi servviens Joannes Alexander Strus Sacræ Regiæ Majestatis Secretarius. Cujus Supplicationi uti justæ ac legitimæ Nos benigne annuentes præ

insertas Privilegÿ Nostri Literas quarum originale idem Offerens denuo ad se recepit et de recepto Cancellariam Nostram quietavit ad Acta presentia suscipi ijsdem inseri et authentice extradi ex ijsdem actis permisimus Juramentumq per præfatum Vnŕblem Offerentem in Judicio Nostro assessoriali iuxta rotham Secretarijs Nostris destinatam hodierna die præstitum connotari mandavimus. In quorum fidem &c Actum Varsaviæ Feria Tertia ante Festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxima die videlicet vigesima quarta Mensis Januarÿ Anno Domini 1702. Regni vero Nŕi V. Anno. Relatio ejusdq Procancellarÿ &c.

Gnósi Potockie Coniuges Scriptum certum roborant.

Augustus &c. Significamus &c. Quod coram Nobis et Actis Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Minoris personaliter comparens Generosa Constantia Denhoffowna Generosi Stephani de Potok in Czorthow Potocki Capitanei Perkasensis Consors legitima in debita ejusdem Gnósi Mariti sui et Generosi Ernesti Bogislai Denhoff Incisoris magni Ducatus Lithuaniæ Consanguinei sui assistentia sana mente & corpore existens à foro, terris, districtibus, Jurisdictioneq sua quavis propria et competente recedendo hinc autem Jurisdictioni Nostræ regiæ quo ad hunc duntaxat actum et infra recognoscenda attinet sese subjciendo et incorporando palam, sponte, libere, benevole ac per expressum recognovit præsentibusq recognoscit. Quia ipsa Scriptum Certum de data Varsaviæ die duodecima Mensis Januarÿ Anno ad præsens currenti Millesimo Septingentesimo Secundo, per se recognoscente subscriptum Generoso Petro Krzewski Regenti Cancellariæ Regni Vexillifero Mariæburgensi & Successoribus ejus serviens per se recognoscentem datum, in omnibus præcensiti Scripti Singulisq.

punctis contentis nexibus, ligamentis, approbat. ratificat ei demq in toto et in minima parte pro tempo; re in eodem Scripto præfixo sub vadio Decem Millium Florenorum polonicalium bonæ monetæ suis cum Successoribus satisfacere se submittit, inscribit, et obli; gat, hac sua personali recognitione ad præmissa mediañ In forma alias roboratorie Inscriptionis de Jure firmissima et perfectissima. Quam manu sua propria subscripsit. Konstancia Potocka, Stephanus Potocki C.C. Boguslaus Ernestus Donhoff Krar: LWXLDD: Quam ejusmodi roboratoriam Inscriptionem modo præmisso factam Nos ratam firmam habentes haberiq; ab omnibq volentes ad acta præsentia suscipi, ijsdem inseri et ex ejsdem iterum descriptam parti affectanti authentice extradi permisimus In quor[um] &. Actum &. Relatio ut supra &.

Oblata Literarum pro Collegiata Ecclesia Sandomirien servien

Augustus II.[us] &. Significamus &. vj:

Oblatas esse ad Acta Metrices Regni Cancellariæ Nostræ minoris Literas infrascriptas. Supplicatum. Nobis est ut easdem Literas ad Acta præsentia suscipi, ijsdem inseri et ex ejsdem descriptas authentice parti affectanti extradi permittere dignaremur. Earundem vero Literarum tenor qui sequitur talis. Serenissime & Potentissime Rex Domine Domine Clementissime. Sicut de cuit Serenissimam & pijssimam in promoven: do cultu divino majestatem Vestram, ita repe: titis vicibus sua Majestas non solum confirmavit Privilegium Serenissimi Joannis Casimiri Regis Prædecessoris sui in causa dismembrationis fructuum præbendæ Turbia in favorem Sanctæ iustitiæ ac Collegiatæ Ecclesiæ Sandomirien prima post Cathedralem meam ob defectum vero proventuum suo residentium de: stituto ministerio emanatum; Sed etiam Literis datis ad Eminentissimos Cardinales Protectorem et Prodatarium testata est, quam cordi

sit suæ Majestati Zelus Ecclesiarum. Verum quoniam quædam adhuc obstacula Roma sibi in prædicto negotio facessit omni qua par est submissione cum Capitulo Sandomiriensi Serenissimam Majestatem Vestram exposco quatenus hærentem causam suæ Mattis interpositione et viva declaratione ad Reverendissimū Nuncium modernum et per Literas ad Illustrissimos Cardinales Protectorem et Prodatarium promovere Vra Majestas non dedignetur, ut felices pissime intentiones tam Serenissimæ Majestatis Vræ quam etiam Serenissimorum Prædecessorum sortiantur effectus. Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ Devotissimus addictissimus & obsequentissimus Servus. Georgius Episcopus Cracoviensis. Datum Cracoviæ Die quarta Novembris Anno Millesimo Septingentesimo. Nos igitur Supplicationi præfatæ benigne annuentes præinsertas Literas ad acta præsentia suscipi ijsdem inseri et parti affectanti extradi authentice permisimus. In quorum fidem &. Actum Varsaviæ Feria Sexta ante Festum Purificationis Beatissimæ Mariæ Virginis proximâ, Die scilicet Vigesima Septima Mensis Januarij, Anno Domini 1702: Relatio ejus& Procancellr&.

Literarum ad Rndmū Nuncium pro parte Eccles. Sandomirien. oblata.

Augustus &. Significamus &.

vdj. Oblatas esse ad Acta Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Minoris Literas ad Illmum Nuncium Apostolicum à Conventu Particulari antecomitiali Palatinatus Sandomirien. Scriptas. Supplicatum Nobis est ut easdem Literas ad acta præsentia suscipi eisdem inseri et rursus ex eisdem descriptas parti affectanti extradi authentice permittere dignaremur earundem verò Literarum tenor qui sequitur & est talis. Illustrissime Excellentissime, et Reverendme Domine, Domine faventissime. Cum moderno publicorum Comitiorum Palatinatus Nostri Sandomirien. in ordine ad Comitia Generalia Regni Conventu Libellus Supplex a Venerabili Capitulo Insignis Ecclesiæ Collegiatæ Sandomiriensis in Causa dismembrationis fructuum pro-

venturumq; certi fundi Canonicatus Turbia circa
candem Ecclesiam Collegiatam existentis pro quo-
tidianis refectionibus et distibutionibus resi-
dentium continuo Prælatorum et Canonicorum
circa eandem Ecclesiam / ex vi Specialis Consensus
et Privilegij piæ memoriæ olim Serenissimi Joan:
nis Casimiri Regis Poloniæ in suffragium animæ
suæ, Confirmationisq; eorundem à moderno feli:
citer Nobis Secundo Augusto regnante / sit por-
rectus, quatenus in eadem negotium causa Dismem-
brationis à Sancta Congregatione Concilij Triden-
tini pro expeditione Literarum ad datariam Apo-
stolicam remissum hucusq; in eadem hærens deside-
ratum sortiri possit effectum. Id circo idem Noster
Conventus Palatinatus Sandomirien pijssimam
intentionem Serenissimi olim Regis victoriosissimi
de Republicaq; Nostra meritissimi cordi habenda
per Magnificos Nuntios suos Illmæ Excellentissimæ
et Reverendissimæ Dominationi Vestræ denunciat
et humillimè efflagitat, ut eidem Venerabili Capi-
tulo Ecclesiæ Collegiatæ Sandomiriensi patrocinari
pro appositioneq; manus benefica Sanctæ Sedis Aposto-
licæ instantias ad Eminentissimosq; Cardinales Su-
premi Tribunalis Sacræ Datariæ authoritatem
suam interponere dignetur. Quod nostrum
desiderium Magnifici Nuncij fusius suæ Illu-
strissimæ Excellentissimæ et Reverendissimæ Do-
minationi Vestræ, referent. Interim sicut Sacro-
Sanctæ Sedis Apostolicæ Matri Nostræ promptissimo
devotissimoq; cultu exosculamur pedes æternè
devotissimi, obedientissimiq; existentes filij, ita
vicariæ ejus potestati Illmæ Excellentmæ et Rndmæ
Dominationi Vestræ hic in Regno Nostro feliciter
commoranti omnes prosperitates, felicissimosque
successus, longævamq; valetudinem pro semper
apprecamur et manemus Illustrissimæ Excellen
tissimæ et Reverendissimæ Dominationis Vestræ
devinctissimi, addictissimiq; Servi. Joannes Sta-
nislaus de Sierakow Sierakowski Venator Terræ
Czerscen Vicecapitaneus et Judex Castren Stężycen

Aᵒ 1702.

Conventus particularis Palatinatus Sandomiriensis Marschalcus. Datum Opatovie die decima Septembris Millesimo Septingentesimo Primo. Cui Nos Supplicationi uti iustæ ac legitimæ annuentes præinsertas literas ad Acta præsentia suscipi, ÿsdem inseri, et rursus ex ÿsdem descriptas authenticè parti affectanti extradi permisimus, In quorum &. Actum &. Relatio ut supra &.

Excerptum puncti intuitu dismembrationis fundi Turbia ppté cujus Codex

Augustus &. Significamus &.

Oblatas esse ad Acta Metrices Regni cancellariæ Nostræ minoris Literas infrascriptas, continentes in se excerptum puncti intuitu dismembrationis fructuum fundi Turbia ex Instructione pro Comitÿs generalibus Regni per Palatinatum Sandomiriensem conclusi. Supplicatumq. Nobis est ut easdem Literas ad Acta præsentia suscipi, ÿsdem inseri et extradi authentice permittere dignaremur. Earundem vero Literarum tenor qui sequitur talis. Excerpt z Instrukciey Woiewodztwa Sandomirskiego Ich Mciom Panom Stanisławowi z Chomętowa Chomętowskiemu Radomskiemu. Adamowi z Czekarzowic Tarłowi Stężyckiemu Starostom. Im P. Kasprowi Teodorowi z Siemianowa Siemianowskiemu Chorążemu y Sędziemu Grodzkiemu Sandomirskiemu Im P. Stanisławowi z Skrzynna Duninowi Stolnikowi Sandomirskiemu, Sędziemu Grodzkiemu Radomskiemu. Im P. Janowi Firleiowi z Ko: nar Konarskiemu Komornikowi Granicznemu Pilzneńskiemu, Sędziemu Grodzkiemu Nowomiejskiemu. Im P. Stanisławowi z Szczecna Borkowi Kasztelanicowi Radomskiemu Posłom Woiewodztwa Sandomirskiego na Seym Walny Warszawski na Seymiku Opatowskim Die decima octava Aprilis, Millesimo, Septingentesimo, obranym, a potym na Seymiku powtornym decima

wtg.

Novembris Millesimo Septingentesimo Primo. Na
Seym terazrzieyszy potwierdzonym daney, y rękg /przy
pieczęci przyłożoney Im Pana Stanisława z Sierakowa
Sierakowskiego Łowczego Czerskiego Sędziego Grodzkie
Stężyckiego iako Marszałka Kota Rycerskiego Wo-
iewodztwa Sandomirskiego Roku Pańskiego Tysią-
cnego Siedmsetnego Pierwszego dnia Dziesiątego
Listopada podpisaney. Ktorey tenor taki. Insta-
bunt Ich Mć Panowie Posłowie Nasi za kościołem
pierwszym po Katedralnym Krakowskim Kolle-
giaty Nayświętszey Panny Mariey Matki Bozey Sto-
tecznego Miasta Woiewodztwa Naszego Sandomirskie
y Krakowskiey Diecezyey, ale tez y całey małey Polski
prowincyey do Jkć Mci Pana Naszego Miłosciwego y ca
łey Rzeczypospolitey aby Consensus specialis Swiętey pa-
mięci niegdy Krola Jmci Jana Kazimierza de Anno
Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Nono Die
Vigesima tertia Mensis Julij pro auctione alimonie
Residentium continuo przy tymze Kosciele Collegi-
aty Sandomirskiey /. nayszczupleyszych funduszow./
Canonicorum y od teraznieyszego ngm szczęśliwie
panuiącego Krola Jmci z osobna de Anno Millesimo
Sexcentesimo Nonagesimo Octavo w Warszawie Die
decima quinta Mensis Novembris super dismem-
bratione fructuum Kanonii Fundi Turbia stwierdzo-
ny, Constitutione Regni był approbowany pro ijs-
dem continuo residentibus et Viris Consilij ponie-
wasz taż Ecclesia Collegiata lubo insignis iednak
od tych Ich Mciow Prałatow y Kanonikow /ktorzy
z Szczodrobliwosci Krolow fundatorow w fundu-
szach swoich sunt bene provisi /est deserta, dere-
licta y ogołocona. Et insuper ut satisfiat menti
et intentioni pientissimi Regis Joannis Casimiri
Ktory in suffragium animae suae nullo facto pre-
iudicio Iurispatronatus Regij et Reipublicae ad in-
stantiam Xcia Jmci Andrzeia Trzebickiego Bisku-
pa Krakowskiego eundem Consensum impertivit.
A na koniec iż Ich Mć Panowie Posłowie Nasi upra-
szac będą J: Kr: Mci o przyczynne listy do Oyca

A 1702.

Swiętego ut Sanctissimam manum Apostolicam cum suo beneplacito super eandem dismembratio-nem apponere raczył, które desiderium Woiewodz-twa Naszego żeby mogło votis potiri citioribus cum Illmo et Excellentmo Dño Nuncio nomine publico Woiewodztwa Naszego expostulabunt aby tam ad Sedem Apostolicam iako ad Eminentissimos Cardinales in favorem Ecclesiæ Collegiatæ pro im-petranda dismembratione raczył instare y iako nayprędzey napisać. Który punkt z Instrukciey pomienioney od Słowa do Słowa wypisany rękami naszymi podpisuiemy. Działo się w Warszawie Roku Pańskiego 1702. Dnia ~~ Stycznia pod Seym walny Generalny. Stanisław z Chomętowa Chomę-towski Starosta Radomski Poseł z woiewodztwa Sandomirskiego. Adam z Czekarzowic Tarło Stężycki Starosta Poseł z Woiewodztwa Sandomirskiego. Ka-sper Teodor z Siemianowa Siemianowski Chorąży y Sędzia Grodzki Sandomirski Poseł z Woiewodztwa Sandomirskiego. Świętosław z Skrzynna Dunin Stolnik Sandomirski Sędzia Grodzki Radomski Poseł z Woiewodztwa Sandomirskiego. Jan Firley z Konar Konarski Komornik graniczny Pilzneński Sędzia Grodzki Kowomięyski Poseł z Woiewodztwa Sandomirskiego. Stanisław z Szczecna Borek Kaszte-lanic Radomski Poseł z Woiewodztwa Sandomir-skiego Cui Supplicationi uti iustæ Nos benigne annuentes præinsertas Literas ad acta præsentia suscipi, ijs-dem inseri et authenticè extradi permisimus. In quorum fidem &c. Actum &c Relatio ut supra.

Vnàrbis Tarło, & Gnósi Boratynie fratres roborant inter se Contractum

Augustus &c. Significamus &.

Quomodo coram Nobis actuq Metrices Regni Cancellariæ nostræ Minoris Venerbis Bartholomæus Tarło Præpositus Domus Varsavien-

v.p.

Congregationis Missionis suo et totius prefata Domus
Congregationis Missionis nomine ex una et Generosi
Sigismundus, Alexander et Vnŕblis Franciscus Bo-
ratyniowie Fratres inter se germani olim Gnośorum
Titi Livij Boratyni Capitanei Osieceń et Theresie
de Minsko Opacka Coniugum legitimorum filij
et Successores legitimi suo et Religiosi Caroli Bora-
tyni Scholarum piarum fratris sui germani nomine
pro cujus ratihabitione in forma Juris plenissima
cavent nomine ex altera parte Sani mentibus et
corporibus existentes, recedendo a terris, districtibg
forog. suo quovis proprio et iurisdictione sua compe-
tenti, huic autem Nostra Jurisdictioni quo ad actum
præsentem et infrarecognoscenda attinet sese incor-
porando et subijciendo palam, sponte, liberè, benevole ac
per expressum recognoverunt et præsentibus reco-
gnoscitno. Quia ipsi Contractum inter se recogno-
scentes die hodierna Actus præsentis hic Varsavie
initum conclusum et determinatum manibus g.
suis proprijs subscriptum in omnibus prærecensiti
Contractus, clausulis nexibus, ligamentis, conten-
tis totog. ejus tenore nonaliter acsi hic de verbo ad
verbum insertus et per eosdem recognoscentes seorsi-
vis Inscriptionibus Officiosis recognitus esset Cont-
tractum eundem ad præsentem Inscriptionem ro-
boratoriam et è contra Inscriptionem ad Contractu
referendo approbant, confirmant, ratificant, eumg.
in toto et in minima parte tenere complere illig
quisg. pro suo interesse totaliter satisfacere de bo-
nis suis generaliter omnibus mobilibus et immo-
bilibus Summisg. pecuniarijs se et suos Successores
inscribunt et obligant. Idg. sub vadio quingMillig
um florenorum polonicalium curren in Regno
Monetæ casu Contraventionis præsenti Inscri-
ptioni roboratoriæ in toto vel inquavis ejus par-
te per se Recognoscentes & suos Successores Succum-
bendo. Proquo quidem vadio ac re ipsa ex Contra-
ctu roboratorio non completa nihilominus com-
plenda ad Judicium competens ad quod ex bonis &
personis suis spectabunt præfati recognoscentes
suis cum Successoribus Citati existentes in primo

A: 1702.

Citationis termino quem sibi peremptorium assignãt
comparere, respondere, stare non tuendo se ullis Le-
gum auxilijs dilationibus, procrastinationibus, ali-
isq. quibusvis præcisis beneficijs etiam appellationib9
prosecutionibus, Iudicatum iudicij illius ad quod
citati fuerint, illius executionem pati vadium Suc-
cubitum reponere, in instanti et nihilominus eo So-
luto rei principali pro qua citabuntur in toto et in
quavis minima parte satisfacere tenebuntur. Ita
sua personali recognitione ad præmissa mediante.
In forma alias Inscriptionis roboratoriæ de Iure ple-
nissima & perfectissima. Quam manibus suis pro-
prijs subscripserunt. Bartholomeus Tarło Superior
Domus Varsavien Congregãt Missionis. Sigismundus Bo
ratini. Alexander Boratyni. R. Franciscꝰ Boratyni pm.
Quam ejusmodi suprascriptam Inscriptionem robo-
ratoriam modo præmisso factam Nos ratam firmam
habentes haberiq ab omnibus volentes ad acta pre
sentia suscipi, ijsdem inseri et ex ejsdem descriptꝰ
authentice extradi permisimus. In quorum fidemq.
Actum Sabbatho ante Festum Purificationis Beatæ
Mariæ Virginis proximo Die scilicet vigesima
octava Mensis Januarij Anno Dñi 1702: Relãt ut supꝰ.

Gnõsi Boratynis fratres Mansum suum
Vnŕbli Tarło ꝛ. donant perpetuo.

Augustus ꝛ. Significamus ꝛ.

Ex. Quomodo coram Nobis et Actis Metrices Dñi
Cancellariæ Nostræ Minoris personaliter
comparentes Generosi Sigismundus, Alexander
et Venerabilis Franciscus Boratyniowie Fratres
inter se germani olim verò Gnõsorum Titi Livij
Boratyni Capitanei Osiecensis et Theresiæ de Min-
sko Opacka Coniugum Legitimorum filij et Succesꝭ
res Legitimi suo et Religiosi Caroli Boratyni Scholarum
Piarum itidem fratris sui germani nomine pro-
cujus ratihabitione cavent et sese de bonis suis in-
scribunt, sani mentibus et corporibus existentes
recedendo à terris Districtibus foroq suo quovis

proprio et competenti iurisdictioneq. sua huic
autem Nostre Regie Iurisdictioni quo ad hunc
duntaxat actum sese cum bonis suis subjiciendo
et incorporando palam sponte libere benevole ac
per expressum recognoverunt et presentibus
recognoscunt. Quia ipsi Venerabili Bartholomeo
Tarlo Preposito Domus Varsaviensis Congregatio-
nis Missionis et toti prefate Domui Congregatio-
nis Missionis Mansum unum suum proprium
& hereditarium inter vicinos Mansos Gnosi
Josephi Czerny Castellanide Sandecensis ex una
et Mansum Religiosorum Ordinis Sancti Pauli pri-
mi Eremite Conventus Varsaviensis in fundo
Katpczyn dicto Situm et iacentem cum omni
ejusdem mansi proprietate propinquitate ejusq.
attinentijs, nec non conseminatione mero, vero
puro, perpetuo ac irrevocabilis donationis titulo de-
derunt donaverunt et resignaverunt, prout pre-
sentibus dant donant et resignant in perpetuum.
Nihil sibi Iuris proprietatis, et hereditatis seu cu-
jusvis pretensionis ad prefatum mansum in fun-
dis Katpczyn dictis ad Varsaviam consistēn reservan-
do aut quovis modo excipiendo. Verum omne Ius suum
hereditarium propinquitatem et hereditatem per-
petuam in personam prefati Venerabilis Bartholomei
Tarlo Preposti Domus Varsavien Congregationis Mis-
sionis seu verius Domus prefate transfundendo
transferendo abscedendo et derivando. Ad habendum
tenendum possidendum, dandum, donandum, ven-
dendum, commutandum, alienandum, ing suos
quosvis beneplacitos usus convertendum. In
quem quidem mansum superius specificatum
presentibus donatum iam ex nunc ijdem Reco-
gnoscentes Intromissionem realem et actualem
per Ministerialem Regni et Nobiles Duos seu quo
cung alio modo et forma Iuridicis acceptan
eidem suprascripto Donatario sus ac ejus Suc
cedaneis Domuiq. prefate dat et admittit da-
tamq. et admissam nec per se nec per suas quas-
vis subordinatas personas impugnare et impedire

A: 1702

Privilegium Gnósi Alexandri Andreæ Radomicki super Capitaneatum Haklensem sub data die Vigesima Nona Mensis Octobris post memoratum ingressum die vigesima Nona in præiudicium sui protestantis et alia Privilegia multa inscio imo absente Varsaviæ præfato Illustrissimo et Rndmo Episcopo Cracoviensi privatim sigillare et subscribere majorig. Sigillo Regni nullam activitatem habente ob privatum commodum hucusq. abuti etiamsi Officium Secretariatus sui cessante Cancellariatu iam pridem cessaverit. Id circo providendo indemnitati Privilegij sui super eundem Capitaneatum Haklensem legitime obtenti et in Cancellaria minori Regni expediti de nullitate ac invaliditate Privilegij Gnósi Radomicki Capitanei Osiecensis uti abusive sigillati. Idem Magnificus Gebicki Capitaneus Haklensis contra prænominatos Officiales Sigilli Majoris Regni solenniter iterum atq. iterum protestatur. Offerendo sese Convulsionem Legis et Læsionem Privilegij sui iure vindicaturum præsenti protestatione ad præmissa mediante. Casimirus Bielinski Succamerarius Regni Capitaneus Szernensis. Locus Sigilli Castreń Capneâlis Szernensis. Ex actis Castreń Capneal Szerneń rescrip. Corvesit Podoski. Quam ejusmodi protestationem / cujus originale idem Offerens denuo ad se recepit et de recepto Cancellariam Nostram quietavit / Nos ad acta præsentia suscipi, et ex ejsdem descriptam authentice extradi permisimus. In quorum fidem &c Actum &c Relatio ut supra &c.

Oblata Literarum Privilegÿ Gnōso Constantino Wyhowski ser. vien.

Augustę &c Significamus &c.

Quod veniens personaliter ad Nos et Acta Metr: v.d. ces Regni Cancellariæ Nostræ Minoris Gnōsus Alexander Joannes Sakowicz obtulit et ad acticand

A: 1702.

porrexit Literas Privilegij Nostri. Supplicatumq.
Nobis est ut easdem Literas Privilegij Nostri ad
acta præsentia suscipi, ijsdem inseri et ex ejsdem
descriptum parti affectanti extradi permittere
dignaremur. Earundem vero Literarum tenor
qui. sequitur talis. Augustus Secundus Dei gratia
Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuæq. Significamus
præsentibus Literis Nostris Vniversis et Singulis
quorum interest aut interesse poterit. Ex relatione
Consiliariorum Nostrorum lateri Nostro assi-
dentium sufficienti informatione accepta de
Juribus hæreditarijs Gnosi Constantini Wyhowski
super bona Łysianka dicta in Palatinatu Kijovien
sita servientibus ac quod Gnosus Alexander Ja-
błonowski Vexillifer Regni certum Privilegium ex
Cancellaria Nostra super eadem bona dicta Łysian-
ka ipsiusq. attinentijs ac si ad dispositionem No-
stram pertinentia obtinuerit. Vigoreq. ejusmodi
Nostri Privilegij in possessionem recipere, conse-
quenterq. Gnosum Constantinum Wyhowski
hæredem dictorum bonorum impedire nititur.
Id circo Nos pro regio munere Nostro salva &
integra Jura hæreditaria præmemorato Constan-
tino Wyhowski ipsiusq. Successoribus vigore
Constitutionis Anni Millesimi Sexcentesimi
Quinquagesimi Noni servientia conservare cu-
pientes nec in minimo Reipcæ prædicteq. Con-
stitutioni unanimi Consensu Ordinum Regni
sancitæ derogare volentes, Privilegium præme-
moratum per Gnosum Vexilliferum Regni è Can-
cellaria Regni indebitè et subreptitiè exportatum
nullitatis vitio subiacere debere declaramus
illudq. invalidamus præsentibus Literis Nostris
cassamus irrosi et in quantum Gnosus Vexilli-
fer Regni sub prætextu ejusmodi Privilegij align
molestiam vel violentiam Gnoso Constantino Wy-
howski attentare præsumpserit aut dicta bona
Łysianka invaserit suprascro Gnoso Constantino Wyhowski

ejusmodi violentias Et invasiones in foro bonis
hereditarijs et Terrestribus competenti vindicandi
salvum et integrum Jus reservamus et præcu-
stodimus. Quod ad notitiam omnium quorum in-
terest præsertim vero Judiciorum et Officiorum
Regni quorum Jurisdictioni prædicta bona Lysian:
ka Terrestria et hereditaria subsunt deducentes
eosdem requirimus et mandamus ut præme-
moratum Constantinum Wyhowski Constitutio-
nibus annorum Millesimi Sexcentesimi Quin-
quagesimi Noni et novellæ Millesimi Sexcen-
tesimi Nonagesimi Noni insistendo circa Jura
hereditaria et possessionem conservent pœnas q.
contra Invasores sanctas extendant nec ullam
violentiam sub prætextu prænemorati Privilegij
subreptitie per Nos ad Vexillifernm obtenti per
Nos præsentibus Cassati eidem fieri et inferri per-
mittant. Pro gratia Nostra et officiorum suorum
debito. In quorum fidem præsentes manu Nra
subscriptas Sigillo Regni communiri iussimus.
Datum Varsaviæ Vigesima Julij Anno Millmo
Septingentesimo Primo. Regni vero Nostri anno V.
Augustus Rex. Locus Sigilli minoris Cancellariæ
Regni. Joannes Casimirus Odolski S.R.e M.tis Scrus.
Cassatio Privilegij subreptitie obtenti super bona
hereditaria dicta Lysianka. Cui Supplicationi
Nos benigne annuentes præinsertas Privilegij Lras
quarum Originale idem Afferens denuo ad Se
recepit et de recepto Cancellariam quietavit. /
ad acta præsentia suscipi, ijsdem inseri et au-
thenticè extradi permisimus. In quorum fidem.
Actum Varsaviæ Feria Quarta ante Dominicam
Oculi Quadragesimalem proxima Die videlicet
Decima quinta Mensis Martij Anno Domini
Millesimo Septingentesimo Secundo Rni vero Nri V.
Relatio ejusdem Illmi Procancellarij &c.

Ao 1702

Oblata Privilegij pro parte Gnosi Georgij Wyhowski Pocillatoris Podolie

Augustus &. Significamus &.

Quod veniens personaliter ad Nos et Acta
v.d. Metrices Regni Cancellaria Nrâ Minoris
G. Joannes Sakowicz obtulit et ad acticandum
seu actis praesentibus inserendum porrexit Litteras
Privilegij. Supplicatumq. Nobis est ut easdem ad acta
praesentia suscipi, ijsdem inseri et extradi permittere dignaremur. Earundem vero Literarum tenor
qui sequitur talis. August Wtory z Bozey Laski
Krol Polski Wielki Xiąze Litewski Ruski Pruski &
Oznaymuiemy tym Listem Przywileiem Naszym
wszem wobec y Kazdemu z osobna. Godna iest
zawsze Życzliwych tey Oyczyzny Synow Stateczna
w ustugach Naszych y Rzeczypospolitey persewe-
rancia, abysmy im w podaiących się okaziach, ta-
skę y dobroczynnosc Naszę Krolewskę oswiadczyli:
Przeto my wiadome maiąc Vrodzonego Jerzego Wy-
howskiego Podczaszego Podolskiego w roznych wo-
iennych expediciach odwagi z uszczerbkiem zdro-
wia y Stratą Substancięy swoięy umyslilismy one
mu Vroczysce alias Wieś post hosticum pustą y
zadney Osady niemaiącą w Woiewodztwie Wołyn-
skim w Powięcie Krzemieńieckim leżącą Hołowin-
ce nazwaną dispozicięy naszey podległą dac y kon-
ferowac iakoz niniejszym Przywileiem Naszym
ze wszytkiemi przynalezytosciami y wolnym
osadzeniem Poddanych gruntami polami, Zgka-
mi, lasami puszczami, Stawami, Sadzawkami
Rzekami, rzeczkami y wszytkiemi in genere
do tey wsi ex antiquo należącemi przyległo-
sciami daiąmy y Konferuiemy ad extrema vite
tempora. Zupełne prawo wlewamy obiecuiąc po
nas y Naiasnieyszych Successorach naszych że
przy spokoyney possessięy zachowamy. Na co dla

lepszey wiary ręką naszą podpisaliśmy y pieczęć Ko-
ronną przycisnąć kazaliśmy. Dan w Warszawie
dnia Czternastego Miesiąca Marca Roku Tysią-
cznego Siedmsetnego Wtorego. Panowania naßego
Roku Piątego. Augustus Rex. Locus Sigilli Minoris
Cancellarice Regni. San Kazimierz Dolski I.K.Mći
Sekretarz. Vroczyscе w Woiewodztwie Wołyńskim
powiecie Krzemieńieckim confertur Vrodzonemu
Wyhowskiemu Podczaszemu Podolskiemu Cui Sup:
plicationi uti iusta ac legitimæ Nos benigne an-
nuentes præinsertas Privilegij literas quarum
originale idem Offerens denus ad se recepit et de
recepto Cancellariam nostram quietavit ad acta
præsentia suscipi ÿsdem inseri et rursus ex ejs-
dem descriptas authentice extradi permisimus.
In quorum fidem &. Actum &. Relatio ejusd ut supra

Consensus erigendi Oppidum Gnóso Joanni Kuropatnicki

Augustus &. Significamus &.

Quod veniens personaliter ad Nos et Acta vÿ.
Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Minoris
Venerabilis —— Kuropatnicki Ordinis Sti
Pauli Primi Eremitæ Conventus Varsaviensis
ad Ædes Sancti Spiritus consistęń Prior obtulit
et ad acticandum seu Actis præsentibus inseren-
dum porrexit Literas Privilegÿ Consensus Nostri
erigendi Oppidum in bonis hæreditarÿs Stepanko-
wicze Gnoso Joanni Kuropatnicki Castellanidæ Bie-
censi collatas et manu nostra subscriptas Sigillog.
minoris Cancellariæ Regni communitas, sanas
salvas et illæsas omniq; suspicionis nota carentes
Supplicatumq; Nobis est ut easdem Literas ad Acta
præsentia suscipi, ÿsdem inseri, et ex ejsdem
iterum descriptas authentice parti affectanti ex-
tradi permittere dignaremur. Earundem vero Lite-

Ao 1702

rarum tenor est qui sequitur talis. Augustus Secun
dus Dei gratia Rex Poloniæ &. Significamus &.
Coronatos Principes quorum Curæ & prudentiæ ceu
quibusdam validis humeris regnorum moles ni-
tuntur magnis vigilijs & laboribus in id incumbe
re convenit, ut traditum sibi a Deo Imperium non
tantum extra firmum et securum sed etiam ab
intra floridum et fortunatum reddant quod fit
cum sub felici ipsorum Dominio et Status Reipcæ
tranquillus victricibus eorum armis conservatur
et incultè seu calamitate temporum devastatæ
regiones infructuosas ac habitabiles Colonias trans-
formantur, atq; novis populos isq; Civitatibus com
plentur, utramq; hanc bonorum Principum curam
Nos imitantes animum et Solicitudines Nostras
eo etiam divertimus ac facile annuimus et con
sensimus, consentimusq; præsentibus Literis Nris
Gnoso Ioanni Kuropatnicki Castellano de Brècensi
de Nobis et antecessoribus Nostris deq; Republica
Domi et militiæ optimè merito ut possit et valeat
in Bonis Stepankowice nuncupatis Terra Chetmensi
Palatinatu Russiæ proprijs et hereditarijs de
novo erigere et locare oppidum. Cui quidem Oppido
per eundem Gnosum Kuropatnicki Castellanidam
Brecensem locato illiusq; Incolis Ius Theutonicum
quod Magdeburgense dicitur damus et concedimus
removendo ab eo omnia Iura Polonica Terrestria
modos et consvetudines universas quæ Ius Theu
tonicum perturbare consueverunt. Eximimus
insuper dictum oppidum omnesq; illius Incolas
perpetuo et in ævum ab omni Iurisdictione et pote
state omnium et Singulorum Palatinorum, Castella
norum Capitaneorum Iudicum et Subiudicum et
quorumvis Officialium Regni nostri ita ut coram
ipsis et eorum aliquo pro causis tam magnis q̃m
parvis cum quibuscunq; excessibus vel rebus Citati
minimè parere et respondere et ob non comparitionem

et Condemnationem quamcunq; aliquas pœnas incur-
rere teneantur, sed coram Advocato seu pro tempore
existenti Jure Theutonico respondebunt. Advocato
vero omnibus de se conquieventibus coram me-
morato Gnoso Joanne Kuropatnicki Castellanida
Brecensi Domino suo hereditario et ejus Succesio-
ribus legitimis non nisi eodem Jure Theutonico
Maidebvrgensi respondere tenebitur et debebit,
In causis autem omnibus tam Civilibus quam
criminalibus seu Capitalibus puta furti, homi-
cidij, membrorum mutilationibus incendij,
et quorumvis maleficorum excessuum et criminum
eidem Advocato pro tempore existenti cum Scabi-
nis iuratis prædicti oppidi iuxta metas et limi-
tes Oppidi ejusdem Jure Theutonico secundum di-
spositionem et formam illius plenam damus et
concedimus facultatem et potestatem audiendi, iu-
dicandi, cognoscendi, decernendi corrigendi, conde-
mnandi, flectendi. Ut autem hoc Oppidum Ste-
pankowice nuncupatum majora commoda
capere possit fora annualia et Septimanalia
in eo instituenda esse duximus instituimusq; hisce
Literis Nostris, citra tamen præiudicium Vicina-
rum Civitatum et Oppidorum annualia In festo
Purificationis Beatæ Mariæ Virginis, in festo S.
Adalberti in festo Sancti Joannis Baptistæ in festo
Sancti Michaelis Archangeli fora Septimanalia
Diebus Dominicis, ad quæ quidem fora utvaq; tam
annualia quam Septimanalia liberum esse &
licitum duximus temporibus perpetuis homi-
nibus cujusvis Status Sexus et Conditionis loci
et nationis atq; ritus ad illud Oppidum Stepanko-
wice cum quolibet genere mercium pro nundi-
nis ipsis annis singulis et foris Septimanalibus
qualibet Septimana celebrandis confluere atq;
rite ac secure emere vendere res pro rebus,
merces pro mercibus permutare et omnia
et singula negotia licita et honesta peragere
et conficere. Venientesq; hasce ac fora Septi-

manalia atq; inde rursus descendentes ea utan-
tur securitate, qua omnes in patrocinium No-
strum suscepti uti consueverunt, nisi forte
aliqui tales fuerint, quos leges publice non
permittant et quibus bonorum hominum con-
sortium denegatur. Eximimus etiam et libera-
mus hoc idem Oppidum Stepankowice dictum
tanquam recens locatum à Solutione theloneo-
et vectigalium pontaliumq et aggregalium
quorumvis in Russia more aliorum Oppidorum
recenter locatorum finitimis tamen theloneis
Nostris exceptis, à Contributionibus item publi-
cis in Comitijs Regni laudatis et in posterum lau-
dandis ac cuivis rei et necessitatis publicæ causa
instituendis liberamus dicti Oppidi Inhabita-
res et incolas; Regni Constitutionibus inhærendo
ad Spatium Octo annorum. Quæ quidem omnia
firma atq; rata in perpetuum tempus esse volu-
mus et decernimus. In cujus rei fidem præsentes
manu Nostra subscriptas Sigillo Regni commu-
nivi jussimus. Datum Varsaviæ Die vigesima
prima Mensis Junij Anno Domini Millesimo, Se-
ptingentesimo Primo Regni vero Nri anno quarto.
Augustus Rex. Locus Sigilli Minoris Cancellariæ Regni
Consensus exigendi Oppidum in bonis hæreditarijs
Stepankowicze dictis Grosso Joanni Kuropatnicki
Castellano de Biecensi Terræ Chetmensis in
Palatinatu Russiæ. Joannes Casimirus Dolski
Sacræ Regiæ Majestatis Secretarius. Cui Supplì-
cationi uti justæ ac legitimæ Ill.mus benigne
annuentes præinsertas Privilegij Consensus
Literas /. quarum Originale idem Offerens dnus
ad Se recepit et de recepto Cancellariam Nram
quietavit ./ ad acta præsentia Suscipi, ijsdem inseri
et versus ex Eisdem descripti authentice partiq;
Etanti extradi permisimus. In quorum fidem &c.
Actum &. Relatio ejusd Illmi Procancellarij Anno ut supra &

Consensus cedendi Gnósis Jezierskim Coniugibus in personam Filij sui.

Augustus &c. Significamus &

Quod veniens personaliter ad Nos et Acta &c.
Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Minoris
Nobilis Alexander Dambrowicz obtulit et ad acticandum seu actis præsentibus inserendum porrexit
Literas Privilegij Consensus Nostri cendendi Lesno
Ledy Villis Nostris Gnósis Jezierskim Coniugibus in
personam Remigij Lewald filij Sui datt manu Nâ
propria subscriptt et Sigillo Minoris Cancellariæ
Regni communitt sanas salvas et illæsas omnig.
Suspicionis Nota carentes. Supplicatumq. Nobis est
ut eadem Literas ad acta præsentia Suscipi ijsdem
inseri et ex ejsdem iterum descriptas authenticè
porti affectanti extradi permittere dignaremur.
Earundem vero Literarum tenor est qui sequitur
talis. Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniæ
Magnus Dux Lithuaniæ &. Significamus &
Consensisse Nos et permisisse consentireq. et per-
mittere præsentium vigore Gnósis Nicolao Lewald
Jezierski Aspesori Judicij Terrestris Tucholiensis
et Elisabethæ Theresiæ Lniwska Coniugibus, ut
possint et valeant de omni et integro Jure Suo
quod ipsis super villas seu Tenutas Lesno Ledy dictt
in Capitaneatu Tucholiensi sitas servit et compe-
tit cedere illudq. in personam Gnósi Remigij Lewald
Jezierski legitimi filij Sui transferre et transfun-
dere. Quæ quidem cessio Juris q. transfusio postea
quam coram actis quibusdam authenticis Regni
Nostri facta et recognita fuerit Nos eam ratam
et gratam uti prævio hoc Consensu Nostro Regio fa-
ctam habituri sumus. Vigore cujus cessionis præ-
sentisq; Consensus Nri dictus Remigius Lewald Jezierski

A: 1702

præfatas Villas Leszno et Lędy secundum Jura et Privilegia à Serenissimis Prædecessoribus Nostris Gnōsis Parentibus illius concessa data et confirmata à Nobis salvo Censu ad proventum arcis Tucholien spectanti cum omnibus agris pratis Campis, piscinis Stagnis lacubus, fluvijs molendinis Sylvis. rubetis pinetis, tabernis, Subditis, illorumq. laboribꝫ et emolumentis tum vniversis et singulis pertinentijs et attinentijs ad easdem Villas supradictas Leszno et Lędy spectantibus perpetuis temporibus tenebit, habebit, possidebit seu cuicunq. voluerit de Jure præsenti sibi oblato modo vel in futurum cedere præsentium vigore ex singulari gratiâ Regia Nostra plenariùm Jus cedendi & transfundendi præfato Gnōso Lewaldt Jezierski damus permittimus et conferimus. Promittimus Insuper Nostro et Serenissimorum Successorum Nostrorum nomine non esse Nos neq. Serenissimos Successores Nostros ab usu et pacifica possessione dictarum Villarum Leszno & Lędy prefatum Remigium Lewaldt Jezierski ejusqꝫ Successores Jus Cessionis in Actis Authenticis recognitum habentes amoturos neqꝫ cuipiam amovendi potestatem daturos, Sed Salvum et integrum Jus ipsum ac possessionem prefatarum Villarum perpetuis temporibus concernen conservaturos. Salvis Juribus Regalibus Nostris, Ecclesiæq. Catholicæ. In cujus rei fidem præsentes manu Nostra Regia subscriptas Sigillo Regni communiri iussimus. Datum Varsaviæ Die trigesima Mensis Augusti Anno Domini Millesimo Septingentesimo Primo Regni vero Nostri Anno quinto Augustus Rex. Locus Sigilli Minoris Cancellariæ Regni. Consensus cedendi Gnōsis Nicolao Lewandt Jezierski Assessori Judicij Terrestris Tucholien & Elisabethæ Thevesiæ Luiska Conjugibus in personam Remigij Lewandt Jezierski legitimi Filij sui Joannes Casimirus Odolski Sacræ Regiæ Mttis Scrius. Cui Supplicationi uti iustæ ac legitimæ Nos benigne annuentes præinsertas Literas quarum originale

idem Offerens denuo ad se recepit et de recepto Cancellariam Nostram quietavit. ad acta præsen suscipi, ijsdem inseri et rursus ex ejsdem descriptas parti affectanti authentice extradi permisimus. In quorum fidem &c. Actum Varsaviæ Feria Quinta ante Dominicam Lætare Quadragesimalem proxa Die videlicet Vigesima tertia Mensis Martij Anno Domini Millesimo Septingentesimo Secundo. Relatio ut supra

Vnrblis Ludovicus Zielinskj Comissionem certam obtulit.

Augustus &. Significamus &.

Quod veniens ad Nos et Acta Metrices Regiæ v.R.
Cancellariæ Nostræ minoris Venerabilis Ludovicus Zielinski Ordinis Cisterciensium Conventus Wystycensis in Palatinatu Brzestensi Magni Ducatus Lithuaniæ existentis Procurator obtulit et ad actitandum seu Actis præsentibus inserendum porrexit Commissionem infrascriptam manibus Nostrorum Commissariorum subscriptam. Supplicatumq. Nobis est ut eandem ad acta præsentia suscipi ijsdem inseri et rursus ex ejsdem descriptam authentice extradi permittere dignaremur. Ejusmodi vero Commissionis Polonico idiomate scripta tenor est ejusmodi. Stanislaw Godlewski Regent Koronny Starosta Nurski. Cyprian Krzyski Chorąży Wieluński Jakub Zygmunt Rybinski Dworzanin Polskiey JKMci Kommissarze generalni. Comparuit na Commissiey Naszey w Bogu Wielebny Imć Xiędz Ludwik Zielinski Zakonu Cisterciensium Konwentu Wystyckiego w Woiewodztwie Brzeskim fundowanego Procurator cum pretensione niewypłaconey z Oekonomiey Grodzinskiey Kwasowskiego Klucza Dziesięciny za lat dwie to iest Millesimi Sexcentesimi Nonagesimi Septimi y Millesimi Sexcentesimi Nonagesimi Octavi Konwentowi Swemu quotannis po Złotych Trzysta in Summa

Ao: 1702.

Złotych Sześcset należcey. Ktora to Dziesięcina ponieważ z Wiktowey Kontribuciey J. prout allegat Imć Pan Sebastyan Wołkonyski J. K. Mci Pisarz Prowentowy Ekonomiey Grodzinskiey corocznie zwykła exolvi. A ta Sub Interregnum dla wielkiey Woysk Wielkiego Xięstwa Litewskiego ingruenciey zaległa y nie iest Konwentowi pomienionemu wypłacona. Tedy pro iustitia recommendamus Imć Pu Administratorowi Grodzinskiemu aby z klucza pomienionego Poddanym za Rok Tysiącny Sześcsetny Dziewięćdziesiąty Siodmy indilate contribuere et satisfacere rozkazał. A ponieważ to evidenter ex informatione tegoż Imć Pana Pisarza prowentowego patuit ze za Rok Tysiącny Dziewięćdziesiąty Osmy Wiktowa pensia z pomienionych Dobr ad manus Jasnie Wielmoznego Imć Pana Koniuszego Wo Xa Lito J. Ktory te klucze protunc trzymał cessit. Reszty iednak za tenuty swoiey u Poddanstwa zaległe listem swoim tenże Imć Koniuszy Wo Xa Lito affirmat. Z tych tedy ratyfikuiemy Imć Panu Administratorowi Grodzinskiemu aby Człowieka wiary godnego in fundum pro verificatione tych remanencij sine mora zesłał y de realitate onych inquirere rozkazał. A ieżliby się nie weryfikowały allegowane reszty abo pretensam nie mogły effice re do satisfakcicy Summam. Przeto tak z Iwasowskiego, iako Krasnickiego Luzienskiego y Kotrzanskiego Kluczow Summę pomieniony za Dziesięcinę wypłacić etiam cum adminiculo exekucicy od Ich MMciow Panow Exekutorow ex brachio Nostro zostawionych od Poddanych y od Ich Mciow Panow Dozywotnikow pomienionych Kluczow bez odwłoki injunget. In futurum zas aby ta Dziesięcina punktualnie na Swięty Marcin podług dawnieyszych Ordynacyi Kommissarskich wypłacona była. Imć Panu Administratorowi Grodzinskiemu pilno

rehommenduiąc. Dla lepszey Wiary do tey Deklara
ciey Naszey własnymi przypieczęci Naszey podpi=
suiemy się rękami. Datum w Kamienney die
Decima nona Novembris. Anno Millesimo Se=
ptingentesimo. Stanisław Godlewski Regent
Koronny Starosta Ziemi Nurskiey Commissarz
J. K. Mci. Cyprian Krępski Chorąży Ziemi Wieluńskiey
Komisarz J. K. Mci. Jakub Zygmunt Rybiński
Dworzanin Pokoiowy Commissarz J. K. Mci.
C. H. Leubnitz Łowczy Nadworny W. X. Lit.
Kommissarz J. K. Mci. Locus Sigilli. Cui Suppli=
cationi uti justa Nos benigne annuentes prae in=
sertas Literas quarum Originale idem Offerens
denuo ad Se recepit et de recepto Cancellariam
Nostram quietavit/ ad acta prnbia Suscipi, ydem
inseri & rursus ex ydem descras authentice ex=
tradi permisimus. In quorum &c. Actum Relatio ut supra &c.

Villa Gora Gnoso Rybinski Iure Emphiteutico confertur.

Augustus &c. Significamus &c.

Quod veniens personaliter ad Nos & acta Ex.
Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Minoris
Gnosus Andreas Dolebinski obtulit et ad acticandum porrexit Literas Privilegij Nostri Super Villam
Gora in Capitaneatu Lucensi consistentem Iure Em=
phiteutico personæ Gnosi Jacobi Sigismundi Rybin=
ski intimi Aulici Nostri Servientes manu nostra
subscriptas et Sigillo Regni Cancellariæ Minoris Com=
munitas sanas salvas ac illæsas omnig. Suspici=
onis Nota carentes. Supplicatumq. Nobis est ut eas
Literas ad Acta præsentia Suscipi, ydem inseri,
et rursus ex ydem descriptas authentice parti asse=
stanti extradi permittere dignaremur. Præfatarum

vero Literarum tenor sequitur est q. ejusmodi. Augu-
stus Secundus Dei gratia Rex Poloniæ &. Significamus
Regium sane arbitramur beneficia quævis Regnicolis
Nostris conferre, sed gloriosius ac melius quæ bene-
meritis à Nobis conceduntur. Hinc Nos cum ab eo
statim tempore quo divina voluntate vocibus ac
suffragijs amplissimorum hujus Regni Ordinum
Imperium ad Nos delatum est. Gnosi Jacobi Sigismun-
di Rybinski intimi aulici Nostri magnam semper
fidem, virtutem, prudentiam, diligentiam, ac in
omnibus occasionibus et functionibus gravissimis
nostris et Reipublicæ sibi commissis dexteritatem
et activitatem exploratam satis abunde experti
sumus merito ipsum regia munificentia com-
plectendum censemus. Ac proinde antequam ul-
terior par ejus meritis præmiandi sese offerat occasio
cum intelleximus quod Villa Gora dicta in Capitane-
atu Pucensi sita originaliter per Gnosam olim The-
ressiam Zawacka Succameriam Parnaviensem
Capitaneam Pucensem Nobilibus Joanni Burzkowski
et Annæ Lentmanowa conjugibus in Anno Mille-
simo Sexcentesimo Quinquagesimo Sexto ad decursum
quinquaginta annorum Jure Emphiteutico collata
nunc adhuc in possessione Gnosi Georgij Rybins ki
Assessoris Judiciorum Terrestrium Districtus Pucen
et Agnetis Burzkowska existen expirato hoc quin-
quaginta annorum decursu ad Nostram dispositionem
Regiam devolvatur faciendum esse duximus ut
quemadmodum præfati Nobiles olim Joannes Burz-
kowski et Anna Lentmanowna conjuges tum Matthi-
as et Agnes Burzkowskie conjuges ac Gnosus Geor-
gius Rybinski Assessor Judiciorum Terrestrium
Districtus Pucensis Pater in hucusq. possedit &
possederunt ita præfatam Villam Gora super duodecim
mansis agri fundatam et cum Manso Piotrowa
dicto sub Liniew jacenti nec non cum Molendino
omnibusq. ejusdem Villæ fundis campis pratis, hortis,

nemoribus usus Sylviis ad focum et ædificia pascuis lacubus, piscinis fluvijs, ædificijs, structuris Subditis eorumq. Censibus pecuniarijs laboribus, Jurisdictione cum libera cerevisia et cremati coctura taberna et propinatione, alijsq. attinentijs et pertinentijs prout in originalibus Privilegijs Nobilibus Buzhowskim concessis et serviên latius sunt omnia expressa præfato Gnoso Jacobo Sigismundo Rybinski Gnosi Georgij Rybinski assessoris Judiciorum Terre Strium Districtus Pucensis Filio ac Successoribus ejus utriusq. Sexus Jure Emphiteutico ad annos quinquaginta a die nona mensis aprilis Anni ad præsens currentis Millesimi Septingentesimi Secundi computandos continuo et immediate Sequentes dandum et conferendum esse duximus. prout damus et conferimus præsentibus Literis Nostris. Ex qua quidem Villa Seu Mansis Censum annuum iuxta originale Privilegium per Ducentas Marcas prutthenicales pro die et Festo Sancti Martini Episcopi Contributionis vero seu Census Scultetialis Vybraniéckiégo Podatku nuncupati per florenum unum de quolibet manso pro Festo Sacri Pctecostes quot annis ad Curiam Pucensem superintendentiamq. superpiscatura Curiali lacus ejusdem Villæ per se vel suum Constitutum administratorem habere et duos Scultetos hortulanosq. tres ad rete majus Curiale Niewod dictum mittere et per eosdem Scultetos pisces ad Curiam devehere et non amplius præter præmissa Curiæ Nostræ Pucensi præstare tenebitur et ejus Successores tenebuntur. Eximimus præterea ipsum et ejusdem Villæ Scultetos hortulanos Subditos ab omnibus Curiæ Pucensi oneribus, datijonibus, Contributionibus. Juvaminibus, Szarwarki nuncupatis nec non a Stationibus militaribus et Jurisdictione Capitaneali. Ita ut ille ratione fundi nisi

A. 1702.

coram Judicio Nostro Regio respondeat. Scultheti vero hortulani et Subditi coram ipso exceptis causis criminalibus gravioribus conveniantur. Contributionibus et oneribus Reipublicæ Salvis manentibus. Promittimus autem pro Nobis et Serenissimis Successoribus Nostris non esse Nos Serenissimosq. Successores Nostros memoratum Grosum Jacobum Sigismundum Rybinski et ejus Successores ab usu et pacifica possessione horum bonorum Gora amoturos aut amovendi potestatem alicui daturos. Sed salvum et integrum Jus Emphiteuticum ipsi & Successoribus ejus conservaturos quod et Serenissimi Successores Nostri præstabunt. Post expirationem vero annorum respectu Sumptuum et impensarum factarum in excultionem mansorum et ædificiorum erogatæ non prius Grosus Rybinski et Successores ejus condescendere tenebuntur donec Summa ex taxa Commissariorum Nostrorum proveniens illi vel illis integrè persoluta et numerata fuerit Juribus Nostris Regalibus Reipublicæ Ecclesiæq. Catholicæ Salvis manentibus. In cujus rei fidem præsentes manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ Die vigesima Septima Mensis Martij Anno Domini Millesimo Septingentesimo Secundo Regni vero Nostri Anno quinto. Augustus Rex Locus Sigilli minoris Cancellariæ Regni. Villa Gora in Capitaneatu Pucensi Grosso Rybinski Jure Emphiteutico confertur. Joannes Casimirus Odolski Sacræ Regiæ Mttis Secretarius. Cui Supplicationi uti justæ ac legitimæ Nos benigne annuentes præinsertas Privilegij Literas. Quarum originale idem Ferens denuo ad te recepit et de recepto Cancellariam Nostram quietavit ad acta præsentia Suscipi, ejdem inseri. et rursus ex ejsdem descriptas parti affectanti authentice

extradi permisimus. In quorum Majorem fidem Sigil-
lum Regni est appressum. Actum Varsavia Feria
Tertia post Dominicam Lætare Quadragesimam
lem proximam Dei scilicet Vigesima Octava
Mensis Martij Anno Domini Millesimo Se-
ptingentesimo Secundo Regni vero Nostri &c. V.

Relatio ejusdem Illmi Procan
Cellarij Regni &.

Oblata Literarum Regiarum ad Summum Pontificem directar

Augustus &. Significamus &. &c.

Oblatas esse ad Acta Metrices Regni Cancellariæ
Nostræ Minoris Literas Nostras pargameneas
ad Sanctissimum et Beatissimum in Christo Pa-
trem Dominum Dominum Clementem Divina
providentia Papam undecimum Sacrosanctæ
ac Universalis Ecclesiæ Romanæ Summum Pon-
tificem directas. Quarum tenor est qui sequi-
tur talis. Sanctissime ac beatissime in Christo
Pater Domine Domine Clementissime. Post acu-
la beatorum Sanctitatis vestræ pedum mei ac
Dominiorum meorum subiectionem ad Ecclesiæ
et Reipublicæ pertinet felicitatem vita functis An-
tistibus tales providere Successores quos non dun
taxat generis avita Claritudo verum in omni vitæ
tenore eximia et præstans commendat Virtus am-
plumq. probitati et integritati illorum adstruit
testimonium. Talem existimo Reverendum in
Christo Patrem Dominum Joannem Casimirum
Bokum Episcopum Præmisliensem quem Subla-
to communi mortalitatis necessitate Reveren-
do in Christo Patre Georgio Albrachto Denhoff ad re-
gimen Ecclesiæ Cracoviensis Pastore suo Viduatæ
in Episcopum Cracoviensem Sanctitati Vestræ
propono Nomino. et designo. Enim vero Virtus
Prælati hujus omni Commendatione major spa-

tiosum in diversis functionibus nacta campum
tum presertim his calamitosis et perturbatis
Regni mei temporibus abunde demonstravit
totq. probavit experimentis priores gestos honores
altius eminentiusq. desiderare theatrum.
Humillimè proinde à Sanctitate Vestra postulo
ut Suffragium meum et Supplicationem calculo
et authoritate apostolica dignetur firmare.
Quam Supplicationem meam dum à Sancti-
tate Vestra benigna aure acceptam iri confido
eidem diuturnum ac felix Christiana Reipcæ
regimen auguror paterneq. ejus protectioni
me regnumq. meum humillimè commendo.
Dabantur Varsaviæ Die vigesima tertia Mensis
Martÿ Anno Domini Millesimo Septingentmo
Secundo. Sanctitatis Vestræ obedientissimus fi-
lius. Augustus Rex Poloniæ. Quas quidem præ
insertas Literas ex suo originali describi actis
præsentibus inseri et ex ÿsdem de verbo ad ver-
bum depromptas parti affectanti authenticè
extradi permisimus. In quorum fidem sigillum.
Actum Varsaviæ Feria Secunda post Domi-
nicam Judica Quadragesimalem proxima die
videlicet tertia Mensis Aprilis Anno Domini
Millesimo Septingentmo Secundo Relatis ut supra.

Consensus Gnoso Andreæ Kuropa-
tnicki cedendi in persona filij sui

Augusti.

Quod veniens personaliter ad Nos et Acta
nostra Cancellariæ Nostræ minoris Ve-
nerabilis ——— Kuropatnicki Ordinis
Sancti Pauli primi Eremitæ Conventus Var-
saviensis ad Ædes Sancti Spiritus consistentis
Prior obtulit et ad acticandum seu Actis præ-
sentibus inserendum porrexit Literas Consensus

Serenissimi.

Serenissimi olim Joannis Tertij Regis Polonie Prædecessoris Nostri manu ejus subscriptas et Sigillo Minoris Cancellarie Regni communitas. Supplicatumq; Nobis est ut easdem ad acta presentia suscipi ijdem inseri et rursus ex ejsdem descriptas authentice parti affectanti extradi permittere dignaremur. Earundem vero Literarum tenor est qui sequitur talis. Joannes Tertius Dei gratia Rex Polonie Magnus Dux Lithuanie Russie Prussie Masovie Samogitie Livonie Kijovie Vothynie Podolie Podlachie Smolenscie Severie Czerniechovieq; Significamus presentibus Literis Nostris quorum interest Universis et Singulis. Consensisse Nos et permisisse consentireq; et permittere presentibus Literis Nostris Gnoso Andree Kuropatnicki Castellano Biecensi ut possit et valeat de omni et integro Jure suo quod ipsi super Villam Glinik Polski cum Advocatia ibidem existente dictam in Palatinatu Cracovien Districtu vero Biecensi sitam servit et competit cedere et condescendere illudq; in personam Generosi Joannis Kuropatnicki filij sui plenarie transferre et transfundere. Quæquidem Cessio Jurisq; transfusio posteaquam coram actis quibuscunq; authenticis Regni facta et recognita fuerit Nos eam ratam et gratam habituri sumus uti eam que accedente Consensu Nostro peragetur. Vigore cujus Cessionis presentisq; Consensus Nostri prefatus Gnosus Joannes Kuropatnicki filius dictam Villam cum Advocatia omnibusq; agris pratis campis hortis Sylvis nemoribus areis prædijs Subditis eorumq; Censibus laboribus et dationibus tabernis molendinis omnibusq; generaliter attinentijs & pertinentijs antiquitus ad prefatam Villam cum Advocatia Spectantibq; tenebit habebit et possidebit ita prout ab antecessoribus ipsis tenebatur & possidebatur ad extrema vite sue tempora. Promittimus autem pro Nobis & Serenissimis Successoribus Nostris non esse Nos prenominatum Gnosum Joannem Kuropatnicki filium ab usu et pacifica possessione dicte Ville amoturos amovendiq; cuipiam potestatem

daturos, sed salvum et integrum Jus advitalitium ipsi conservaturos quod et Sereniſſimi Successores Nostri præstabunt. Juribus nostris regalibus, Reipublicæ Ecclesiæq; Catholicæ per omnia salvis. In cujus rei fidem præsentes manu nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Grodnæ die quinta mensis Martij, Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Nono Regni Nostri quinto anno. Joannes Rex. Locus Sigilli minoris Cancellariæ Regni. Consequendi Gnoso Andreæ Kuropatnicki Castellano Brecensi de Villa Glinik Polski dicta cum Advocatia ibidem existente in Palatinatu Cracovien sita in personam Gnosi Joannis Kuropatnicki filij sui. Christophorus Taranowski Varsaviensis Canonicus Sacræ Regiæ Mtis Secretarius. m.p. A tergo vero Literarum suprascriptarum. In Castro Grabovecensi Feria Quarta in crastino Festi Sancti Lucæ Evangelistæ Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Nonagesimo Quinto. Consensus modernus Sacræ Regiæ Majestatis circa recognitionem per I. et Magcum Andream Michaelem Kuropatnicki Castellanum Brecensem in personam Mi: Joannis Kuropatnicki filij ejusdem Cessionem coram Officio præsenti Castrensi Capitaneali Grabovecensi factam, est susceptus et inductus. Cui Supplicationi uti iustæ ac legitimæ Nos benignè annuentes præinsertas Literas I. quarum originale idem Offerens denuo ad se recepit et derecepto Cancellariam Nostram quietavit. Ad Acta præsentia suscipi ejsdem inseri et rursus ex ejsdem descriptas authentice parti affectanti extradi permisimus. In quorum fidem. Actum

Relatio ejusd Illmi Procancellarij Mni

Oblata Privilegij Juris Communicativi Gnæ Kuropatnicka super Villa Glinik

Augusto

Augustus &c. Significamus &c.

Quod veniens personaliter ad Nos & Acta Mentrices Regni Cancellariæ Nostræ Minoris Venerabilis Kuropatnicki Ordinis Sancti Pauli primi Eremitæ Conventus Varsavien ad Ædes Sancti Spiritus consisten Prior, obtulit et ad acticandum porrexit Literas papiraceas manu Nostra subscriptas et Sigillo minoris Cancellariæ Regni communitas continentes in se Privilegium Juris Communicativi Gnósi Joannis Kuropatnicki in personam Gnósæ Antoninæ de Wilczow Consorti ejus super bonis nostris Plinik in Palatinatu Cracoviensi iacen concessum sanas salvas et illæsas omnig. Suspicionis notacarentes. Supplicatumq. Nobis est ut easdem Literas ad acta præsentia suscipi ÿsdem inseri et rursus ex ejsdem descriptas authenticè parti affectanti extradi permittere dignaremur. Earundem vero Literarum tenor est qui sequitur talis. Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ &. Significamus &. Meruisse id apud Nos singularia in Rempublicam Gnósi Joannis Kuropatnicki etiam cum dispendio fortunæ contestata merita ut gratiæ & munificentiæ nostræ efficacem agnoscat testificatione. Quo circa antequam opportunior et dignior meritis suis sese offerat occasio faciendum esse duximq. quatenus ipsi et Consorti suæ Gnósæ Antoninæ de Wilczow Jus communicativum super bonis Plinik Polski dictis tum Advocatia ibidem existenti in Palatinatu Cracoviensi sitis damus et conferremus prout quidem damus et conferimus præsentibus Literis Nostris, ita ut prædicta bona cum omnibus suis proventibus emolumentis agris, pratis, campis, Sylvis, molendinis, Subditis, Cmetonibus, hortulanis, Inquilinis, eorum censibus & laboribus alijsq; omnibus in genere et specie attinentÿs & pertinentÿs, nullis penitus exceptis.

antiquitus ad eadem bona spectantibus prædicti
Generosi Kuropatniccy Coniuges habeant teneant
et possideant ijsdemq; fruantur quo ad alter eo-
rum supervixerit ad extrema vitæ suæ tempora.
Promittentes pro Nobis et Serenissimis Successoribus
nostris non esse Nos et Serenissimos Successores
nostros ab usu et pacifica dictorum bonorum pos-
sessione memoratos Donatarios amoturos neq;
cuipiam amovendi potestatem daturos, sed Sal-
vum hoc eorum Jus communicationis conser-
vaturos Juribus nostris regalibus, Reipublicæ
Ecclesiæq; Catholicæ salvis per omnia manenti-
bus. In quorum fidem præsentes manu Nostra
subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus.
Datum Varsaviæ Die tertia mensis aprilis,
Anno Domini Millesimo Septingentesimo Se-
cundo Regni vero Nostri Anno quinto, Augu-
stus Rex. Locus Sigilli minoris Cancellariæ
Regni. Jus communicativum Generosæ An-
tonine de Wilczow Gnósi Joannis Kuropatni-
cki Consorti super bonis Glinik Polski dictis &
Advocatia ibidem existenti in Palatinatu Prac-
viensi iacentibus concessum. Joannes Casimirus
Odolski Sacræ Regiæ Mattis Secretarius. Cui
Supplicationi uti iustæ ac legitimæ Nos benigne
annuentes præinsertas Privilegij Nostri Literas
ad acta præsentia suscipi, ijsdem inseri et ver-
sus ex ejsdem descriptas authentice parti asse-
stanti extradi permisimus. In quorum fidem &.
Actum Varsaviæ Feria Quarta ante Dominicam
Ramispalmarum Quadragesimalem proxima
Die scilicet quinta mensis Aprilis A: D: 1702 Relat &.

Literæ Rndmi Dñi Huntÿ Aptici pro Eccla Collegiata Sandomir.

Augustus &. Significamus &.

Oblatas esse ad acta Metrices Regni Cancellariæ

v.f.

Nostræ minoris Literas infrascriptas sanas,
salvas et illæsas omniq. suspicionis nota carentes.
Supplicatumq. nobis est ut easdem ad acta præ-
sentia suscipi, ijsdem inseri et rursus ex ijsdem
descriptas authentice extradi dignaremur. Ca-
rum vero Literarum tenor sequitur estq. ejusmodi
Franciscus Pignatelli Archiepiscopus Tarentin⁹
Sanctissimi Domini Domini Clementis, Divina
providentia Papæ ejus nominis undecimi Præ-
latus Domesticus et Assistens ejusdemq. et San-
ctæ Sedis Apostolicæ ad Serenissimum Augustum
Secundum Polonicæ Regem potentissimum et
Magnum Ducatum Lithuanicæ cum facultà-
tibus Legati de latere Nuntius. Vniversis et
singulis quorum interest notum testatumq. facio.
Quod requisitus collegialiter solenni postulato
Illustrissimorum Dominorum Nuntiorum Pala-
tinatus Sandomiriensis ad Comitia generalia Or-
dinum Regni electorum nomine publico totius
Nobilitatis pro dismembratione Canonicatus Fun-
di Turbiæ Ecclesiæ Collegiatæ Sandomiriensis in-
tercedentium, adhibui omnem Conatum possibi-
lem, studioq. exquisito in id incumbui ut præ-
fatæ dismembrationis cathegoriæ et peritiora
fundamenta, quibus innititur mihi cognita
essent. Scisciitanti igitur sollicite et vestiganti
profundam veritatem, patuit tandem evidenter
quod prænemorata dismembratio ad instantiam
olim Rndmi Domini Andreæ Trzebicki Episcopi
Cracoviensis speciali consensu olim Serenissimi
Joannis Casimiri Regis Polonicæ tanquam legitimi
fundatoris et absoluti ex institutoRegni beneficio-
rum collatoris, in augmentum divini Cultus, ani-
mæ suæ suffragium et utilitatem perpetuo penes
eandem Collegiatam Residentium licite et vali-
de permissa et à moderno feliciter regnante
successivo Confirmationis Privilegio approbata ac
insuper Diplomate Confirmationem eandem rati-
ficante consolidata legalis et valida est, uti legibus

Ao 1702

Regni et voluntati moderni feliciter regnantis ex
plorata conformis, Iuribusq. Patronatus ejus ni:
hil derogans. Quam quidem validitatem ipsa-
met etiam pars dismembrationem scepedictam
præpostere impugnans nimirum Venerabilis An:
dreas Olszowski supradicti Canonicatus contro:
versus pessessor legalem esse ac indubitatam ante
installationem sponte agnoverat cum eandem
manutenere et promovere tum et sancita eo in
passu Rndmor Episcoporum Cracoviensium ac in:
stituta Venerabilis Capituli Sandomiriensis iura-
mento sese obstrinxerat prout ex rota Iuramenti
et Epistola conditionate eum instituentis olim
Rendmi Domini Ioannis Matachowski Episcopi
Cracoviensis ad Serenissimum Regem modernum
directa constat manifeste. Cum igitur vetustissi:
mis Ecclesiæ institutis et recenti almæ vrbis pla:
cito omnes Collegiatarum Ecclesiarum Prælati
et Canonici ad residentiam penes Collegiatas suas
obstricti sint, Sandomiriensis vero Collegiatæ
obstante sustentationis in Commune et alimen
torum defectu ob retardatam et hærentem iam
pridem in Romana Dataria dismembrationem
idem præstare neq. aut supplicarunt in presenti
Generali ordinum Regni Conventu Serenissimo
Regi una cum instantialibus Literis Rndissimi
Domini Episcopi Cracoviensis intercedentibus eti-
am pro illis ad totam Rempublicam et urgentibq
præmemoratis Nuncijs ut scepedicta dismembratio
beneplacito Apostolico quantocijus potiri posset. Non
obstantibus Literis Sacræ Regiæ Majestatis qui-
busvis quæ plerumq. dantur, prout petuntur.
Principali tamen negotio nihil præiudicant.
Quo majoritaq. omnibus et singulis præmissis
constet veritas et fides attestor et publicam facio
fidem per præsentes. Dabantur Varsaviæ sub tem-
pus generalium Comitiorum Regni Die vigesima
Septima Januarij, Anno Domini Millesimo Septin-

gentesimo Secundo. Franciscus Pignatelli Archi e-
piscopus Tarentinus Nuntius Apostolicus. Locus Sigilli.
Cui Supplicationi uti iuste ac legitime nos beni-
gne annuentes præinsertas Literas ad acta presen-
tia suscipi ÿdem inseri et ex ejsdem descriptas
parti authentice extradi permisimus. In quorum
Actum Varsaviæ Feria Quarta post Festa Solennia
Sacri Paschatis proxima diescilicet decima Nona
mensis aprilis Anno Domini 1702: Belau ut supra.

Nobilis Kuronski nomine Gn Sliwicki
& Winkler con Gn Plichta et alios petitur.
Augustus &. Significamus &

Quod veniens personaliter ad Nos & Acta
Metrices Regni Cancellaria Nostræ Minoris
Nobilis Josephus Kurowski nomine et in rem
Gnosorum Joannis Sliwicki Pincernæ Terræ
Chełmensis & Dominici Winkler primi The-
sauri Regni Notarÿ meliorando priorem prote-
stationem suam solenniter in & contra Gnosos
Albertum Plichta Ensiferum Terrestrem Judicem
ac Vicecapitaneum, Stanislaum in Brenew Bre-
niewski Notarium Officiales Castrenses Sochaczo-
vienses tum Gnosam Sophiam Smidowna Gnosi
Joannis in Kretkowy Kretkowski Consortem le-
gitimam partem eidem Officio Castren Socha-
czovien adhærentem protestatus est ideo. Quia
ipsi et quidem Officium Castrense Sochaczoven
spretis Legibus publicis de observandis processibus
in executione Decretorum Tribunalitiorum San-
citis nescitur quo Jure aut facto, Decretum Judicÿ
Tribunalis Regni inter eandem Gnosam Sophiam
Szmidowna Kretkowska Vexilliferam Gostinensem
et suprascriptos Gnosos Sliwicki, Winkler, Wood
de actu Petricovice in Judicÿs ordinarÿs Generalibg
Tribunalis Regni Feria Sexta post Dominicam Re-

Ao 1702

miniscere Quadragesimalem proxima Anno ad
præsens Curenti Millesimo Septingentesimo Se-
cundo prolatum interpretando et in cognitionem
illius intrando, quo mediante Juramentum injun-
ctum est quatenus præfata Gnosa Vexillifera in Ju-
dicijs Castrensibus Capitanealibus Sochaczovien̄sibus
primis et proximis post duas Septimanas ab actu
præfati Decreti Tribunalitij computando celebran-
dis Juramentum prout Summa Duodecim Mil-
lium florenorum Polonicalium, pro qua res est ab
ijsdem Gnosis Winkler, Kiwicki & Wood neque
dum Gnoso Plaskowski priori illius Marito neq. ipsimet
Magnificæ Vexilliferæ fuerit persoluta, comprobasset,
ausi sunt Juramentum idem extra terminum et
extra Judicia Castrensia Sochaczovien̄ privatim nec
auscultante parte cujus intererat nec eadem forma
ac rotha edita quæ in Decreto Tribunalis præscripta
erat scilicet Nobilem Wood excludendo in levipendi-
um Authoritatis Judiciorum Tribunalitiorum in
grave verò damnum & præiudicium protestantium
à Gnosa Vexillifera hocce Juramentum taliter non
in termino extra Judicia ac privatim ultra Situm
protestantium quorum auscultare intererat pra-
cipue cum Nova documenta à Juramento ejusmodi
Gnosam Vexilliferam facile arcentia Solutionem
ejusdem Summæ evincentia in manibus habeant
præcipitanter et nulliter ausa est præstare Decre-
tum Tribunalis Regni convellere prout de facto
convulserunt, protestantes gravarunt. Ratione
cujus Decreti Convulsionis atq. gravaminis iterum
atq. iterum protestatur. Salvo Jure addendi, corrigen
meliorandi, minuendi in toto. Quam protestationem
manu sua subscripsit. Josephus Kurowski. Quam
ejusmodi protestationem Nos ad acta præsentia Susci-
pi, ijsdem inseri et rursus ex ejsdem descriptam
authentice parti affectanti extradi permisimus. In
quorum fidem. Actum Varsaviæ Feria Tertia post Domi-
nicam Conductus Paschæ prædicti die 25. Mensis Aprilis Anno 1702.

Relatio ejusdem Illmi Procancellarii Pri

Oblata Privilegij super munus Marschalcatus Regni Magnifico Josepho Lubomirskj.

Augustus &. Significamus &.

Quod veniens personaliter ad Nos et Acta Metrices Regni Cancellarice Nostre minoris Inōsus Joannes Zlotolinski obtulit et ad acticandum porrexit Privilegium supremi Marschalcatus Regni post obitum Magnifici Stanislai Lubomirski Supremi Marschalci Regni Magnifico Josepho comiti in Wisnicz et Jarosław Lubomirski Sacri Romani Imperij Principi Curiæ Nostre Marschalco collatum, manu Nostra subscriptum et Sigillo minoris Cancellarie Regni communitō, sanum salvum et illœsum omnig. nota suspicionis carens. Supplicatumq. Nobis est ut idem Privilegium ad acta præsentia suscipi, ijsdem inseri et versus ex ijsdem authentice descriptum, authentice partiaffectanti extradi permittere dignaremur. Cujusmodi vero Privilegij tenor qui sequitur talis. Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniæ &. Significamq &. Magnum et illustre pretium esse ipsam virtutem quæ sola omnes complectitur splendores, et sibi sufficiens ad scititiam non implorat opem non monumentis tantum clarissimorum virorum, sed præclaris majorum exemplis docemur, longe tamen enitet illa illustrius, si in theatrum producta partis iam avitisq. insistat decoribus, nec fumosis tantum contenta ceris redivivæ semper indole et majoribus coalescat incrementis. Hinc regnantium omnium dignitas summa et ornamentum habetur antiquam et splendidam Nobilitatem repetitis decoribus plus ultra cumulare, cum nec alienam Princeps amaverit sine propria virtutem nec aliena altius extulerit

Ex.

A° 1702

sine proprio decora, ejus modi censemus esse insi-
gnia erga Nos & Rempublicam merita Magnifici
Josephi comitis in Wisnicz & Jarostaw Lubomirski
Sacri Romani Imperij Principis Aulae Nae Marschal-
ci Sandomirien etc. Capitanei, qui dum majorum
suorum et Nobilissimae familiae relegit vestigia ita
semper ferventissimo de Nobis reg. publica egregia
merendi zelo ac Studio se gessit, Ut non tam à ma
joribus suis haeredibus & patriae fulcris mutuata deco-
ra quam sua virtute ijsdem Splendorem cumulare
& refundere videretur. Cujus tam praeclaris in Nos
et Rempublicam meritis regia beneficentia respon-
dendo, vacantem ad praesens Supremum Regni Marschal-
catum post obitum Magnifici Stanislai Heraclij Comi-
tis in Wisnicz & Jarostaw Lubomirski Sacri Roma-
ni Imperij Principis Supremi Regni Marschalci et Sce-
pusien Capitanei ut Successor tanti fratris aut minor
esset eidem dandum & conferendum esse duximus,
prout quidem damus & conferimus praesentibus
Literis Nostris ad extrema vitae ipsius tempora.
vel majoris dignitatis assecutionem non premio dun-
taxat virtuti debito sed regij Judicij & benevolentiae
Nostrae ad seram posteritatem singulari documento.
Cum omnibus Juribus, Jurisdictione loco, praerogati-
vis & obventionibus ad hoc munus ex antiquo Spectan-
tibus. Quod omnibus quorum interest praesentim vero
Dignitarijs Officialibus ac universae regni Nostri Nobili-
tati notum esse volentes mandamus, ut praefatum Ma-
gnificum Josephum Lubomirski ab hinc pro Vero &
Legitimo Supremo Regni Nostri Marschalco habeant
& agnoscant eiq. de loco Juribus praerogativis & ob-
ventionibus ad id munus ex antiquo spectantibus re-
spondeant. & ab omnibus responderi curent Pro gratia
Nostra regia. In quorum fidem presentes manu Nostra
subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum
Varsaviae Die Vigesima quinta Mensis Februarij Anno
Domini Millesimo Septingentesimo Secundo. Regni
vero Nostri quinto Anno. Augustus Rex. Locus Si-
gilli Minoris Cancellariae Regni. Marschalcatus Rni

Supremus post obitum Magnifici Stanislai Lubomirski Supremi Regni Marschalci Magnifico Josepho Lubomirski Curiæ Regni Marschalco confertur. Joannes Casimirus Odolski Sacræ Regiæ Mattis Secretarius. Cui Supplicationi uti iustæ ac legitimæ Nos benigne annuentes præinsertum Privilegium s. Cujus Originale idem Offerens denuo ad se recepit et de recepto Cancellariam Nostram quietavit s. ad acta præsentia Suscipi, ijsdem inseri et rursus ex ijsdem descriptum authentice parti affectanti extradi permisimus. In quorum &c. Actum Varsaviæ Feria Tertia post Dominicam Misericordiæ proxima Die scilicet Secunda Mensis Maij Anno Domini Millesimo Septingentesimo Secundo.

Relatio ejusdem Illustrissimi & Excellentissimi Dni. D. Prosancelly Rni.

Villa Chirzo cum area Wizyn Gnoso Nidecki confertur.

Augustus &. Significamus &

Ex. Quomodo coram Nobis & Actis Metrices Regni Cancellariæ Nostræ minoris personaliter comparens Nobilis Henricus von Szmeling Secretarius Noster a foro suo quovis proprio & Iurisdictione sua competenti recedendo huic autem Iurisdictioni Nostræ Regiæ quo ad hunc duntaxat actum attinet se cum persona & bonis suis subjiciendo & incorporando sanus mente & corpore existens palam sponte libere benevole ac per expressum recognovit & præsentibus recognoscit. Quia ipse bona Schelmul dicta in fundo Olivensi exædificata & consistentia prope Civitatem Gedanensem in Prussia nec non Civitatis Gedanensis existentia ex censu annuo per Nobilem Carolum Dyringshoven Patricium Gedanensem extructa & exædificata pro summa viginti Duorum Millium florenorum monetæ & numeri in Prussia Curren, numerando unum florenum quing. Sextonibus, Sextonem autem cusum argenteum grossis Sex sibi recognoscenti in Anno Domini Millesimo Sexcentesimo nonagesimo nono vendita & per præfatum Nobilem Dyringshoven cessa, cum omnibus eorundem bonorum usibus, fructibus emolumentis structuris, ædificijs piscinis, braxatorio molendinis, censitis dationibus pratis campis, propinationibus, ad eadem bona Schelmul dicta ex antiquo pertinentia & spectantia, nec non pecoribus, pecudibus, equis, totaq. suppellectili ibidem existenti. Iam ex nunc & defacto Nobili Iustinæ Ludovicæ z Bochenkowiczow Consorti Suæ charissimæ proliq. ex eadem secum recognoscen suscepte, dedit, donavit, cessit, & resignavit, prout præsentibus dat, donat cedit & resignat temporibus perpetuis. Ad habendum, dandum, alienandum, & in usus quosvis beneplacitos suos convertend tenendum, utifruendum. Nihil pro se iuris, coloris, prætensionis, ad eadem bona reservando aut quomodocunq. excipiendo, verum totum & omne Ius suum, quod sibi serviebat & servire potest in personam prælibatæ Nlis Consortis suæ liberorumq. suorum transferendo ac derivando. Evictionem omnimodam iuxta præscriptum Iuris

inscribendo, in forma Iuris solennissima. In super Intromissionem per Nobiles Duos & Ministerialem Regni generalem quemvis, quovis tempore dandam admittit, nec per se aut quasvis subordinatas perso: nas prædeciturum submittit & inscribit. Hac sua personali recognitione ad præmissa mediante. In forma alias Donationis de Iure plenissima & perfe: ctissima, Quam ejusmodi Inscriptionem manu sua subscripsit. Henrich von Schmelingve & Quam ejusmo: di donationis Inscriptionem modo præmisso factam Nos ratam & firmam habentes haberiq. ab omnibus volentes ad acta præsentia susciꝑi, ijsdem inseri & rursus ex ijsdem descriptam authentice parti affe ctanti extradi permisimus. Inquor & Actum. Relatō ut sup.

Roborat Recognitionem suam Gnosus Josephi Lubanski Augustus & Significamus &

Quomodo coram Nobis actisq; Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Minoris personaliter comparens Gnósus Ioannes Josephus Lubanski sanus mente & corpore existens à foro, terris Districtibus Iurisdictionesq; sua quavis propria & competenti recedendo huic autem Nostræ Iurisdictioni Regiæ quo ad hunc duntaxat actum se cum persona & bonis suis summisq. ubivis locorum existentibus incorporando, et Subjciendo palam sponte libere benevole ac per expressum recognovit et præsentibq recognoscit. Quia ipse recognitionem suam Die decima quinta Mensis Maij Anno præsenti hic Varsaviæ conscriptam & manu sui recognoscentis subscriptam Famato Simoni Minaszewicz Mercatori & Civi Antiquæ Varsaviæ servientem in omnibus ejusdem recognitionis clausulis punctis nexibus ligamentis conditionibus totoq. ejus tenore non aliter ac si hic de verbo ad verbum inserta esset recognitionem eandem ad præsentem inscripti:

onem roboratoriam et è contra Inscriptionem ad recognitionem referendo approbat confirmat ratificat, eamq. in toto & in minima parte tenere complere eidemq. totaliter satisfacere se et suos quosvis Successores de bonis Suis generaliter omnibus mobilibus & immobilibus Summisq. quibusvis pecuniarjs inscribit Submittit & obligat, idq. sub vadio Centum Imperialium in Specie per se et Successores Suos casu contraventionis inscriptioni presenti succumbendo. Pro quo quidem Vadio ac re ipsa principali et eadem recognitione roboratoria non completa nihilominus complenda ad quodvis Judicium Citatus existens in primo Citationis termino, Stare parere respondere tenebitur. Hac sua personali recognitione ad premissa mediante. In forma alias roboratorie Inscriptionis de Jure plenissima & perfectissima. Quam ejusmodi Inscriptionem roboratoriam manu sua Subscripsit. Jan Jozef Lubanski. Quam ejusmodi roboratoriam Inscriptionem modo premisso factam nos ratam & firmam habentes haberiq. ab omnibus volentes ad acta presentia suscipi, ijsdem inseri & rursus ex ejsdem descripta authentice parti affectanti extradi permisimus. In quor.m Fidem Relatio ut supra.

Subdapiferatus Terræ Bielscen Gnoso Martino Wyszynski confertur.

Augustus &c. Significamus &c.

Quod veniens ad Nos et Acta Metrices Regni Cancellariæ Nostræ minoris Gnosus Felicianus Hołowek obtulit & ad acticandum porrexit Literas infrascriptas. Supplicatumq. Nobis est ut easdem ad acta præsentia suscipi, ijsdem inseri, et extradi permittere dignaremur. Earundem vero Literarum tenor est qui sequitur talis. Augustus Secundus D.G. Gratia Rex Polonicæ Magnus Dux Lithuæ &. Significamus &. Quæ virtuti et benemeritis debentur præmia ea Generoso Martino Jathrzyk Wyszynski de Wyszenk tribuenda esse existimavimus, cujus non solum avita Domus

dignitas, sed etiam morum et probitatis omnisq. Virtu-
tis Splendor probataq in varijs occasionibus & contra
varios reipublicæ hostes in Campo Martio continuata
dexteritas ac fortitudo singularem semper nostrum
ac Reipublicæ meretur respectum ac proinde gratiam
Nostram ipsi præstare cupientes faciendum esse du-
ximus ut vacantem ad præsens Subdapiferatum
Terræ Bielscensis post obitum olim Gnosi Adami Skiwski
ad manus & dispositionem Nostram devolut ipsimet
dandum & conferendum esse duximus prout quidem
damus & conferimus præsentibus Literis Nostris cum
omnibus ejusdem muneris Juribus immunitatibus,
prærogativis obventionibusq. eo antiquitus spectan-
tibus tenendum habendum, et obeundum ad extrema
usq. vitæ sue tempora vel majoris alicujus digni-
tatis assecutionem. Quod omnibus quorum interest præ-
cipue vero Senatoribus Dignitarijs Officialibus totiq.
Nobilitati Palatinatus Podlachiæ & Terræ Bielscensis
ad notitiam deducentes mandamus, quatenus iam
exnunc prænominatum Gnosum Martinum Wysynskei
pro vero & legitimo Subdapifero Terræ Bielscen habeant
& agnoscant eidemq. de loco titulo Juribus immunita-
tibus prærogativis obventionibus et ipsi respondeant & ab
alijs responderi curent. Pro gratia Nostra Regia. In quo-
rum fidem præsentes manu Nostra subscriptas Sigillo
Regni communiri iussimus. Datum Varsaviæ Die
Sexta Mensis Martij Anno Domini Millesimo Septingente-
simo Secundo. Regni vero Nostri Anno Quinto Augustus
Rex Locus Sigilli Minoris Cancellariæ Regni. Subdapi-
feratus Terræ Bielscensis post fata olim Gnosi Adami
Skiwski Gnoso Martino Jatbrzyk Wysynski confertur.
Joannes Casimirus Adolski Sræ Rgæ Mtis Secretarius.
Cui Supplicationi uti iustæ ac legitimæ Nos bení-
gne annuentes preinsertas Literas / quarum Origina-
le idem Offerens denuo ad se recepit et de recepto Can-
cellariam Nostram quietavit / ad acta præsentia Su-
scipi ijsdem inseri & rursus ex ejsdem descriptas
authentice parti affectanti extradi permisimus.
In quorum fidem &. Actum Varsaviæ ut supra

Relatio ejusd Illmi Procancellarij Rni

N° 1702

Nobiles Gronkowskie Coniuges Recognitionem suam ratificant. Augustus &. Significamus &.

Quomodo coram Nobis & Actis Metrices Regni Cancellaria Nostre minoris personaliter vpo. comparentes Nobiles Ioannes Gronkowski Causarum Patronus et Eva Coniuges legitimi sani mente & corpore existentes a foro & Iurisdictione sua quavis propria & competenti recedendo huic autem Nostre Regie quo ad actum præsentem et infrascripta tantum attinet se subjiciendo et incorporando maritus ipse Consors vero ejusdem in mariti præfati sui uti Tutoris Coniugalis assistentia palam, sponte, libere, benevole ac per expressum recognoverunt & præsentibus recognoscunt. Quia ipsi recognitionem suam hic Varsavie scriptam et manibus Suis subscriptam die decima nona mensis Junij Anno Domini Millesimo Septingentesimo Primo Vadioq. Mille Quingentorum florenorum polonicalium vallatam, in omnibus ejusdem recognitionis punctis clausulis nexibus conditionibus ligamentis, totoq ejus tenore non aliter ac si hic de verbo ad verbum inserta et per eosdem recognoscentes Scorsiva Inscriptione Officiosa recognita esset, Inscriptionem eandem seu membranariam Obligationem ad præsentem inscriptionem roboratoriam et è contra Inscriptionem ad membranariam Obligationem referendo, approbant, confirmant ratificant eamq. in toto & in minima parte tenere complere illiq. totaliter satisfacere de bonis Suis generaliter omnibus mobilibus & immobilibus, Summisq. pecuniarijs se et suos Successores inscribunt & Obligant. Idq. sub Vadio supraspecificato Mille Quingentorum florenorum polonicalium Currentis in Regno monetæ casu contravention is præsenti Inscriptioni roboratoriæ in toto vel in quavis illius parte per se et Successores Suos de integro irremissibiliter ad Solvendum Succumbendo. Pro quo quidem vadio ac re ipsa ex Recognitione roboratoria completa nihilominus complenda ad Judicium competens cui ex personis et bonis Suis subsunt ijdem Recognites

Suis cum Successoribus citati existentes in primo-
Citationis termino quem sibi peremptorium assignat
comparere respondere stare non tuendo se ullis le-
gum auxilijs et exemptionibus dilationibus prote
stationibus, appellationibus, aljsq quibusvis præ-
sis diffugijs etiam appellationum prosecutionibus, iu-
dicatum Judicij illius ad quod citati fuerint illiusq
executionem pati, Vadium Succubitum in instanti-
reponere et nihilominus eo Soluto rei principali pro
qua citabuntur in toto et in quavis ejus parte Satis
facere tenebuntur. Hac sua personali recognitione.
ad præmissa omnia mediante. In forma alias robo-
ratoria Inscriptionis de Jure plenissima et perfectissima
Quam ejusmodi inscriptionem roboratoriam manib,
Suis prædicti recognoscentes Subscripserunt. Joannes
Gronkowski: Ewa Gronkowska. Quam ejusmodi robo
ratoriam Inscriptionem modo præmisso factam
Nos ratam et firmam habentes haberiq ab omni-
bus volentes ad acta præsentia Susciþi, ijsdem in-
seri et de ejsdem describtam authentice parti asse
cti extradi permisimus. In quor Actum ut supra

Relatio ejusdem Illmi & Excellmi Dni
Domini Procancellarij Regni.

Sacra & Serenissima Majestas.
Augustus Secundus Rex Polonia
Cracoviam discessit, ob cujus absentiam
nihil per tres menses Susceptum.

Actum Varsaviæ Feria Quarta
ante Festum Exaltationis S.
Crucis proxima. Die videlicet
decima tertia Mensis Septem-
bris Anno Domini Millesimo
Septingentesimo. Secundo.

Post felicem Sacræ Regiæ Majes-
tatis adventum.

Aº 1702.

Ad Relationem ejusdem Illustrissimi & Excellentissimi Dñi, Domini Caroli Comitis de Tęczyn & Czekarzowice Tarło, Procancellarÿ Regni. Palatinatus Calissien Gnōso Matthiæ Radomicki confertur.

Augustus &. Significamus &.

Quod veniens personaliter ad nos et acta Metrices Regni Cancellariæ Minoris Gnōsus Joannes z Piaskú Piasecki obtulit et ad acticandum porrexit, Literas Privilegÿ Nostri Super Palatinatum Calissien Mágco Matthiæ Radomicki Castellano Calissiensi post obitum Mágci Lipski Palatini Calissien eidem collatum manu Nra Regia Subscrias et Sigillo Minoris Cancellariæ Regni communitas, Sarias, Salvas, et illæsas, omnig Suspicionis nota carentes. Supplicatumg Nobis est ut easdem ad acta præsentia Suscipi ÿsdem inseri et rursus ex ÿsdem descriptas authenticè parti affectanti extradi permittere dignaremur. Earundem vero Literarum tenor est qui sequitur talis. Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus &. Significamus præsentibus &. Etsi ea sit conditio Virtutis, ut pro magno ipsa sibi sufficiat præmio suog abunde contenta Splendore adventitÿs decorum atg. dignitatum illustrari minus egeat luminibus, eum tamen cum apud Divos Prædecessores Nostros tum et apud Nos morem frequentatum observatione laudabilis sancivit usus, ut eos qui vetusta eximiorumg. in Reges et Rempublicam fertilissima meritorum orti propagine heroicis facinoribus non degeneris sese præstando, Posteros facta majorum præclara et virtutes sibi fecerunt hereditarias, omnibus honorum et dignitatum ornamentis condecorare non ÿtermittamus. Eorum in numero Magnificum Matthiam Radomicki Castellanum Calissien censemg, qui ea ÿgenitg familia, quæ illustres Sago togag. Viros continua ÿ diurnitate

Seculorum

Sæculorum memoriam Reipublicæ suppeditave non
desijt, parum ratus sibi decoris inde eveniße ne ipso
quoq; Radomiciane Virtutis genuinus factus hæres
se majorum Suorum Summis in Regno dignitatibus
atq; Officijs gestis illustrium verum declaraßet Succeßo-
rem. Nulla ab ipso occasio pacis belliq; tempore præter-
mißa fuit qua non boni & Patriæ amantis civis offici-
um testatus fuerit. In Conventionibus publicis non nisi
optimorum partem secutus illaq; consilia est amplexus
quæ cum salute Reipublicæ coniuncta esse adverteret.
In his vero periculorum circumstantijs et turbido
rerum Statu, plerisq; male animatis patriæ civibus
exemplo bono præiuit, et ad publicam defensionem
tuitionemq; Majestatis Nostræ ac libertatis concives
suos forti zelu inconcußa fide et illibato candore fe-
liciter disposuit. Hunc itaq; Magnificum Matthiam
Radomicki Castellanum Calißiensem dignum quem
lateri Nostro propius admoveremus, atq; eidem Pala-
tinatum Calißiensem post nupperrimum obitum
Magnifici Felicis Alexandri Lipski Palatini Calißi-
ensis vacantem dispositionig; Nostræ obnoxium dave-
mus et conferremus. Prout quidem præsentibus Li-
teris Nostris cum omnibus cum omnibus & singu-
lis Juribus, prærogativis et immunitatibus ad eun-
dem spectantibus et pertinentibus damus et confe-
rimus tenendum, gerendum ac obeundum ad ex-
trema vitæ ejus tempora vel majoris alicujus digni-
tatis assecutionem. Quod omnibus et singulis quorum
interest præsertim vero Dignitarijs Officialibus univer-
sæq; Nobilitati Palatinatus Calißiensis, notum esse
volentes mandamus, ut prædictum Magnificum
Matthiam Radomicki Castellanum Calißiensem ab
hinc pro vero et legitimo Palatino Calißiensi habeant,
observent, et agnoscant, eiq; de loco Juribus et præro-
gativis huic dignitati competentibus respondeant
et ab alijs responderi curent pro gratia Nostra Regia
et Officiorum suorum debito, In quorum fidem præsen-
tes manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri
jußimus. Datum in Castris Nostris ad Vistulam et San

Aº 1702:

fluvios Die trigesima prima mensis Augusti Anno Domini Millesimo Septingentesimo Secundo Regni vero nostri Anno Sexto Augustus Rex. Locus Sigilli minoris Cancellariæ Regni, Palatinatus Calissiensis post obitum Magnifici Felicis Alexandri Lipski Palatini Calissiensis Magnifico Matthiæ Radomicki Castellano Calissiensi confertur. Joannes Casimirus Odolski Sacræ Regiæ Mattis Secretarius. Cui Supplicationi uti iustæ ac legitimæ Nos benignè annuentes præinsertas Privilegij Nostri Literas, quarum originale idem Offerens denuo ad se recepit et de recepto Cancellariam Nostram quietavit / ad acta præsentia Suscipi, ijsdem inseri et rursus ex ejsdem descriptas parti affectanti extradi permisimus. Inquius Actum Varsaviæ &. Relatio ejusdem ut supra &

Castellanatus Gnesnensis Gnóso Andreæ Alexandro Radomickj confertur. Augustus &. Significamus &.

Ex. QUod veniens personaliter ad Nos et acta Metrices Regni Cancellariæ nostræ Minoris Generosus Joannes z Piasku Piasecki obtulit et ad acticandum porrexit Literas Privilegij super Castellanatum Gnesnensem post obitum Magnifici Poninski Generoso Andreæ Alexandro Radomicki Naklensi Osiecensi Capitaneo collatum manu nostra subscriptum et Sigillo Minoris Cancellariæ Regni communitum Sanas salvas et illæsas omnibus notæ suspicionis carentes Supplicatumq. Nobis est ut easdem ad acta prntia suscipi, ijsdem inseri et rursus ex ejsdem descriptas authentice parti affectanti extradi permittere dignaremur. Earundem vero Literarum tenor est qui sequitur talis. Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Russiæq. Significamus. Cam esse veram solidamq. nominis gloriam quæ avito consociata splendori propriis etiam Virtutum ornamentis. Utraq; hac excellit Gnósus Andreas.

Alexander Radomicki Naklensis Osiecensis Capitaneus Noster, nam et genus illi vetustum haud interrupta temporum serie præstantissimis in hac republica functionibus clarum, et ipsemet pariter non degenerem à majoribus suis referendo animum nihil intentatum relinquit in quo singularis ipsius Virtus inconcussa in Principes suos fides & integritas, rara in obeundis quibusvis Reipublicæ Negotijs prudentia et dexteritas Solido incorruptoq. iudicio coadunata, promptum denq. et indefessum in promovendo bono publico Studium cum alias tum præcipuè in his periculorum circumstantijs et turbido rerum Statu non eluceret, adeo ut dignum iudicaremus, cui ad ulteriores præclaras actiones suscipiendas & patriæ functiones obeundas tanto commodiorem aditum aperiendo Castellanatum Gnesnensem post decessum Magnifici olim Hieronymi Porinski vacantem et ad dispositionem Nostram regiam devolutum daremus & conferremus, utiquidem præsentibus Literis Nostris cum omnibus Juribus, prærogativis et obventionibus de lege et consuetudine ad eundem spectantibus damus & conferimus tenendum gerendum ac obeundum ad extrema vitæ suæ tempora vel majoris alicujus dignitatis assecutionem. Quod omnibus & singulis quorum interest, præsertim vero Dignitarijs Officialibus universoq. Nobilitati Posnaniensis & Calissiensis Palatinatuum notum esse volentes mandamus, ut predictum Generosum Stridream Alexandrum Radomicki ab hinc pro vero & legitimo Castellano Gnesnensi habeant reputent, observent & agnoscant eiq. de loco Juribus prærogativis & obventionibus respondeant et ab alijs responderi curent. Prograția Nostra Regia & Officiorum suorum debito. In quorum fidem præsentes manu Nostra Subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum in Castris ad Sandomiriam Die Decima Sexta Mensis Augusti Anno Domini Millesimo Septingentesimo Secundo. Regni Nostri Sexto Anno Augustus Rex Locus Sigilli Minoris Cancellariæ Regni. Castellanatus Gnesnensis post obitum Magnifici Porinski Gnoso Andreæ Alexandro Radomicki Naklen Osiecen Capneo

A°. 1702.

confertur. Joannes Casimirus Odolski Sacræ Regiæ Mtis Secretarius. Cui Supplicationi uti iustæ ac legitimæ Nos benigne annuentes præinsertas Privilegij Suprascripti Literas s. quarum Originale idem offerens denuo ad se recepit & de recepto Cancellariam Nram quietavit s. ad acta præsentia suscipi ijsdem inseri & ex eisdem rursus descriptas authenticè parti affectanti extradi permisimus. In quorum &c. Actum &c. Relatio ut supra &c.

Tribunatus Wschovensis Generoso Maximiliano Slichtynk confertur.

Augustus &c. Significamus &c.

vp. Oblatas esse ad acta Cancellariæ Nostræ minoris Literas infrascriptas. Supplicatum Nobis est ut eadem ad acta præsentia suscipi, ijsdem inseri permittere dignaremur. Earundem vero Literarum tenor sequitur et est talis. Actum in Castro Wschovensi Sabbatho post Festum Visitationis Beatissimæ Mariæ Virginis proxime Anno Domini Millesimo Septingentesimo Secundo. Ad Officium & acta præsentia Castrensia Wschovensia personaliter veniens Nobilis Joannes Zydecki Gnosi Maximiliani Slichtynk famulus nomine ejusdem Domini sui obtulit officio præsenti ad acticandum et actis hisce ingrossandum Privilegium super munus Tribunatus Terræ Wschovensis eidem Generoso Domino Suo à Serenissima Regia Mtate benigne collatum manu propria ejusdem Sacræ Regiæ Mtis subscriptum Sigillo minori Cancellariæ Regni communitum sanum salvum, & illæsum omnique suspicionis nota, prout ex ipso apparebat cavens. Cujus tenor est qui sequitur talis. Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniæ &. Significamus &. Quia nos vacante ad præsens Tribunatu Districtus Terræ Wschovensis post mortem Gnosi Hieronymi Bronikowski illius ultimi et immediati possessoris ad dispositionem Nostram regiam devoluto faciendum esse duximus ut idem munus Tribunatus Wschovensis Gnoso Maximiliano Slichtynk clarissimi generis inconcussaque erga Nos fide insigni et

de Republica meritissime Civi daremus et conferremus prout quidem præsentibus Literis Nostris cum omnibus Juribus prærogativis libertatibus immunitatibus loco et obventionibus ad idem munus de legum præscripto et usu recepto spectantibus damus et conferimus per eundem Generosum Slichtynk tenendum gerendum ac obeundum ad extrema vitæ ipsius tempora vel majoris alicujus Officij sive dignitatis assecutionem. Quod ad notitiam omnium quorum interest præsertim vero Dignitariorum Officialium totiusq: equestris Ordinis Palatinatuum Posnanien: et Calissien: Districtusq: Wschovens deducendo mandamus ut prædictum Gnosum Maximilianum Slichtynk pro vero & legitimo Tribuno Districtus Wschovensis habeant et agnoscant, eidemq: de loco Juribus prærogativis & obventionibus idem munus concernen: respondeant et ab omnibus responderi curent. Pro gratia Nostra In quorum fidem præsentes manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Cracoviæ Die quarta mensis Julij Anno Domini Millesimo Septingentesimo Secundo Regni Nostri Sexto Anno. Tribunatus Wschovensis post fata Gnosi Bronikowski Gnoso Maximiliano Slichtynk confertur Joannes Casimirus Odolski Sacræ Regiæ Mtis Secretarius. Locus Sigilli Minoris Cancellariæ Regni Augustus Rex Post cujus quidem Privilegij modo suprascripto præinsertum ingrossationem originale ipsius idem Offerens denuo ad se recepit et de recepto Officium præsens. & Cancellariam ejus quietavit quietatq: præsentibus. Locus Sigilli Castren: Wschovensis. Ex Prothocollo Castren: Wschoven: extradit. Correxit Ktossowski. Quas quidem Literas inhærendo Supplicationi prædictæ, quarum originale idem Offerens denuo ad se recepit et de recepto Cancellariam Nostram quietavit Nos ad acta præsentia suscipi, ijsdem inseri & rursus ex ejsdem descriptas authentice parti affectanti extradi permisimus. In quorum &c.

Relatio ejusd: Illmi & Excell: D. Procancellarii

A° 1702.

Castellanatus Gnesnensis Generoso Adamo Gruszczynskj confertur.

Augustus &. Significamus &.

Quod veniens personaliter ad Nos & Acta Metvices Regni Cancellariæ Nostræ Minoris Gnōsus
Ex. Samuel Gruszczynski obtulit et ad acticandum por
rexit Literas Privilegÿ super Castellanatum Gnesnen
Gnōso Adamo Gruszczynski Castellano Naklensi à
Nobis eidem benigne collati et manu Nostra Subscri
pti Sigillogꝫ. minoris Cancellariæ Regni communiti
Sanas Salvas ac illæsas omniq; suspicionis nota ca:
rentes. Supplicatumq; Nobis est ut easdem Literas
ad acta præsentia suscipi, ÿsdem inseri et versus
ex ejsdem descriptas authentice parti affectanti
extradi permittere dignaremur. Earundem vero
Literarum tenor est qui sequitur talis. Augustus
Secundus Dei gratia Rex Polonie Magnus Dux
Lithuaniæ Russiæ Prussiæ &. Significamus &ª
Ea est ordinis Senatorÿ gravitas et amplitudo ut ad
sustinendam eandem Viros probos Consiliorum capa:
ces ac in primis qui ortum & genus Suum ex ea
trahunt familia, quæ in Republica hac per varios
Officiorum & dignitatum gradus gloriam sibi et suis poste:
ris paravit eligendos censeamus. Cum itaq; Generosus
Adamus Gruszczynski Castellanus Naklensis exami:
ni magnitudine, ætate, Consilio et insigni prudentia
præstet abÿsq; majoribus procedat qui a multis retro
actis sæculis variÿs Officiÿs & Dignitatibus eximi:
isq; in Rempublicam Serenissimos q; Antecessores
Nostros meritis enituerunt tum demum Nobismet
ipsis Singulari fide, celebri zelo, et candore commen:
datissimus sit dignum iudicavimus, quem è mi:
nori Subsellio ad altius promoveremus, eidemqué
Castellanatum Gnesnensem post Ascensum Magci
Alexandri Andreæ Radamicki ad Castellanatum
Calissiensem vacantem et ad dispositionem Nostram
devolutum daremus et conferremus prout quidem

præsentibus

præsentibus Literis Nostris cum omnibus Juribus prærogativis obventionibus de lege et consuetudine ad eundem spectantibus damus & conferimus tenendum gerendum ac obeundum, ad extrema vitæ suæ tempora vel majoris alicujus dignitatis assecutionem Quod omnibus quorum interest præsertim vero Dignitarijs Officialibus totiq. Nobilitati Posnaniensis & Calissiensis Palatinatuum notum esse volentes mandamus ut prædictum Generosum Adamum Gruszczynski Castellanum Naklensem ab hinc pro vero et legitimo Castellano Gnesnensi habeant et agnoscant eiq. de loco Juribus, prærogativis et obventionibus universis respondeant et ab alijs responderi curent. Pro gratia Nostra Regia & Officiorum suorum debito. In quorum fidem præsentes manu nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ die decima quinta Mensis Septembris, Anno Domini Millesimo Septingentesimo Secundo. Regni Nostri Anno Sexto. Augustus Rex Locus Sigilli minoris Cancellariæ Regni Castellanatus Gnesnensis post ascensum Magnifici Radomicki Generosi Adami Gruszczynski Castellani Naklensi confertur. Joannes Casimirus Odolski Sacræ Regiæ Majestatis Secretarius. Cui Supplicationi uti justæ ac legitimæ Nos benigne annuentes præinsertas literas [quarum originale idem offerens denuo ad se recepit & de recepto Cancellariam Nostram quietavit] ad acta præsentia suscipi, ijsdem inseri et rursus ex ejsdem descriptas authentice parti affectanti extradi permisimus. ~

Actum Varsaviæ Feria Quarta in Vigilia Festi Sancti Mathæi Apostoli & Evangelistæ die scilicet Vigesima Mensis Septembris Anno Domini Millmo Septingentesimo Secundo. Regni vero Nri 6to V.

Relatio ejusdem Illmi & Exmi Dni D. Prosancellarij Regni

A° 1702.

Magnifica Biclinska roborat Contractum Arendatarium cum Generoso Jackowski concluſum Augustus & Significamus &.

Quomodo coram Nobis & Actis Metrices Rñi Cancellariæ Nostræ minoris personaliter com: parens Illustris & Magnifica Domina Ludovica. Zelorsztynow Marschalca Curiæ Regni Czernẽ Margeburgẽ, Tucholiensis Osiecensis &. Capita: nei Consors legitima sana mente & Corpore exi: stens, recedendo à Terris, Districtibus, foro, Ju: risdictioneq; Sua quavis propria, & competenti hu: ic autem nostræ Regiæ iurisdictioni quo ad actum præsentem & infrarecognoscenda attinet se cum persona & bonis suis Subijciendo in assistentia Illustris & Magnifici Stanislai de Raciborsko Morsztyn Palatini Masoviæ amici Sui ad hunc actum assumpti palam sponte libere be: nevolè, ac per expressum recognovit & presen: tibus recognoscit. Quia ipsa Contractum arenda: tarium Capitaneatus Tucholiensis vigore Consen: Nostri Regij de data in Putawy die Septima Men: sis Septembvis Anno Domini Millesimo Septin: gentesimo Secundo emanati cum Generoso Georgio Jackowski Leoburgẽ & Bytoviensi Capitaneo Et Elisabetha Coniugibus per se recognoscentem & Illustrem et Magnificum Maritum Suum Gedani die trigesima Mensis Junij, Anno pre: senti confectum, manibusq; suis proprijs & Illustris & Magnifici Palatini Masoviæ Sub: scriptum & per Illustrem & Magnificum Mar: schalcum Curiæ Regni maritum suum actis Castrensibus Czernensibus coram Generoso Gaspa: ro Pilik Subdelegato Die vigesima Quinta Mensis

Augusti quæ erat Feria Sexta in crastino Festi
Sancti Bartholomæi Apostoli & Martyris Anno
præsenti Millesimo Septingentesimo Secundo ro-
boratum atq; vadio centum millium floreno
rum moneta in Prussia Currentis vallatum in
omnibus prædicti Contractus contentis punctis
clausulis articulis, nexibus conditionibus et li-
gamentis, totoq; ejus tenore non aliter ac si hic de
verbo ad verbum insertus et per eandem Scorsiva
Inscriptionè ~ Officiosa recognitus esset, Contra-
ctum eundem ad præsentem Inscriptionem ro-
boratoriam et è contra Inscriptionem ad Contra-
ctum referendo approbat confirmat ratificat[a],
cumq; in toto & in minima parte illius tenere
complere illiq; totaliter satisfacere obligat & inscri-
bit. Idq; sub vadio supraspecificato casu contra-
ventionis præsenti Inscriptioni roboratoriæ
irremissibiliter ad solvendum succumbendo
Hac sua personali recognitione ad præmissa
omnia mediante. In forma alias roboratoriæ
Inscriptionis de Jure firmissima & perfectissima
Quam ejusmodi Inscriptionem roboratoriam
manu sua propria Magnifica recognoscens Sub-
scripsit. L. Bielinska M.t. Stanislaus Morsztyn
Palatinus Nazvid[ie] ~ Quam ejusmodi Inscri-
ptionem roboratoriam modo præmisso factam
Nos ratam & firmam habentes habericq; ab
omnibus volentes ad acta præsentia suscipi, ijs-
dem inseri et ex ejsdem descriptam authentice
parti affectanti extradi permisimus. Inquorum
Actum ut supra. Relatis ejus[dem] Illrmi Procan[te] Rni

Magcus Radomicki Castellanus
Calisien & Thosus Andreas Dąbski
Contractum in[n] se initt confirmant
Augustus &. Significamus &

A° 1702.

v.p. Quod coram nobis actisq. Cnetrices Regni Cancellariæ Nostræ Minoris personaliter comparentes Magnificus Andreas Alexander Radomicki Castellanus Calissiensis. et Naklensis Osiècen. Capitaneus Noster ex una & Generosus Andreas de Lubraniec Dębski Vexillifer Brzestensis Cuiavièns. ex altera partibus, sani mentibus & corporibus existentes recedendo à Terris Districtibus, foro, & Jurisdictione sua quavis propria & competenti huic autem Nostræ Regiæ Jurisdictioni quo ad actum infrascriptum attinet se cum personis et bonis suis subjciendo & incorporando palam sponte libere benevole ac per expressum recognoverunt et quilibet eorum suo pro interesse recognovit. Quia ipsi Contractum certum inter se recognoscentes mutuo & adinvicem die hodierna in actu contenta hic Varsaviæ Die vigesima secunda mensis Septembris Anno Domini millesimo Septingentesimo Secundo confectum manibusq. suis propriis subscriptum in omnibus ejusdem Contractus contentis punctis clausulis, articulis nexibus conditionibus & ligamentis, totoq. ejus tenore non aliter, ac si hic de verbo ad verbum insertus et per eosdem recognoscentes scorsivis Inscriptionibus Officiosis recognitus esset, Contractum eundem ad præsentem Inscriptionem roboratoriam & è contra Inscriptionem ad Contractum referendo approbant confirmant, eumq. in toto et in quavis etiam minima parte illius tenere complere illiq. quisq. pro suo interesse totaliter satisfacere de bonis suis generaliter omnibus sese submittunt et obligant. Idq. sub Damnis Terrestribus Simplici assertione taxandis per se recognoscentes casu contraventionis præsenti Inscriptioni roboratoriæ ad Solvendum succumbendis. Pro quibus quidem Damnis ac re ipsa ex Contractu

roboratorio non completa nihilominus tamen com:
plenda ad Officium seu Judicium quodvis compe:
tens Regni ejdem Recognoscentes citati existentes
mediante ut supra à propris foro recessu in pri:
mo Citationis termino quem sibi peremptorium
assignant comparere, stare, respondere nec tu:
endo se ullis Legum auxilijs et exemptionibus di:
lationibus, iudicatum officij seu Judicij illius
ad quod citati fuerint illius executionem pati
& damna solvere, nihilominus ijs solutis rei
principali pro qua citabuntur in toto et in quavis
minima parte satisfacere tenebuntur prout
se inscribunt & obligant. Hac sua personali reco:
gnitione ad præmissa mediante. In forma alias
Inscriptionis Roborat ovid de Jure plenissima &
perfectissima. Ejusmodi autem Inscriptionem
manibus suis proprijs subscripserunt. Alexander
Andreas Radomicki Nakleń Osiecen Capitaneus ꝛ.
Andrzey z Lubranca Dambski Chorąży Brzyski
Kuiawski. Quam ejusmodi Inscriptionem robora:
toriam modo præmisso factam nos ratam firm.
manq. habentes haberiq. ab omnibus volentes
ad acta præsentia suscipi, ijsdem inseri et rur:
sus ex ejsdem descriptam authentice parti
affectanti extradi permisimus. In quorum fidem.
Actum Varsavie Feria Sexta post Festum
Sancti Mathei Apostoli & Evangelistæ proxi:
ma Die videlicet vigesima Secunda Mensis
Septembris Anno Domini Millesimo Septingentesimo 2do.

Relatio ejusdem Illmi Procancellarii.

Oblata Literarum pro parte
Mcie Konopacka Castellane Culmen
sis
Augustus &. Significamus &.
Quod veniens personaliter ad Nos et Acta vp.
Metrices Regni Cancellarie Nostre Minoris ꝛ

Ao 1702.

Venerabilis Antonius Samuel Rexin obtulit et ad acticandum porrexit Literas infrascriptas. Supplicatumq. Nobis ut easdem ad acta praesentia Suscipi ijsdem inseri et ex ejsdem descriptas authentice extradi permittere dignaremur. Earundem verò Literarum tenor est qui sequitur talis. Ia Ziey podpisany daię to Submissią moią Jasnie Wielmoznev Imci Pani Barbarze z Kryszpinow Konopackiey Kasztelanowey Chełminskiey Małżonce moiey ze lub Imć na transakcie rozne na zaciągnienia dla potrzeb naszych pieniędzy propter Securitatem contrahentium podpisuie się tak w Grodach iako tez na rocznych Cyrografach. Do płacenia iednak tych wszytkich długow tak za żywota mego iako tez y post fata mea nie będzie należała ex massa Swoiey ktorą tu wniosła fortuny albo ktorą odemnie na osobę Swoią ma zapisaną, ale ieżeli bym ich za żywota mego niewypłacił tedy z własney Substancicy moiey wypłacone będą być powinny, ani Successorowie moi do tego pociągać Ieymci nie będą mogli. sub vadio dwudziestu Tysięcy o ktore in casu contraventionis, renunciando wszelkim prawa beneficij fori z sobą y z niemi w Grodzie Skarszewskim zapisuie percmptorium. Na co się dla większey Wagi podpisuią. Działo się w Rynkowie dnia pierwszego Novembra Anno Millesimo Sexcentesimo Nonagesimo nono. Stanisław Konopacki Kasztelan Chełminski Cui Supplicationi uti iuste ac legitimè nos benigne annuentes præinsertas Literas quarum originale idem Offerens denuo ad se recepit et de recepto Cancellariam nostram quietavit, ad Acta praesentia suscipi, ijsdem inseri & rursus ex eisdem descriptas authentice parti affectanti extradi permisimus. In quorum Actum Relatis ut supra &c.

Pincernatus Terræ Zakroczymen
Gnoso Przedwoiewski confertur.

Augustus & Significamus &
Quod veniens personaliter ad Nos & Acta v:p.
Metrices Regni Cancellariæ Nostræ minoris Nbis
Jacobus Krasewski obtulit et ad acticandum por
rexit Literas papiraceas manu Nostra regia sub:
scriptas continentes in se Privilegium Pincernatꝰ
Terræ Zakrocimensis in Personam Gnósi Lauren-
tij Przedwoiewski post mortem Generosi Adami
Wagrodzki ejusdem muneris ultimi & immedi:
ati possessoris obtentꝰ & Sigillo minoris Cancella-
riæ Regni communitꝰ sanas salvas & illæsas omnig
Suspicionis nota careñ. Supplicatumq nobis est
ut easdem ad acta præsentia suscipi ÿsdem inseri
& rursus ex ÿsdem descriptas authentice parti asse:
tanti extradi permittere dignaremur. Earundem
vero Literarum tenor est qui sequitur talis. Augustus
Secundus Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus &c Significamus &c.
Quia nos favendo meritis Generosi Laurentÿ Przę:
dwoiewski volentesq. ipsum ad ulteriora tum
Nobis tum Reipublicæ prestanda obsequia provoca:
re faciendum esse duximus ut ipsi antequam ma
jor ad præmiandum ipsum porrigatur occasio, va-
cantem ad præsens pincernatum Terræ Zakroczy:
mensis post fata olim Generosi Adami Wagrodzki
ad dispositionem Nostram morte ejusdem devo:
lutꝰ daremus & conferremus. uti quidem damus,
& conferimus præsentibus literis nostris. Quem
quidem Pincernatum modo præmisso vacantem
is idem Generosus Laurentius Przedwoiewski cum
omnibus Juribus, Privilegÿs, Loco, titulo, libertatibus,
et immunitatibus huic Officio de lege et antiqua con:
suetudine consentaneis, habebit tenebit & posside:
bit ad extrema vitæ suæ tempora vel majoris ali:
cujus dignitatis seu Officÿ apecutionem. Quod omni:
bus & singulis quorum interest præsertim vero Sena-

A° 1702

torijs Dignitarijs Officialibus Vniversq. Nobilitati Palatinatus Masovie terre Zakrocimensis notum esse volentes mandamus. ut eundem Generosum Laurentium Przedworiewski ab hinc pro vero et legitimo Pincerna Zakroczymen̄ habeant & agnoscant eidemq. de omnibus Juribus Privilegijs loco titulo, libertatibus & immunitatibus cedant & vespondeant pro gratia Nostra. In quorum fidem prēs manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri iussimus. Datum Varsavie die vigesima octava mensis Septembris. Anno Domini Millesimo Septingentesimo Secundo. Regni vero Nostri Anno Sexto Augustus Rex. Locus Sigilli minoris Cancellarie Regni. Pincernatus Terre Zakroczymensis post fata olim Generosi Adami Wzgrodzki Gnoso Laurentio Przedworiewski confertur. Joannes Casimirus Odolski S R Mtis Secretarius. Cui Supplicationi uti iuste ac legitime Nos benigne annuentes, preinsertas Literas / quarum originale idem Offerens denuo ad se recepit & recepto Cancellariam nostram quietavit / ad acta presentia Suscipi; ijsdem inseri et rursus ex ejsdem descriptas authentice parti affectanti extradi permisimus. In quorum fidem presenti bus Actum Varsavie Feria Quinta pridie Festi Sancti Michaelis Archangeli die videlicet Vigesima octava mensis Septembris Anno Domini 1702di.

Relatis ejusd Illmi Procancellarij Rni.

Oppidum Vlanowce Generoso Stanislao Rzewuski confertur.

Augustus &. Significamus &.

v.t. Oblatas esse ad acta Metrices Regni Cancellarie Nostre Minoris Literas infrascriptas. Supplicatumq. Nobis est ut easdem ad acta presentia

suscipi et inseri permittere dignaremur. Cujusdem vero Literarum tenor est qui sequitur talis. Augustus Secundus Dei Gratia Rex Polonice Mayng. Significamus. Præclara Generosi Stanislai Rzewuski Incisoris Regni Capitanei Nostri Chelmensis in nos et hanc Rempublicam merita cum singulares à Nobis exposcant respectus, ideo equum, ut eidem antequam commodior præmiandi offerat sese occasio Oppidum Vlanowce cum attinentijs et pertinentijs in Palatinatu Podolice Districtu Camenecensi post fata Generosi Joannis Krosnowski Vexilliferi Podolice ad dispositionem Nostram devolutum daremus & conferremus uti quidem damus & conferimus cum omnibus agris pratis campis Silvis nemoribus ædificijs Cujusvis prædijs Villis eo Spectantibus, Subditis, eorumq. laboribus Censibus commodis et emolumentis omnibusq. attinentijs & pertinentijs eo antiquitus Spectantibus ad extrema vitæ ejusdem tempora teneñ, habeñ & possideñ damus & conferimus. præsentibus Literis Nris Promittentes pro Nobis & Serenissimis Successoribus Nostris non esse Nos præfatum Generosum Incisorem Regni ab usu et pacifica dicti Oppidi omniumq. ei annexorum possessionem quam diu in vivis extiterit, amoturos vel alienaturos, neq. potestatem amovendi aujiam daturos sed salvum Jus et integrum advitale eidem conservaturos, quod et Serenissimi Successores Nostri præstabunt. Ratione cujus advitalitatis solitam proventuum quartam ad thesaurum Regni Statis temporibus inferre tenebitur. Juribus Nostris regalibus Reipublicæ Eccles: sicq. Sanctæ Catholicæ semper salvis. In quorum fidem præsentes manu Nostra Subscriptas Sigillo Regni communiri mandavimus. Datum in Opatowiec die vigesima prima Mensis Julij Anno Dñi Millesimo Septingentesimo Secundo Regni vero Nri Sexto anno Augustus Rex. Locus Sigilli minoris Cancellarie Regni Stanislᵒ Chomętowski Regens Cancellᵃ Rñi Radomiriens Elotoriens Capneus Quasquidem Lras quarũ Originale receptũ est Supplicñi annuẽs ad acta prntia Suscipijsdem inseri et rursus ex eisd descras authce parti affectanti extradi permisimus. In quorum Actorum Relatis ut Supra.

Ao 1702.

Relatio extraditt Citationis ad instanc. Fam Wgctawonicowa. cons. Nobis Przytecki et alios

Augustus &. Significamus &.

Quod veniens personaliter ad acta Metrices Regni Cancellaria minoris Ministerialis Regni Generalis Nobilis Franciscus Tarowski prout i'd authentico Suo in originali exhibito docuit in vim suæ veræ ac fidelis relationis ubiq; locorum facienda palam ultro libere benevole ac per expressum recognovit præsentibusque recognoscit, Quia ipse existens ex officio suo requisitus Literas Citationum ad Tribunal Regni Petricoviense prosecutorialium per partem infrascriptam editarum Sigillo castrensi capitaneali Varsavien communitas. Ad instantiam Nobilis Mariannæ Jankowska seu Wgctawiczowa actricis Sabbatho post Festum Sancti Michaelis Archangeli proximo quæ erat dies trigesima mensis Septembris Anno nunc currenti millesimo Septingentesimo Secundo unam ad Domum Fam Francisci Kliniecki mansionem vero Fam Motowski alteram vero ad residentiam Nobilis Przytęcki ex portavit et personaliter ad manus easdem citationes utriq; tam Motowskiemu quam et Nobili Przytęcki tradidit, terminumq. iusta contenta earundem Citationum ad Tribunal Regni præfixit. De quo ipsius præsens relatio. Earundem vero Citationum tenor sequitur talis. Augustus Secundus Dei gratia Rex &. Vobis Instigatori Thomæ Przytęcki Officij Castren capitaneali Varsavien ad præsens arcis Antiquæ Varsaviæ Judiciorum solitorum parti infrascriptæ Judicatus adhærenti & Patrono causæ infrascriptæ & assidenti Judiciorum eorundem solitorum tum Fam Gregorio Mutowski Marsupiario tui Instigator parti adhærenti de officio, personis, causa infrascriptæ bonisq. Vestris generaliter omnibus mandamus ut coram Nobis Judicioq. Nostro ordinario generali Tribunalis Regni Petricovien ejusq. Delatricis Nobilis Mariannæ Jankowska seu Wgctawiczowa

in assistentia Nobilis Stephani Przytęcki Parentis absen:
te Marito Agentis actricis compareatis. Quae Vos in-
hærendo legibus & constitutionibus Regni ratione
infrascriptorum sancitis necnon Decretis primum
et originaliter coram Officio Castrensi Varsaviensi
terminorum tactorum & Judiciorum Solitorum
in Anno 1700. inter se modernam actricem prosecu:
tionum et te Instigator actuam partem adherentem
ac post ex remissione ab eodem Judicio Vestro Solito
ad modernum Judicium solitum Officij castrensis ca:
pitanealis Varsaivien institutæ devolutæ à data et
positione præsentis citationis recte in duabus Se:
ptimanis proximis citat ad prosequendas iureg. con:
tinuandas à Decreto ninuis oneroso quasi ex mu:
tuo actoratu partium scilicet actricis moderne
prosecutionum et tui Instigator partis adhaerentis
post eductas inquisitiones bis eductas institutæ pro:
latæ. Quo mediante Decreto seu quibus mediantibus
penas sibi actrici ex instantia tui pars adherens
importuna una cum turcica Sessione ac alijs pa:
nis Judiciarijs in Decreto Vestro gravaminoso tui
Instigator et Patrone Causæ a c tua parte adherente
instantia iniunxisti, gravameng. quasi ex mutua
contentione intulisti à quo seu quibus Decretis
nimis onerosis & prægravabilibus licet modena
actrix prosecutionum sentiens se esse Summe
gravatam ob malam informationem patroni sui
iustas et legitimas de admittenda appellatione
una cum protestatione ad Nos Judicium Nrum
Tribunalitium Regni Petricoviense daret rati:
ones, Vos et præcipue tu Instigator & Patrone Cau:
sæ eandem appellationem ad importunam partis
tuæ adherentis instantiam non attentis rationib.
& defensis non connotata eadem appellatione
nec protestatione de gravaminoso Decreto partis
adherentis tuæ prolato admisisti quinimo dene:
gasti actricem modernam prosecutionum ab
annis circiter quing. in Judicio una cum præfato
Molowski parte tua adherente prosequentem

ad Summam plusquam trecentos florenos Polonicos
Juramento comprobandam ratione cujus rei pro-
cessus & tractus Causæ latius inserè testantur da-
mnificari causatis et hucusq; præcipuè pars
adhærens tu Instigator causare non desinit et non
cessat imo ad Summam inopiam reducit. Quo
circa ad videndum et audiendum prosequendamq;
eandem appellationem & protestationem quam tu
Instigator & Patrone ac Judiciorum assidens conno-
tare voluisti & nullatenus connotare vis eandem
Causam pro illo tempore admissibilem fuisse & ad
præsens prosequibilem adinveniri, Causam Vestram
& Sententiam nimis onerosam & pregravabilem
retractari. Cæteraq; contra te Instigatorem et partem
tuam adhærentem Statui decerni et sententiari.
Citamini. Sitis eundem terminum prosequendæ
appellationis et non connotatæ de prosequenda ap
pellatione protestationis statui, decerni, et senten
tiari gravamen agnosci. Datum in Cancellaria
nostra Castrensi Capitaneali antiquo arcis Varsaviens
Feria Tertia ante Festum Sancti Michaelis archan:
geli proxima Anno Domini Millesimo Septingentesimo
Secundo, Locus Sigilli Castren Capneat Varsavien &c.
Quam nos ab ipso suscipi actis ingrossari et una cum
ipsa citatione deprompta parti affectanti in forma au
thentica extradi permisimus. In quorum fidem &
ACTUM Varsaviæ Sabbatho post Festum Sancti
Francisci Confessoris proximo. Die scilicet Septima
Mensis Octobris Anno Dñi 1 7 0 2. & Reladutz

Relatio extradit. Citatorium ad Tribunal Regni ad instantiam Dñi Maßkoski Augustus ℔ Significamus ℔

vp. Quod veniens personaliter ad acta Metrices Dñs Cancellariæ Minoris Providus Petrus Miclo giey Ministerialis Regni Generalis, prout id Authentico Suo in Originali exhibito docuit

in vim sue vere ac fidelis relationis ubiq; locorum
facienda palam ultro liberè, benevole, ac per expres-
sum recognovit presentibusq; recognoscit. Quia
ipse existens ex Officio Suo requisitus, Literas Citatio-
num binarum ad tribunal Regni Petricoviense
editarum, unam ad bona seu Villam Kobytka dicta
Dominum Parochialem quam famulo Venerabilis
Dambrowski Parochi Kobyleceń ad manus tradi-
dit alteram vero ad oppidum Golendzinowo ad Var-
saviam consistem ad hospitium Nobilium Lazin-
skich Coniugum personaliter Feria Sexta post Festum
Sancti Francisci Confessoris proxima die videlt
Sexta Mensis Octobris Anno nunc curenti expor-
tavit, et terminum iuxta contenta & obloquentiam
Citationum earundem in Judicijs Tribunalis Regni
Petricoviensibus assignavit et præfixit. De quo ipsq;
presens relatio. Citationis vero infrascripta tenor
est qui sequitur talis. Augustus Secundus Dei gra
Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Significamq;
Vobis Admo Rndo Mathæo Dambrowski Decano Sta-
nistavovien Parocho Kobyleceń nec non Nobilibus
Francisco Dubrzycki Socero tuo Jacobo Zazinski
& Mariannæ Coniugibus Curiolæ pro qua ves
est Patrifamilias de personis Causa infrascripta bo-
nisq; Vestris generaliter omnibus mandamus, ut in
Judicijs ordinarijs Tribunalis Regni Petricovien Petri-
coviæ post datam positionemq; presen Citationis hu
in quatuor Septimanis seu tum dum & quando Ca
præsens ex publico vocandarum Causarum regestro
ad iudicandum acclamata inciderit personaliter
legitimè ac peremptorie, compareatis. Ad instantiam
Generosi Stanislai Raphaelis Maszkowski actoris.
Qui vos adhærendo litispendentiæ Suæ in Causa
intuitu Curiolæ suæ hæreditariæ in Judicio Tri-
bunalis Regni Petricovien tecum Citatt principali
verten protestationibus & manifestationibus
ac moderne Feria Sexta post Dominicam Jubilate

Ao 1702.

coram Actis Castrensibus Varsavienſibus facta ad
quam presens dirigitur actio. citat et adcitat pro
eo. Quod licet de prescripto legum Regni publicarū
Stante & pendente lite, nihil sit innovandum
contrag. pacis & Securitatis publicæ ac domesti:
cæ Violatores pœnæ legum sat rigorosæ sit inter.
posita nihilominus Vos non contenti anteriori.
bus iniurijs, aggravationibus sibi actori in ante.
cessum illatis, nunc novissime inquisitione pro.
bañ ausi estis precipue Nobiles Zazinscy Coniuges
se actorem injuria gravi afficere contemptuare
in vitam diffidare, damna in lignis non modica
causare ad frameam & bombardas vese provi.
pere se actorem ex curia & possessione hereditalia
expellere, Stanteg. absentia sui actoris causam & actio.
nem in Judicijs Tribunalis Regni Petricovien per
non modicum tempus vobiscum citatis principali
alijs personis attentæ Curiam sui actoris hereditalian
in Golendzinowo sitæ pro qua in eodem Judicio Tri.
bunalitio Petricovien res erat et est per Vos citatos
nescitur quo Jure violenter receptam et possessam
igne cum omnibus rebus ac Suppellectili domesti.
ca actoris proprijs ac munimentis, prout ex no.
mine Regestrum conscriptum Juramento com.
probandum latius in se ediserit / die vigesima
Sexta Martij anno Currenti media nocte combu.
rere per vestram incuriam in favillam redige
re damna non modica causare nonnullas res ex
Suppellectili in usum Suum convertere panas legū
& refusionis damnorum succumbere. prout de.
facto præmissa tam tu adm Rndē uti principalis
quam tuus Socer & Curiæ Paterfamilias Nobilis
Zazinski uti comprincipales qui præsenti Cita.
tione apud te arrestantur, & Statuitis eorunde
pro dicenda veritate an per incuriam tuam si
non jussu tuo vel quadam malitia ex omminatione

Curia pro qua res est combusta est ac pro Sumendis pœ-
nis urgetur/ executi estis pœnas Legum & refusionis
damnorum succubuistis, pro quibus super Vobis de-
cernendis citamini, pro quo termino tu principalis
Dominus eosdem Statuas una eademq; Citatione
uti in Causa coniuncta et identica Citatis et adita-
ris. Sitis pariturj & Judicialiter responsuri. Datum
Petricoviæ Feria Secunda post Festum Sancti Bar-
tholomæi apostoli proximo, Anno Domini Millmo
Septingentesimo Secundo. Locus Sigilli. Quam Nos
Relationem ab ipso recipi & Suscipi, actis inqrossari
et una cum ipsa Citatione deprompt& parti affectanti
in forma authentica extradi permisimus. In quo-
rum fidem. Actum Varsaviæ Feria Quinta ante
Festum Sanctæ Hedvigis Viduæ Electæ proximæ
die scilicet duodecima Mensis Octobris Anno Domini
Millesimo Septingentesimo Secundo. Relatio ut supra.

Nobilis Valentinus Szymański con Nobilem Sułkowski protestatur.

Augustus &. Significamus &.

ejus duo millia Ducatorum Venetijs currentium
assignare, qua conspecta læsione, olim Honorati

Parens.

A°. 1702.

Parens manifestantis de nubilitate præfati Compromissorialis actus protestationem hoc eodem anno fecit et in tempore reclamavit qua Stante protestatione prænominatus Laurentius Borelli Parens Manifestantis fatis cessit. Habita igitur notitia de morte Parentis manifestantis idem Ludovicus Borelli facto per Literas cum Honorato Petro Borelli Patruo manifestantis consilio ut actus prælatus Compromissorialis cum parente factus corroboraretur sibi manifestanti idem Ludovicus Borelli Summam Quingentorum Ducatorum obtulit. Quibus oblatis ad faciendam quietationem et firmandum actum Compromissorialem blandis sollicitationibus, adulationibus, appromissionibus atq. animi sui aversione, metum Protestanti reverenter semper erga Personam Patrui sui se gerenti incutiente, planè cõegerit et stimulaverit, ut extat in Actis Consularibus Antiquæ Civitatis Varsaviensis Anno Millesimo Sexcentesimo Nonagesimo Quinto de cujus invaliditate et irrealitate in tempore manifestans modernus protestatus est, sicq Manifestantem Summopere læsit et damnificatus est. Conspecta igitur læsione idem Ludovicus Borelli Patruus manifestantis quam ipsi honesta et digna persone etiam Spirituales demonstraverunt, certas promissiones in alijs Protestationibus expressas sibi Protestanti facere sese submisit, prout et Sororibus suis expeditionem Claustralem Venetijs procuravit. Sed etiam anno præsenti Merces sericeas dimittere declaravit ut eundem manifestans modernus de Protestationibus factis quietaret. Faciendo igitur præmissa precensiti Borelliorie Patrui sui Protestantis grave damnum, præiudicium Protestantis inducere non cessant et prioribus posteriores injurias addendo indies aggravant. Ratione quorum omnium præmissorum renovando protestationes suas eo nomine factas solenniter contra Patruos suos quam etiam contra quosvis actus formatos et

Compilatos

compilatos per eos, manifestatur et protestatur: Salvo Jure addendi et meliorandi in toto sibi reservato. Quam ejusmodi protestationem et renovationem protestationum manu sua propria Subscripsit idem Suprascriptus manifestans. Vitalis Borelli: Quam ejusmodi Protestationem modo premisso factam Nos ad acta præsentia Suscipi ÿjdem inseri et rursus ex ÿjdem descriptam authentice parti affectanti extradi permisimus. In quorum &c. Actum &c. Relatio &c ut Supra.

Oblata Protestationis Nobis Szymanski con Mcum Josephum Lubomirski.

Quod Augustus & Significamus &

Veniens personaliter ad Nos et Acta Metrices Regni Cancellaria nostra minoris Nobilis Valentinus Szymanski obtulit et ad acticandum porrexit manifestationem in Copia parata. Supplicatumq Nobis est ut eandem manifestationem ad acta præsentia Suscipi ÿjdem inseri permittere dignaremur. Ejusmodi vero protestationis per eundem porrecta tenor qui Sequitur talis Veniens personaliter ad Nos et Acta Metrices Regni Cancellaria minoris Nobilis Valentinus Szymanski providendo omnimode indemnitati Suæ liberorumq Suorum hanc suam Solennem in forma Juris amplissima contra Illrem et Magnificum Dominum Josephum Carolum comitem in Wisnicz et Jarostaw atq Tarnow Lubomirski Supremum Regni Marschalcum Sandomirien Zatorien Neopolomicen Lubaczovien Rycen Solecen Lubomlen Capitaneum idq in eo. Quia ipse habito cum supra scripto Illustri et Mgco Mareschalco contractu arendatario respectu tenutæ bonorum et Villarum Olszewnica, Krubin Nowodwor tum et Villæ Lomianki appellatæ in Terra Varsavien consistentium ad eundem contractum ex post adiunctæ, eadem bona incipiendo ab Anno Millesimo Sexcentesimo Octuagesimo Septimo, usque ad Annum Millesimum Sexcentesimum Nonagesimum Tertium Vigore præfati contractus teneñdo, Summam ex Contractu provenientem pro possessione

Ao: 1702:

Sua arendataria atq Supratactis Annis de integro exolvit, quinimo Supra eundem Contractum Sum: mam notabilem tredecim millium Sexcentorum viginti unius florenorum polonicalium et grossorum undecim partim in restaurationem eorum bono: rum stante possessione arendataria Sui marii: festantis moderni factam, nec non Supra inse: minationem, partim etiam in necessitates Subdito: rum Subveniendo ipsis ad conseminationem agro: rum expendit; quam Summam Suprascriptam in Anno Millesimo Sexcentesimo nonagesimo, - quarto et Sequentibus annis per extenuationem compensare manifestanti ab Illustrissimo Ma: reschalco declaratum multoties est. Nihilominus tamen in contrarium præmissorum omnium eadem Villa et bona ut potè Olszewnica, Krubin Lominki, Anno Supraspecificato Millesimo Sexcen: tesimo Nonagesimo Quarto a moderno manifestante ex mandato ejusdem Illustrissimi Marschalci Rni receptæ sunt et ex possessione Sui manifestantis cum Summa injuria et Læsione Sui manife: stantis avulsa sunt administratioque eorun: dem bonorum manifestanti interdicta totaliterq Manifestans ex ijsdem bonis expulsus est Sum: mamque Supraspecificatam tredecim Millium Sexcentorum viginti unius florenorum poloni: calium et grossorum undecim de qua res est Thesaurus Illustrissimi Mareschalci Regni Ma: nifestanti moderno non exolvit, ratione cujus- Summæ exolutionis licetsi manifestans moder: nus multas instantias per varias personas ad Illustrissimum Marschalcum fecerit eidemq humi: liter Supplicaverit ut manifestanti moderno Sum: ma eadem fieret eandemq Solutionem hucusque: patienter præstolatus est. Nihilominus tamen Solutionem Supraecensitæ Summæ multoties nominatæ in hucusq habere non potest, quini: mo multa damna, lucrumq cessans et damnum emergens patitur. Proinde precavendo omnimodæ

indemnitati

indemnitati suæ liberorumq; suorum hanc suam con-
tra suprascriptum Illrmum & Magnificum Iosephum
Carolum Lubomirski Supremum Regni Marschal-
cum facit manifestationem & protestationem
Offerendo se cum suis Successoribus Supradictam
Summam sibi manifestanti realiter debitum dum
& quando & àquo de Iure venerit vindicaturum
velle. Salvo Iure addendi, minuendi, meliorandi in
toto reservato & præcustodito. Quam ejusmodi prote-
stationem manu sua propria Subscripsit Walenty
Szymanski. Quam ejusmodi manifestationem modo-
supratacto insertam Nos ad acta præsentia suscipi
ijsdem inseri et ex ijsdem authentice descriptam parti
affectanti extradi permisimus. In quor[um] &c. Relatio ut supra

Idem Nobilis Szymanski contra Nobilem Christophorum Sutkowski protestatur.

Augustus &c. Significamus &c.

Quod veniens personaliter ad Nos & acta vtp.
Nostrices Regni Cancellariæ Nostræ minoris Nobis
Valentinus Szymanski uti bonorum Lomny Mio-
ska Zostkowo Strzuskawic & aliorum eo pertinentium
Tenutarius ad Abbatiam Czerwenensem spectantium
suo & Reverendi in Christo Patris Domini Nicolai
Wyzycki Episcopi Chetmensis & præfatæ Abba-
tiæ Czerwenensis Abbatis nec non Nobilis Elisabethæ
Jaszczuttowa ——— Olszanskiego Laborioso-
Pauli Grzęcki aliorumq; Injuriatorum nomine
ad suum regimen pertinentium & spectantium
solenniter inhærendo Videndæ protestationis
coram actis præsentibus factæ protestatus & ma-
nifestatus est in & contra Nobilem Christophorum
Suthowski bonorum Villæ Dziekanow in Terra
Varsaviensi sitorum Tenutarium aliosq; ut pote
——— Kwasniowski ——— Kuchta
Podstarosci Stary Laboriosos Michaelem
Kanclercach Casimirum Apostoł, Laurentium
Idrzeiek Laurentium Wachi, Joannem Iech aliosq.

Anno 1702.

Subditos præfatæ Villæ & Bonorum Dziekanowa facti infrascripti complices & Comprincipales idq; pro eo. Quia ipsi non contenti anterioribus injurijs quas per immissionem pecorum in pratis suis tam Subditi, quam & Nobilis Sulkowski fecerunt nec contentus is idem Sulkowski prioribus Violentijs Superinequitationibus, quas anno Millesimo Sexcentesimo Nonagesimo nono perfecerat fundos Lomny wioska dictas superinequitando invaserat cum familia sua & Subditis suis, certum Scriptum calumnioSum ad duellum provocans ad protestantem transmiserat. ad extremum ex bombarda longiori Janczarka dicta globo protestantem modernum cum Summo periculo vitæ suæ convulneraverat aliasq; violentias intulerat, Verum etiam novissime majores accumulando injurias, ausus est & præsumpsit tempore non ita pridem præterito anno præsenti Sub prætextu quod etiam de tenuta ipsius Subditi ad pontem pro Exercitu Serenissimi Poloniarum Regis constructo arbores de Sylva cum Subditis Episcopalibus Tenutæ protestantis devehi fecerint prætendendo easdem arbores sibi pertinere pro ipsis devehendis in Littore tominski dicto iacentibus Subditos cum famulis suis mittere, qui non segregatis aroribus per Subditos Tenutæ protestantis ad conficiendum pontem devehendis in simul cum suis aroribus curribus suis apposuerunt domumq; propriam devehi cæperunt, verum dum ex illo loco per Villam Lomny tenutam manifestantis proficiscerentur, cognitisq; propriis aroribus Subditi Villæ Lomny quas ipsimet ex Sylvis Lomienskich evehebant administratori locumq; manifestantis significarunt, qui cognitis suis aroribus administrator bonorum Lomny deponere easdem mandavit quæcunq; vero pertinebant ad Bona Villæ Dziekanow eadem se libere prout & protestans extradere dum modo sibi propria Ligna iam ad bona Dziekanowo devecta restituerentur declaravit, taliterq; eosdem Subditos Dziekanowo informavit, qua perceptæ informatione Suprascriptus Nobilis Sulkowski antiquo rancore

contra protestantem ductus omnes Subditos bono-
rum Dziekanow cum personis bene armatis ad bona
protestantis misit et ibidem ligna præfata per
vim ex Curia accipere mandavit ipse vero itidem
armatus cum bombardis per villam in equo cum
adscitis Sibi famulis ac alijs personis ipsi melius
notis cursitavit ac invitam protestan diffidando
varios clamores contra protestantem injuriose ex-
citavit famuli vero ipsius familiam Curialem &
Subditos Episcopales persequendo contra ipsos ex
bombardis ejaculationes fecerunt et unum vi-
vis non sustulerunt quia favente supremo nu
mine, tantum vestes ipsi coniaculaverunt, sed
postea eum framea convulneraverunt. Cæteros
vero concusserunt & converberaverunt alias q
injurias damna & violentias iteratis aliquot vi-
cibus fecerunt & intuleruntQuapropter protestans
obviando cuivis exinde indemnitati et bonorum
ac Subditorum abbatialium tum personæ suæ
Securitati iterum atq; iterum contra supra-
scriptos Sutkowski & alios Complices protesta-
tur offerendo se Jure premissa omnia Vindica
turum. Salvo Jure addeñ minueñ corrigeñ in
toto. Quam ejusmodi protestationem idem supra
scriptus protestans manu sua propria subscripsit.
Walenty SZymanski. Quam ejusmodi protestatio-
nem Nos ad acta suscipi ijsdem inseri, et parti
authentice extradi permisimus In quorum &
Actum ut supra & Relatio ejus Prosanctly Qui

Famati Graffowie Conocs donant Lapideam suam Fam Mariannæ Klomfowa Viduæ & ejus Successor. Augusti & Significamus &

Quomodo coram Nobis & Actis Metrices &c.
Regni Cancellariæ Nostræ minoris personaliter

A°. 1702.

comparentes Famati Georgius Graff & Anna Constantia Coniuges sani mentibus & corporibus existentes à foro suo proprio et Iurisdictione sua competenti recedendo, maritus ipse per se consors vero ipsius in assistentia mariti sui uti Tutoris Coniugalis Balam, sponte libere benevole ac per expressum recognoverunt & præsentibus recognoscunt. Quia ipsi Lapideam suam suam propriam & hæreditariam in Platea Jezuicka nuncupata Varsavice inter Lapideas suas vicinales Lapideam Religiosorum Patrum Societatis Jesv seu alias Scholam ex una & Reverendi in Xto Patris Episcopi Posnaniensis ex altera partibus consistentem à Generosis Michaele Szymanowski Subdapifero Varsaviensi & Cristina Wolczynska Coniugibus, Stephano Szymanowski Ensifero Terne Varsaviensis & Ioanna Petrikowska itidem Coniugibus Iure hæreditario quesitam, una cum fundo in quo consistit cum omni præfata Lapidea Iure dominio proprietate propinquitate, hæreditate, titulo q. quovis hæreditario, nec non cum fundo structuris ædificijs, utilitatibus, commodis emolumentis attinentijsq. & pertinentijs universis usibus fructibus ex eadem lapidea provenien ita late longe & circumferentialiter prout eadem lapidea in suis metis, limitibus & granicièbus continetur et ex antiquo dislimitata est et per se recognoscentes vigore juris sui possidebatur et tenebatur teneriq. & possideri debebatur. Nihil in ibidem pro se et suis quibus vis Successoribus vel quopiam alio reservando aut quomodocunq. excipiendo, ad extremum cum omnibus Inscriptionibus Juribus Privilegijs & quibuscunq. alijs literatorijs dispositionibus ad hæreditatem ejusdem prænominatæ Lapideæ Sese regulantibus Sibi recognoscentibus & suis Juris præfatæ lapideæ datoribus et bonorum eorundem possessoribus antecedaneis legitime Serviente. Jam ex nunc & defacto mero vero puro, perpetuoq. ac irrevocabilis donationis & resignationis titulo. Famatæ Mariannæ Klamsowa olim Famati Bartholomei Klamss civis Varsavien Consorti

Vidua relicta & Eva, Bartholomæo, Marianna Jo:
anna, Elisabetha filio & filiabus Klomsom cum
prædicta Marianna Klamsowa procreatis cum
olim Famato Bartholomæo Klamß relictis pupillis
dederunt, donaverunt, & resignaverunt, prout præ:
sentibus, dant, donant, et resignant perpetuo et in
evum. Nihil sibi recognoscentibus et suis quibusvis
Successoribus et cuipiam alteri in eadem Lapideas
bonisq: suprafatis Juris dominij, proprietatis, hæve:
ditatis et tituli ac prætensionis reservando aut
quovis modo excipiendo verum omne Jus suum
hæreditarium integrum in personas Fam Marianna
Klamsowa Vidue & suprascriptorum Successorum olim
Famati Bartholomei Klamß legitimorum pupillorum
illorumq: Successorum transferendo abscedendo et deri:
vando ad tenendum habendum possidendum, dando
donandum, vendendum, commutandum, alienando
inq: usus suos & Successorum suorum quosvis bene,
placitos usus convertendum. In quam quidem Lapi:
deam & fundum præsentibus donatas. Jam ex nunc
& defacto ÿdem recognoscentes Intromissionem rea:
lem et actualem per quemvis Ministerialem Regni
& Nobiles duos seu quocunq: alio modo iuridico
acceptan eisdem suprascriptis donatarijs suis ac
illorum Successoribus dant & admittunt datamq:
& admissam nec per se nec per suas quasvis sub:
missas et Subordinatas personas impugnare &
impedire dictosq: donatarios suos cum illorum
Successoribus in pacifica præfatæ lapideæ &
fundi possessione quovismodo sive iuridice sive
injuridice turbare & iniuriare non debebunt pro:
ut se præsentibus inscribunt, quinimo tenebuntur
prout se & Successores suos de bonis suis generaliter
omnibus & Summis quibusvis pecuniarijs obli:
gant et inscribunt, eosdem donatarios suos &
eorum Successores in omni Judicio ad quod cita:
buntur in primo citationis termino quem sibi
peremptorium constituunt stare parere et eos:
dem donatarios suos evincere defendere et ab
omni molestatione indemnes reddere. Idq: sub da:

A: 1702.

mnis civilibus simplici assertione taxandis per se recognoscentes casu Contraventionis præsenti Inscriptioni succumbendis ad solvendum. Hac sua personali recognitione ad præmissa mediante. In forma alias donationis de Iure plenissima et perfectissima. Quam ejusmodi donationem manibus suis subscripserunt. Johan. Georgij Graff. Anna Constantia Grattowa. mpria. Quam ejusmodi Inscriptionis donationem modo Suprascripto factam Nos ratam et firmam ac de Iure validam habentes haberiq; ab omnibus volentes ad acta præsentia suscipi ijsdem inseri et rursus ex ijsdem Actis authentice extradi parti affectanti permisimus. In quorum Actum ut supra. L. Relatio ejusd. Illrimi Procan Rm.

Rndus in Chro Pater Episcopus Posnan donat Curiam suam Rell: PP: Ordin Prædicatm Varš: Augustus q Significamus q.

Quomodo coram Nobis & Actis Metrices Regni Cancellariæ Nostræ minoris personaliter comparens Rndssimus in Christo Pater Dominus Dominus Nicolaus in Swiçcice Swiçcicki Episcopus Posnaniensis sanus mente & corpore existens à Terris Districtibus Iurisdictioneq; sua quaris propria & competenti recedendo huic autem iurisdictioni nostræ regiæ quo ad hunc actum duntaxat attinet sese cum persona & bonis suis incorporando & subijciendo palam sponte, libere, benevole ac per expressum recognovit & præsentibq recognoscit. Quia ipse Religioso Petro Drogosiewski Ordinis Prædicatorum Varsavien Conventus Sancti Dominici Priori & Sacræ Theologiæ Magistro seu verius præfato Conventui Ordinis Prædicatorum Varsaviensi ad ædes Sancti Hiacynthi consistenti Curiam suam propriam & hæreditariam hic

Varsavia in Platea Mostowa seu Pontali dicta inter domos Lapideas vicinales Famati Simonis Czyzewski Vigintiviri Civitatis Antiquæ Varsaviæ ex una atq; Domum Kukowskich ad præsens præ-recensitj Conventus Prædicatorum Varsaviensium propriam & hereditariam ex altera partibus consistentem Baczynskiego nuncupatam et ab ejusdē Successoribus quæsitam cum omni prædictæ Curiæ Jure Dominio proprietate propinquitate, hæreditate nec non cum fundo Structuris ædificijs utilitatibus commodis emolumentis attinentijsq; & pertinentijs universis usibus fructibus ad eandem Curiam spectantibus & ex antiquo pertinentibus ita late longe circumferentialiterq; prout eadem Curia cum suis Structuris in suis metis & limitibus granicièbusq; continetur & ex antiquo dislimitata est & per se recognoscentem vigore Juris à Nobilibus Successoribus Nobilium olim Stanislai Baczynski Notarij Cancellarij Regni & Hedwigis Oczkowiczowna Coniugum quæsiti possidebatur & tenebatur possidereq; debebatur. Nihil inibidem pro se Successoribusq; quibusvis suis vel quopiam alio reservando aut excipiendo. Ad extremum cum omnibus Juribus Inscriptionibus Privilegijs & quibusvisq; alijs literatorijs dispositionibus ad hæreditatem præfatæ Curiæ sese regulantibus sibi recognoscenti & suis quibusvis Jurisdatoribus & bonorum eorundem possessoribus antecedaneis legitimè servientibus. Jam ex nunc & de facto mero, vero, puro, perpetuoq; ac irrevocabilis donationis ac resignationis titulo dedit donavit & resignavit prout præsentibus dat, donat & resignat perpetuo & in avum. Nihil sibi recognoscenti et suis quibusvis Successoribus et cuipiam alteri in eadem Curia bonisq; præfatis Juris Dominij proprietatis hæreditatis & cujusq; alterius tituli & pretensionis reservando aut quomodocunq; excipiendo. Verum omne & integrum Jus suum hæreditarium proprietatem & hæreditatem perpetuam in personam præfati Religiosi Drogosiewski Prioris Conventusq; suprarecensiti

Ordinis Prædicatorum transferendo & derivando. Ad habendum tenendum possidendum dandum donandum, vendendum, commutandum alienandumq; usus suos & Suorum Succedaneorum quosvis beneplacitos usus convertendum. In quam quidem Curiam fundumq; in quo consistit ædificia sepimenta Structuras attinentiasq; presentibus donatis, iamq; ex nunc & de facto idem recognoscens intromissionem realem & actualem per quemvis Ministerialem Regni & Nobiles Duos seu quocunq; alio modo iuridico acceptan ijsdem Suprascriptis Priori et Conventui Varsaviensi Ordinis Prædicatorum dat & admittit datamq; & admissam nec per se nec per quasvis Submissas & subordinatas personas impugnare & impedire dictosq; donatarios Suos in pacifica præfatorum bonorum possessione quovis modo iuridice & iniuridicè turbare & injuriari non debebit, prout se præsentibus inscribit. Hac sua personali recognitione ac præmissa mediante. In forma alias Inscriptionis donatariæ de Iure plenissima & perfectissima. Quam ejusmodi Inscriptionem idem Recognoscens manu sua propria Subscripsit. — Nicolaus Swięcicki Episcopus Posnanien mpp. Quam ejusmodi Inscriptionis donationem modo præmisso factam & recognitam Nos ratam, firmam, ac de Jure validam habentes, haberiq; ab omnibus Volentes ad acta præsentia Susciпi, ijsdem inseri, et rursus ex ijsdem descriptam authenticè parti asse-tanti extradi permisimus In quorum &c. Actum ut supra

Relatio ejusdem Illmi & Excellentissimi Dni Dni Caroli Comitis de Tęczyn & Czekarzowice Sarto Procancellarij Rni.

Ani

A

Ad Rolla

Domini

Procar

Generos

Curia

Augus

Magnus

Samogitiæ

Smolensci

Hæredit

Significa

interest

& Actis

personalite

sow Szem

advocatus

a Terris

propria &

Fol: 340. a

Annvs Domini M.DCC.III.

Actum Thorunij Feria Sexta post Festum Sanctorum Trium Regum proxima Die scilicet duodecima Mensis Januarij. Anno Domini Millesimo Septingentesimo Tertio.

Ad Relationem Illrmi & Magci Domini Domini Joannis à Slupow Szembek Procancellarij Regni Biecen & Capnci. Generosus Franciscus Szembek Vexillifer Curiæ Regni Plenipotentes inscribit.

Augustus II.us Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ Masoviæ Samogitiæ Kijoviæ Volhyniæ Podoliæ Podlachiæ Livoniæ Smolenciæ Severiæ Czerniechoviæq. Nec non Hæreditarius Dux Saxoniæ & Princeps Elector.

Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest Universis & Singulis. Quomodo coram Nobis & Actis Metrices Regni Cancellariæ Nostræ minoris personaliter comparens Generosus Franciscus à Slupow Szembek Vexillifer Curiæ Regni Capitaneus & Advocatus Bochnensis sanus mente & corpore existens a Terris Districtibus, Jurisdictioneq; sua quavis propria & competenti recedendo huic autem Juris di-

ctioni nostræ quo ad hunc duntaxat actum se cum persona et bonis suis subjciendo et incorporando, palam sponte, libere, benevole ac per expressum recognovit & præsentibus recognoscit. Quia ipse Illustrem et Magnificam Barbaram Szembekowa Castellanam Camenecen Matrem suam, Venerabiles Michaelem Szembek Canonicum Cracovien, —— Tarnowski Canonicum Cracoviensem Generosos Antonium Szembek Burgrabium arcis Cracovien —— Gawronski Notarium Castrensem Biecensem, Nicolaum Jurkowiecki Subdapiferum Zytomiriensem Andream Kurowski, Nobiles —— Szymiunski —— Nowakowski —— Hankiewicz Causarum Patronos in suos veros legitimos et indubitatos Plenipotentes et mandatarios omni meliori modo via forma & stylo quibus melius de jure efficacius, ac validius potuit ac debuit potestq; ac debet elegit constituit & ordinavit, præsentibusq; eligit constituit et ordinat. Dans et conferens ejsdem Plenipotentibus & mandatarijs suis tam coniunctim quam divisim ac cuilibet eorum in solidum plenariam facultatem et omnimodam potestatem Summam certam integram ex Contractu inter se recognoscentem ex una & Generosum Franciscum Lanckoronski Succamerarium Cracovien Anno Domini Millesimo Septingentesimo intuitu & ratione Capitaneatus & advocatiæ Bochnensis inito & concluso & roborato provenientem numerandi, levandi, et recipiendi de levata integreq; persoluta ac parata pecunia numerata coram quibuscunq; actis authenticis Regni quictandi. Casu vero ejusdem Summæ totalis et integræ per Generosum Lanckoronski pro termino in eodem Contractu assignato & præfixo non persolutionis manifestationes & protestationes nomine suo coram actis authenticis Regni faciendi. Causas & actiones cum quibuscunq; personis tam ex actoratu quam & reatu ratione quorumvis bonorum

rerum & prætensionum in quovis Judicio & Subsellio Regni intercedentes et intercessuras promovendi, tuitandi, defendendi, processus formandi, causas easdem omnes prosequendi, terminandi, probationes omnimodas inferendi, Juramenta deferendi, referendi, acceptandi et indulgendi. Decreta pro parte sua lata acceptandi ab onerosis & prægravabilibus ad altius Subsellium Regni appellandi, movendi, easdem prosequendi, penas Judiciales levandi de levatis quietandi, Aliumque seu alios Plenipotentem et Plenipotentes in locum sui cum simili vel limitata facultate substituendi; Substitutionis munus iterum ad se revocandi. Aliaque omnia munia & Officia veros et legitimos Plenipotentes concernentia peragendi. Promittens et solenniter cavens id totum quidquid per suos Plenipotentes & mandatarios gestum, factum, constitutumve fuerit pro rato & grato susceptum et inviolabiliter observaturum. Hac sua personali recognitione ad premissa mediante. Alias in forma plenipotentiæ et mandati de Jure plenissima & perfectissima. Quam idem Generosus recognoscens manu sua subscripsit. Franciscus Szembek Vexillifer Curiæ Regni Capneus Bochnensis. Quam quidem plenipotentiæ inscriptionem Nos ratam & firmam habentes haberig; abomnibus Volentes ad acta præsentia suscipi et ex ejsdem de verbo ad verbum descriptam parti affectanti extradi permisimus. In quorum &. Actum ut supra &c.

Relatio ejusd. Illmi Procancellarii Rni.

Referendariatus Regni Generoso Petro Kczewski Regenti Cancellariæ Rni.

Augustus &. Significamus &

Oblatas esse ad acta Metrices Regni Cancellariæ Nostræ minoris Literas infrascriptas in pergameno exaratas manu nostra regia subscriptas et Sigillo Regni pensili munitas, Continentes in se Privilegium

&c.

A.o 1703.

super munus Referendariatus Regni post ascensum Magnifici Joannis à Stupow Szembek ad Procancellariatum Regni Gnoso Petro Ernesto Alexandro a Kczewo Kczewski Regenti Cancellariæ Regni Vexillifero Mariæburgensi collatum eadem Literas privilegÿ sanas, salvas ac illæsas omnig suspicionis nota carentes. Supplicatumg: Nobis est ut eas, dem ad acta præsentia suscipi ÿjsdem inseri et rursus ex ejsdem descriptas authenticè parti affectanti extradi permittere dignaremur. Earundem vero Literarum tenor est qui sequitur talis. Augustus Secundus Dei gratia Rex Polonie Magnus Dux Lit. &c. Significamus Si merces meritorum regale debet esse iudicium & Domus principis munificentiæ officina profecto in, Domesticos et aulæ suæ familiares, quibus æstus diei et pondus noctis augustis sub penetralibus sustinen, tibus prospera & adversa Regum pariter toleranda eveniunt. Hinc inter alios à primis diebus regimi, nis nostri et auspicatæ ad thronum Regni Poloniæ evectionis iuremerito referre possumus, Generosum Petrum Ernestum Alexandrum à Kczewo Kczewski Regentem Cancellariæ Regni Vexillifernm Mariæburgen Capitaneum Stanislaviensem & intimum Cameræ Nostræ Notarium cujus incorruptam in Nos & Patriam fidem exantlatos in Campo Electorali in rem nostram sudores varijs in negotijs muneribusq: obeundis optima Reipublicæ impensa Studia assiduam et individuam in hoc funesto turbine rerum ad latus nostrum vigilantiam integrum candorem et alia ultra conspicuum familiæ et vetustatis splendorem insignia merita probè cognovimus. Ita ille ab ineunte ætate publicis Seusibus consecravit ita ad pernoscendum Reipublicæ Statum leges & instituta Patriæ serio applicavit, ut dum vix decimum nonum egressus annum iudex deputatus ad Supremum Tribunal Regni factus ita emineret, ac si nemo ipso Juris peritior esset longoq: ac diuturno usu confirmatam prudentiam haberet in percipiendis causis difficillimis facilis,

in dicenda Sententia gravis et quod maximum ab
omni corruptione alienus. Frequentavit subsequenti
tempore non interrupto gloria cursu actus publicos,
inservivit patriæ in Comitijs Regni et crebris Commis-
sionibus virtute Sincera, charitate integra et vere
candido animo meruitq; gradus Officiorum Terrestriu,
quibus taliter Summa cum laude præfuit, ut in dies
ad majores honores habilitaretur. Sic eformatum et
ad majora nitentem egregijs animi dotibus instru-
ctum et Judicio ac prompto consilio pollentem intimi-
ori admissione Nostra dignati sumus et intra pe-
netralia aulæ nostræ recepimus collato ipsi Sigillo
Cameræ Nostræ, qui in omnibus occurentijs fidele
nobis præstitit obsequium et diligentem navavit
operam ac inter tot et tanta pericula, tot æstus bel-
lorum impavido Nos ubiq; secutus est pectore. Porro
munere Regentis Cancellariæ Regni tam gloriosè
perfungitur ut quidquid utile in publicum videt
calamo & ore diserte exprimat. Proinde iustam
ipsi in respectibus nostris testaturi reflexionem pro-
be censuimus ut eidem Referendariatum Regni post
ascensum Magnifici Joannis à Stupow Szembek ad
Procancellariatum Regni vacantem dispositioni
Nostræ obnoxium daremus & conferremus prout
quidem præsentibus cum Jurisdictione omnibusq;
Juribus Privilegijs prærogativis et obventionibus ge-
neraliter universis de legum præscripto et usu rece-
pto servientibus damus et conferimus tenendum
gerendum ac obeundum ad extrema Vitæ Suæ tem-
pora vel majoris alicujus dignitatis assecutionem.
Quod omnibus quorum interest præsertim vero Re-
gni Nostri Senatoribus, Dignitarijs, Officialibus totiq;
Equestri Ordini. ac cujusvis Status et Conditionis
hominibus ad Notitiam deducentes mandamus, ut
dictum Generosum Petrum Ernestum Alexandrum
Kczewski Regentem Regni pro vero et legitimo Rni
Referendario habeant & agnoscant eiq; de loco Jurisdi-

A° 1703

Actione Juribus Privilegijs prærogativis et obventionibus
respondeant, responderiq curent. Pro gratia Nostra regia
et Officiorum Suorum debito. In quorum fidem præsen
manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri
jussimus. Datum Thorunij die vigesima Septima Men
sis Novembris Anno Domini Millesimo Septingentesimo
Secundo Regni nostri anno Sexto. Augustus Rex, Sigillum
pensile majoris Cancellariæ Regni appensum. Referenda
riatus Regni post ascensum Magnifici Joannis à Stupor
Szembek ad Procancellariatum Regni Generoso Petro Erne
sto Alexandro a Kczewo Kczewski Regenti Cancellariæ
Regni confertur. Casimirus Sarnocki Dapifer Vitebg
Sacræ Regiæ Mattis Secretarius. Cui Supplicationi utrijus
fæ ac legitimæ Nos benigne annuentes præinsertas
Privilegij Super Referendariatum Regni Literas Generos
Petro Ernesto Alexandro à Kczewo Kczewski Regenti
Cancellaria Regni Vexillifero Marienburgen Capitaneo
Stanislaviensi collati, ad acta præsentia Suscipi,
ijsdem inseri et rursus ex ijsdem descriptas authentice
parti affectanti extradi permisimus. In quorum fidem
Actum Thorunij Feria Quinta ante Festum
Sanctæ Agnethis Virginis & Martyris proxima
Die scilicet decima octava mensis Januarij Anno
Domini Millesimo Septingentesimo Tertio Et
Relatio ejusdem Illmi Procancellarij Rni.

Gnosus Henricus Comes de Fleming Plenipotentes inscribit

Augustus &. Significamus &

Quomodo coram Nobis & actis Metvices Regni
vp. Cancellariæ Nostræ Minoris Generosus Jacobus Hen
ricus Comes de Fleming Stabuli Magni Ducatus
Lithuaniæ Præfectus et Generalis Exercituum
Sacræ Regiæ Mattis comparens personaliter, sanus
mente et corpore existens, à Terris Districtibus, forog
suo quovis proprio et competenti Jurisdictione sua
recedendo huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ

quo ad hunc duntaxat actum et infrascripta recognoscendo attinet se cum bonis et persona subijciendo et incorporando palam sponte libere, benevole ac per expressum recognovit et praesentibus recognoscit. Quia ipse omni meliori modo, via, forma et stylo quibus melius et de Jure validius potuit ac debuit in suos veros legitimos ac indubitatos Plenipotentes & mandatarios Generosum Franciscum Aloijsium Loski Pocillatorem Terrae Zakroczymen Vicecapitaneum & Judicem Castrensem Capitanealem Varsaviensem Nobiles Franciscum Wloszkiewicz, Sebastianum Rybczynski Adamum Lowicki Causarum Post curialium Patronos fecit constituit et solenniter ordinavit, Dans & concedens plenariam facultatem & omnimodam potestatem ijdem Plenipotentibus suis tam coniunctim quam divisim ac cuilibet eorum in solidum Summam centum et decem Millium tymfonum in specie modo obligatorio per Magnificum Nicolaum in Tykocin et Tyczyn Comitem in Ruszcze Branicki Palatinum Podlachiae à se recognoscente levatam & in bonis hereditarijs Orle cumomnibus eo spectantibus in Palatinatu Podlachiae Terra Brelscen consisten assecuratam sive amicabili modo sive Jure mediante repetendi, emonendi, vindicandi, Summam eandem cum provisionibus recipiendi, levandi ab eodem Magnifico Palatino Podlachiae, transactiones intuitu provisionis adscribendae cum eodem magnifico Palatino ineundi, tum et de toto Jure in alium cedendi. Aliaq; omnia munia, negotia veros & legitimos Plenipotentes de lege et consuetudine concernentia gerendi et exequendi. Promittens et solenniter cavens id totum quidquid per dictos suos Plenipotentes gestum factumq; fuerit pro rato & grato se suscepturum et inviolabiliter observaturum. Hac sua personali recognitione ad premissa mediante, informa alias Plenipotentiae & mandati de Jure plenissima & perfectissima. Quam idem Generosus Recognoscens manu sua Subscripsit. ℭ Homes de Fleming ℭ Loski ℭ Quam ejusmodi Plen:

potentia Inscriptionem modo præmisso factam Nos ratam & firmam habentes haberiq; ab omnibus volentes ad acta præsentia suscipi ijsdem inseri et ex ejsdem descriptam parti authentice extradi permisimus. In quorum fidem &c. Actum Thorunij Sabbatho ipso die Festi Sanctorum Fabiani & Sebastiani Martyrum Die scilicet vigesima Mensis Januarij Anno Domini Millmo Septingentmo Tertio.

Relativ ejusd Illmi Procancellty Rni.

Idem Ignotus Comes de Fleming manifestatur intuitu hijemalium Statiarum minimè paraticipationis.

Augustus &c. Significamus &c.

vtp. Quod veniens personaliter ad Nos et Acta Metrices Regni Cancellaria nostra minoris Indig Jacobus Henricus Comes de Fleming Stabuli magni Ducatus Lithuæ Præfectus & Exercituum S.R.Mtis Generalis hanc suam fecit solennissimam informa Juris amplissima manifestationem in ea. Quod gmo primum accepit notitiam qualiter Certum regimen Equitum ab exercitu auxiliari Saxonico sub nomine Suo in his oris hijemalia Stativa occuparit, et portiones assignatas à Commissoriatu bellico in hucusq exigit, illico præcavendo cuivis indemnitati suæ & innocentiam suam elucidando se nequidqm de regimine præfato quod quidem in præmium meritorum & Signum gratiæ à Sacra Regia Mte destinatum sibi fuerat, sed nunquam in possessionem accepit, nec de portionibus exactis vel exigendis scire velle ex quibus nec unum obulum participavit. Quapropter solennissime iterum atq; iterum manifestatur. Quam ejusmodi manifestationem manu sua subscripsit. Comes de Fleming R.L.m Quam ejusmodi Manifestationem Nos ad acta præsentia suscipi ijsd inseri, et rursus ex ijsdem descriptam Authentice parti affectanti

extradi permisimus In quorum &. Actum & Relatio ut Supra &.

Magus Kczewski con Gnosam Constantiam Potocka me extradite Sume manifestat &

Augustus &. Significamus &

Quomodo coram Nobis & actis Metrices Regni Ex.
Cancellaria nostra minoris personaliter comparens Magnificus Petrus Ernestus Alexander de Kczewo Kczewski Referendarius Regni et Regens, Vexillifer Marieburgen Capitaneus Stanislavovien, hanc suam fecit solennem manifestationem in & contra Gnosam Constantiam Denhofowna Generosi Stephani de Potok in Gorkow Potocki Capitanei Czerkasensis Consortem legitimam idg. in eo. Quia ipsa licet si Summam decem Millium florenorum polonicalium bonae argenteae et in Prussia Currentis monetae cum provisione pro die duodecima mensis Junij Anno proxime preterito Millesimo Septingentesimo Secundo moderno manifestanti parata, pecunia, solvere appromiserit et se recognitione certa de data Varsaviae die vigesima Mensis Januarij Anno proxime elapso Millesimo Septingentesimo Secundo scripta et per eandem subscripta, vadiog similis Summae vallata atg actis praesentibus Varsaviae Feria Tertia ante Festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxima dic videlicet Vigesima quarta Mensis Januarij hoc eodem anno Millesimo Septingentesimo Secundo roborata ob. Strinxerit, hyppothecamg in bonis suis hereditarijs in Palatinatu Pomeraniae Districtu Dirschoviensi iacentibus fecerit, et quamvis multoties Literis per se manifestantem ad eandem translatis requisita amice fuerit, ipsa tamen contraveniendo Submissioni sue & obligationi per eandem roborate eandem Summam Decem Millium florenorum Polonicalium bonae antiquae argenteae monetae Magco manifestanti

non vult Solvere imo procrastinationibus allaborando neq: provisiones solvendo solutionem eandem differt. Proinde providendo cuivis suae indemnitati Magfcus Manifestans atq: Summae praerecensita et provisionib9 contra eandem Gnosam Constantiam Denhoffowna Consortem Generosi Stephani Potocki Capitanei Ter. Kasen. iterum atq: iterum manifestatur et protestatur Salvo Jure addendi minuendi, et meliorandi. Alias in forma Solennissima manifestationis. Quam manifestationem idem Magnificus Referendarius Regni manu sua Subscripsit. P. Kczewski Referend: Regni. Quam ejusmodi manifestationem modo praemisso factam Nos ad acta praesentia suscipi, ejsdem inseri et ex ejsdem descriptam authentice parti affectanti extradi permisimus. In quor: Actum &. Relatis ut Supra &.

Gnosa Francisca Sapiczanka con Fratres suos intuitu exdotationis manifestatur.

Augustus & Significamus &

vlg. Quomodo coram Nobis & actis Metrices Regni Cancellariae Nostrae minoris personaliter comparens Gnosa Francisca Sapiezanka olim Gnosi Francisci Comitis in Lachowice Sapiecha Stabuli magni Ducatus Lithuaniae Praefecti cum olim Magnifica Anna Lubomirska primo voto procreata Filia in assistentia Magnifici Petri Ernesti Alexandri a Kczewo Kczewski Referendarij Regni & Regentis Capitanei Stanislaviensis ad hunc actum assumpti Tutoris hanc suam solennem in et contra Gnosos Joannem Capitaneum Bobroyscensem Josephum & Georgium Comites in Lachowicze Sapiehowie olim vero Generosi Francisci Comitis in eadem Lachowicze Sapieha Praefecti Magni Ducatus Lithuaniae Praefecti filios fratres

suos germanos fecit manifestationem in eo. Quod cum
ipsa eousq. temporis in tutoria fuerit potestate, nec ad
huc destinatorum sibi bonorum in vim exdotationis
de bonis paternis & maternis statum lustraverit.
imo diversam acceperit relationem, qualiter bona
per Contractum Matrimonialem de actu Varsaviæ
die decima quinta Mensis Februarij Anno Millesimo
Septingentesimo Secundo sibi assignata videlicet et
Sluboszewicze Mijdzygorz, Lipnik Dolębiow, Mierza
nowicze, Jankowice Oppidum Janikow Zurawniki
Lipniczek et sortes in Mączennice cum omnibq Prædijs
& eo spectantibus in Palatinatu Sandomiriensi jacen-
tibus non adæquent valorem adæquatum et plus nimio
alieno ære obærata sint, per indeq; dotem competentem
evidenter extenuare possent. Quapropter præcavendo
cuivis indemnitati Juvium Suorum in quantum ita
se res habeat, atq; in præiudicium et læsionem Juris
naturalis redundet illico uti contra actus Læsivos
præjudiciosos nec de Jure Subsistere valentes hanc
tempestivam facit reclamationem, revocationem
protestationem & omni meliori modo præcautionem,
Salvo ejusdem manifestationis augendi, minuendi,
meliorandi Jure. Hac sua personali Recognitione
ad præmissa mediante. In forma alias protestatio-
nis de Jure firmissima. Quam manu sua subscripsit
propria. Franciszka Flemingowa. P. Kczewski Referend:
Rñi tanquam assistens. Quam ejusmodi mani-
festationem modo præmisso factam. Nos firmam
habentes ad acta præsentia suscipi, ijsdem inseri
& rursus ex ijsdem descriptam authentice parti
affectanti extradi permisimus, In quorum
fidem &. Actum Thorunij ut Superius.

Relatio ejusdem Illustrissimi Dñi
Domini Procancellarij Regni:

A°. 1703.

Relatio Mnrlis Rñi Gnâlis exportati certi Rescripti pro Honor. Casimiro Rubinkowski

Augustus &. Significamus &.

Quod veniens personaliter ad acta Metrices Rñi Cancellariæ Nostræ minoris Nobilis Thomas Rauz Ministerialis Regni Generalis, palam sponte libere bene. vole ac per expressum recognovit & præsentibus recognoscit. Quia ipse habitis secum duobus Nobilibus Alberto Kreglinski, Josepho Neygrodzki evidentioris causa testimonij ex instantia Honorati Casimiri Rubinkowski Civis Thorunensis Rescriptum nostrum ad Prætorium Thorunense ad Stubam Judicialem Officij & Judicij Proconsularis & Consularis exportavit et in præsentia duarum personarum in Stuba Consulari Thorunensi repertarum ibidemq; præsentium hocce Rescriptum nostrum in mensa posuit et ut nobilis Magistratus juxta resonantiam ejusdem Rescripti nostri in negotio Honorati Rubinkowski procederet et permutationem certi agri cum Honorato & nobili Georgio Meisner et alijs in eodem infrascripto Rescripto Nro iam certo Contractu comprehensam ad acta sua susciperet et Intromissionem Officiosam daret requisivit videlicet vigesima Secunda Mensis Januarij Anno præsenti Millesimo Septingentesimo Tertio De quo hanc suam fecit genuinam relationem. Ejusdem vero Rescripti nostri in Copia Scripti tenor qui sequitur talis. Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ & Nobilibus & Spectabilibus Burgrabio Proconsulibus Consulibus Judici totiq; Magistratui ac Judicijs Officijs Civilibus Scabinalibus, Pupillaribus, Civitatis nostræ Thorunen fideliter nobis dilectis gratiam nostram Regiam. Nobiles & Spectabiles fideliter nobis dilecti.

Intelleximus ex relatione certorum Consiliariorum Nostro:
rum lateri nostro assidentium. Qualiter Nobilis et Hono:
ratus Georgius Meisner Notarius Fidelitatum Vrārum
una cum Nobili Anna Elisabetha Hubnerowna primi
Voti olim Nobilis Jacobi Eccardij Secretarij Civitatis
Fidelitatum vestrarum ad præsens secundi voti sua
Consorte in assistentia Testium fide dignorum, præ:
vio quodam intereſſe Pupillæ prædicti olim Nobilis Ec:
cant consensu Honorati Benedicti Linderhausen Judi:
cij veteris Civitatis Vicemagistri primarij ejusdem
Pupillæ Tutoris considerando quod fundi hæreditarij
antiquitus Wilimowskie dicti se et pupillam de Jure
concernen jam à multis annis deserti et inculti ma:
neant, nullumq; fructum afferant, cupiendoq; tam suam
quam pupillæ meliorem Conditionem reddere eorundem
fundorum tam suam medietatem quam et pupillarem
de Jure Culmensi servien Nobili Casimiro Rubinkowski
Secretario Nostro pro certo pretio vendiderint seu
potius communicationem quandam præfatorum
fundorum cum certo fundo ejusdem Nobilis Rubinko:
wski in Suburbio wielkie mokie dicto inter fundos Spe:
Etabilis Papelbaum ab una & Famatum Menche par:
te ab altera sito & jacen cum agris suis Prædialibq
contiguo præmissa indemnitatis pupillæ assecuratione
fecerint eosdemq; fundos in possessionem prænominati
Emptoris dimiserint. Expost vero cum is idem Nobis
Rubinkowski una cum præfatis Venditoribus consen:
sum ad alienanda bona pupillaria de Jure necessa:
rium et a Nobili & Spectabili Officio pupillari super
Officiosam alienationem ac traditionem seu resi:
gnationem Judicialem prænominatorum fundo:
rum ut supra commutatorum expetijsset et de:
negato nescitur qua de causa Siquidem ut supra
allegatum per id conditio pupillæ evidenter pinguior
& melior redditur consensu per Officium pupillare ad
Fidelitates Vestras ordinarie recursum fecisset Fide:
litates vrihi omnino Vestræ ad continuam ejus
postulationem, nescitur quo motivo insolita deliberandi

praxi Consensum suum procrastinent & differant,
nec resignationem seu traditionem iudicialem
horum fundorum admittere et conferre velint. Quia
vero pensata Causa praesentis iustitia nemo in Iure
suo turbari et praepediri debeat, id circo nos non
tantum Contractum intuitu eorundem fundorum
inter supradictas partes initum tanquam de Iure
licitum nullamq; pupillo laesionem in se continen imo
meliorem ejusdem conditionem reddentem authoritate
Nostra regia approbam confirmam Sed et Fidelitates
Vras praesen moned et requiren esse duximus, prout
de expressa Scientia Nostra non attentis quibuscunq;
in contrarium impetitionibus Iure retractus ex
quocunq; titulo Seu praetextu proximitatis, vicini-
tatis, aut alio quovis proveniente ut pote qui in per-
mutationibus locum habere nequid & quem si et in
quantum ex plenitudine potestatis Nostrae Regiae pra-
sen pro hac vice dispensamus et sufferimus approba-
mus confirmamus monemus, requirimusq;. Man-
dantes serio & sub poena mille Hungaricalium arbi-
trio Judicij Nostri applicanda ut ab oblata et insinua-
tione praesentis Rescripti Nostri in triduo deliberationem
suam super dando consensu praehabitam resolvant &
Judicialem traditionem seu resignationem fundorum
ut Supra commutatorum praefato Nobili Rubinko-
wski admittant, conferant, admitti conferiq; faciant,
et alias circa alienationem, traditionem et Solennitates
Iuris expediri permittant. Quod si vero Fidelitates
Vestrae praesenti mandato Nostro in triduo parere ne-
glexerint, et tunc elapso eodem tridui spacio Salvam
viam agendi, Ratione succumbendi Vadij superius
vallati poenarumq; succumbendarum Ingro Instigatori
Regni & Nobili Rubinkowski relinquimus. Et nihi-
lominus ne Iuribus Suis legitime acquisitis iisdem
Rubinkowski frustratus esse videatur de Suprema
potestate nostra Regia Secretarium Nostrum Juratum
unum vel duos ad conferendam in eosdem fundos-

commutatos Nobili Rubinkowski intromissionem trādi-
tionemq. de brachio nostro regali designabimus eis-
demq; facultatem eandem Intromissionem dandi & con-
ferendi concedemus. Secus itaq; Fidelitates Vra non fa-
ctura pro gratia nostra & Officiorum suorum debito
ac sub vadio supra comminato. Datum Thorunij-
die xx. Mensis Januarij Anno Domini Millesimo
Septingentesimo Tertio Regni vero Nostri Anno Sexto
Augustus Rex. Locus Sigilli Minoris Cancellariæ Regni
Michael Augustinus Kolwel Sacræ Regiæ Mtis Secretarij.
Quam ejusmodi Relationem ad acta præsentia Suscipi
ijsdem inseri & authentiòe extradi permisimus. Inqz.
Actum Thorunij Feria Tertia ante Festum Con-
versionis Sancti Pauli Apostoli proxima die scilicet
Vigesima tertia Mensis Januarij Anno Dñi 1703.

Relatio ejus Illmi Procancellarij Rni

Munus Vexilliferatus Palatinatus Brestēn Cujavien Ignoto Dorpowskij confertur.

Augustus &c Significamus &c.

Quod veniens personaliter ad Nos & acta Me- vp.
trices Regni Cancellariæ nostræ minoris Generosus
Chrisostomus à Dorpocz Dorpowski Generalis Auditor
Exercitus Regni Poloniæ Secretarius Noster, Judi-
ciorumq; Nostrorum Assessorialium singularis assessor
obtulit & ad acticandum seu actis præsentibus inse-
rendum porrexit Literas Privilegij Super Vexilliferatu
Brestensem Cujaviensem prædicto Generoso Dorpowski
servientis, manu nostra subscriptas et Sigillo majoris
Cancellariæ Regni communitas sanas salvas ac illæ-
sas omniq; suspicionis nota carentes. Supplicatumq;
Nobis est ut easdem Literas ad acta præsentia Su-
scipi, ijsdem inseri & rursus ex ejsdem descriptas

authentice parti affectanti extradi permittere dignaremur.
Earundem vero Literarum tenor qui sequitur talis. =
Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniæ magnus
Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ &. Significamus prn &
Induxerunt eo animum Nostrum regium avita Dom
claritudo, in nos propensus animus, in Rempublicam
functionibus frequentatis argumenta in Campo mar-
tio tot occasionibus contra totius Christianitatis hostem
probata Virtus quæ ut primo ad Stragem de hoste sub
Vienna heroicè initiata ita continuatione incessante
in oculis totius orbis Poloni cum dispendio Vitæ propriæ
perseverata ad hunc usq. diem in obsequio Reipublicæ
permanet Generosi Chrisostomi à Dorpasz Dorpowski
Generalis auditoris Exercituum Regni ut ipsiante-
quam par meritis ejus obtigerit Vacantia pro nunc
gratiam & benevolentiam Nostram Regiam exhibere-
mus & Vacantem Vexilliferatum Palatinatus Brze-
stensis Cujaviæ post ascensum ad Capitaneatum Ca-
strensem Naklensem Generosi Andreæ de Lubaniec
Dąbski Palatinatus Brzestensis Cuiaviæ illius ultimi
& immediati possessoris ad nostram dispositionem de-
volutum damus et conferimus. prout quidem præ-
sentibus Literis nostris cum omnibus Juribus præro-
gativis & obventionibus de lege & consuetudine
hoc munus concernentibus damus et conferimus,
tenendum gerendum ac obeundum ad extrema vitæ
Suæ tempora vel majoris alicujus dignitatis asse-
cutionem. Quod omnibus quorum interest præsertim
vero dignitarijs Officialibus totiq. Nobilitati Palatinatu
Brzestensis Cujaviæ notum esse volentes mandamus
ut prædictum Generosum Chrisostomum Dorpowskj
ab hinc pro vero & legitimo Vexillifero Brzesten Cujavien
habeant & agnoscant. Cjq. de loco Juribus titulo præro-
gativis & obventionibus huic muneri debitis respon-
deant & ab alijs responderi curent. pro gratia nostra Regia.

In quorum fidem præsentes manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Thorunij Die vigesima prima Mensis Decembris Anno Domini Millesimo Septingentesimo Secundo Regni vero Nostri Sexto Augustus Rex. Locus Sigilli majoris Cancellariæ Regni. Vexilliferatus Palatinatus Brzesten Cujavie Gnoso Chrisostomo Dorpowski confertur. Casimirus Sarnocki Dapifer Vitebscensis Sacræ Regiæ Mtis Secretarij Cui Supplicationi uti justa ac legitime Nos benigne annuentes præinsertas Privilegij Literas, quarum originale idem offerens denuo ad se recepit et de recepto Cancellariam Nostram quietavit, ad acta præsentia suscipi ijsdem inseri et vursus ex ijsdem descriptas authenticè parti affectanti extradi permisimus. In quorum &c Actum Thorunij Feria Quarta pridie Festi Conversionis Sancti Pauli Apostoli Die videlicet vigesima quarta Mensis Januarij Anno Dñi 1703.

Relatio ejusd Illmi Procan Rni

Roborant Contractu Meysnerowie Coniuges et alij, ac Nobilis Rubinkowski.

Augustus &. Significamus &.

Quomodo coram Nobis & Actis Metrices Regni Cancellaria Nostræ minoris personaliter Comparentes Nobiles & Honorati Georgius Meysner Notarius Judiciorum Thorunensium & Anna Elisabetha primi olim Honorati Jacobi Eccardi Secretarij Thorunen ad præsens vero Secundo voto Coniuges in assistentia Spectabilis Danielis Ostka Judicij Veteris Civitatis Thorunensis Scabini Tutoris prædictu Elisabethæ Consortis dicti Nobilis Eccardi de præsentaneo Consensu mariti assumpti nec non Spblis Benedictus Linderhausen Scabinus dictæ Civitatis Thorunen Veteris uti & tanquam pupillæ Reginæ Elisabethæ olim Spblis Jacobi Eccardi secretarij Thorunensis ex anna Elisabetha

c.p.

Ao 1703.

Matre procreatæ filiæ tutor additus ex una et Honoratus Jacobus Casimirus Rubinkowski Civis et Mercator Thorunen ex altera parte, sani mente et corpore existentes, a foro suo et Jurisdictione propria & competenti recedendo huic autem Jurisdictioni nostræ Regiæ quo ad hunc duntaxat actum & infrarecognoscenda attinet se cum personis et bonis suis subjciendo & incorporando palam sponte libere benevole ac per expressum recognoverunt et præsentibus quisq; pro suo interesse recognoscit. Quia ipsi Contractum certum inter se recognoscentes mutuo et ad invicem die quarta mensis Julij Anno proxime præterito Millesimo Septingentesimo Secundo confectum manibusq; suis propriis & amicorum suorum subscriptum, in omnibus prædicti Contractus illius contentis punctis clausulis, articulis, nexibus conditionibus & ligamentis totoq; ejus tenore non aliter ac si hic de verbo ad verbum insertus et per eosdem recognoscentes sors sivis inscriptionibus officiosis recognitus esset Contractum eundem ad pœnem Inscriptionem roboratoriam & è contra Inscriptionem ad contractum referendo, approbant confirmant ratificant, eumq; in toto & in quavis etiam minima parte illius, tenere complere illiq; pro suo interesse totaliter satisfacere de bonis suis generaliter omnibus mobilibus & immobilibus Summisq; pecuniarijs se se & Successores suos inscribunt & obligant. Idq; sub damnis civilibus Casu Contraventionis præsenti Inscriptioni roboratoria in toto vel in quavis illius parte per se & Successores suos de integro irremissibiliter ad solvendum succumbendis. Pro quibus quidem damnis simplici assertione taxandis ac re aliqua ex Contractu roboratorio non completa nihil lominus complenda ad Judicium competens Signanter vero ad Judicia nostra assessorialia Idem Recognoscentes suis cum Successoribus citati existentes mediante à foro recessu, in primo Citationis termino quem sibi peremptorium assignant, comparere, stare, respondere,

nec. tuendo se ullis Legum auxilijs et exemptionibus dila-
tionibus alijsq. quibusvis Juris Beneficijs Judicatum Ju-
dicij illius ad quod citati fuerint illiusq; executionem pati
damna Civilia Succubita in instanti reponere et nihi-
lominus ijs Solutis rei principali proqua citabuntur in
toto et inquavis minima parte satisfacere tenebuntur,
prout se et Successores Suos inscribunt & obligant. Hac
sua personali comparitione ad premissa omnia mediante.
Alias in forma Inscriptionis roboratoriæ de Jure plenis-
sima & perfectissima. Quam manibus suis subscripserunt
Georgius Meisner mpp. & Anna Elisabeth Meisnerin mpp.
Daniel Esken ut assistens mpp. & Benedictus Lindershausen &
Kazimierz Rubinkowski. mpp. Quam ejusmodi In-
scriptionis Roborationem modo premisso factam Nos
ratam firmam ac de jure validam habentes, haberiq;
ab omnibus volentes ad acta presentia suscipi ijsdem
inseri et ex ijsdem authentice descriptam parti affectan-
ti extradi permisimus. In quorum fidem &
Actum Thorunij Feria Sexta post Festum Conver-
sionis Sancti Pauli Apostoli proxima die scilicet
Vigesima quinta mensis Januarij Anno Dni 1703.

Relatio ejusdo Illmi Procancellarij Regi

Gnosus Felix Arciechowski Illri & Mgco
Marschalco Pnli de Suma 24 flor polon cedit

Augustus R. Significamus &

Quod coram nobis et actis Metrices Regni Can- &c.
cellaria Nostra minoris personaliter comparens Gnosus
Gaspar Felix Arciechowski Terrestris Livensis & Mar-
schalcatus Regni Judex suo et Gnosiorum Clare
Generosi Alberti a Nierzynski Consortis & Alexandri
Filij, Marianna, tum Regina filiarum cum olim
Gnosa Anna Reydowna olim Gnosi Alexandri
Reid Sacre Regie Mattis Secretarij & Artilerie Regni

A.o 1702.

Commissarij filia secum recognoscente procreatorum
Arciechowskich nomine pro quorum ratihabitione ca-
vet et se præsentibus inscribit, à foro Terrii Districti-
bus, Iurisdictioneq. sua quavis propria recedendo huic
autem Iurisdictioni nostræ regiæ quoad actum præ-
sentem & infrarecognoscenda attinet se cum Bonis
& persona incorporando palam Sponte libere benevole
ac per expressum recognovit & præsentibus recognoscit
Quia ipse Illri & Magnifico Casimiro Ludovico in Kar-
czew & Radzimin Bielinski Marschalco Supremo
Regni Czernensi Mariæburgen Tucholien Osiecensi &
Capitaneo de Summa viginti quatuor millium flo:
renorum polonicalium eidem Suprascripto olim Ale-
xandro Michaeli Reyd Sacræ Regiæ Matis Secretario
& Artileria Regni Commissario per Spectabilem
Thomam Tymf debita Decretoq. Judicij Tribunalitij
Regni Leopolien. Sabbatho post Festum Sancti Petri
in Vinculis proximo Anno Domini Millesimo Sex-
centesimo Sexagesimo Septimo prolato eidem et
Generoso Reyd adiudicata & per huncce olim Gnosu
Reyd iuramento corporali in Judicijs Tribunalitijs
Regni Leopoliensibus Feria Secunda ante Festum
Sancti Laurentij Levita & Martyris proxima Am.
eodem Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo
Septimo evicta & in suprascriptam olim Generosam
Sui recognoscentis Consortem Jure naturalis Suc-
cessionis devoluta post fata quoq. ejusdemet Gnosæ
Consortis sui Recognoscentis semet recognoscentem
Vigore Iurium maritalium & suprascriptos Ge-
nerosos Arciechowskie Liberos Sui recognoscentis
cum prænominata olim Consorte Sua procreatos
vigore Iuris naturalis concernente nec non
de provisionibus ab actu Suprascripti Decreti a
prænominata Summa in hucusq. provenientibus
tumq. de Decretis totoq. processu Judiciario ac cun-
ctis Juridicis actibus ob præstitam sibi pro promissis

satisfactionem cedit et condescendit, Jusq; suum &
præmissorum Liberorum Suorum totum & integrum
ad Suprascripta habitum in rem et personam Supra-
scripti Illris & Magci Supremi Marschalci Regni
transfert & transfundit plenarie. Submittens a
inscribens suis cum Successoribus de bonis suis gene-
raliter omnibus eundem supranominatum Illrem
& magnificum Supremum Marschalcum Regni
ab omni Juridica & extrajuridica prænomina-
torum Liberorum Suorum impetitione si quæ ex
ratione Suprascriptæ præsentis cessionis oriretur
tuiturum & sufficienter evicturum. Dq; sub vadio
Summæ supranominatæ, principali atq; provisioni-
bus ab ea provenientibus correspondentis a se Reco-
gnoscente Submittente Suisq; Successoribus per Sæpe
fatum Illrem & magnificum Supremum Regni Mar-
schalcum coram officio Castren Livensi Jure media-
vindicandi. Hac sua personali recognitione ad præ-
missa mediante. Alias in forma Inscriptionis Cessi-
onaria de Jure plenissima & perfectissima. Quam
idem Generosus Recognoscens manu sua subscripsit.
Gaspar Felix Arciechowski Trs Liven & Marschalcat
Regni Judex mp. Quam ejusmodi Inscriptionis
Cessionem modo præmisso factam Nos
ratam firmam ac de Jure validam habentes,
habereq; ab omnibus volentes ad acta præsentia Su-
scripti ejidem inseri et ex ejsdem authentice De-
scripti parti affectanti extradi permisimus. In quor-
Actum Thorunij ut Supra Relatio ejusd Procur Rni

Oblata certi Contractûs in rem Rubinko-
wskicgo Successorumq; ejus serven

Quod Augustus & Significamus &c. &c.
Quod veniens personaliter ad Nos & Acta Metrica
Regni Cancellariæ nostræ minoris Honorat Jœs
Casimirus Rubinkowski Civis & Negotiator Civitatis

A: 1703

Nostra Thorunensis obtulit & ad acticandum porrexit
Literas Contractus certi Continentes in se commu-
tationem certorum fundorum hic Thorunij in Villa
Mokre iacentium canas salvas ac illesas omni ejs
suspitionis nota carentes manibus Contrahentium
& amicorum Suorum tum & testium subscriptas.
Supplicatumq. Nobis est ut eadem Contractus Literas
ad acta præsentia Suscipi, ijsdem inseri et rursus ex
ejsdem descriptas authentice parti affectanti extradi
permittere dignaremur: Earundem vero literarum
Contractus præfati polonico idiomate conscripti tenor
qui sequitur talis. My nizey na tym wyrazeni Kon-
trakcie zeznaiemy iżeśmy rozmyślnie z dobrey
woli swoiey zamienili y zaprzedali Jmci Panu
Kazimierzowi Rubinkowskiemu Mieszczaninowi
y Kupcowi Torunskiemu grunta niekiedys Wilimo-
wskie nazwane to iest trzy sztuki dwie mate trze-
cią większą pustych zarosłych, ktore zgodzone y
zkontraktowane za Summę Tysiąc duiescie, aze
przyległy ma grunt Pan Rubinkowski naszych wol
folwarskich, tedy z nim zamieniamy tenze grunt
ktory lezy między Panem Papelbamem a Panem
Menchą na wielkim mokrem. Ktory zamian y za-
przedanie effective w possessią oddaiemy usq ad acta
traditionis iudicialis, obiecuiąc y asekuruiąc pu-
pille iako Successorce Niebosczyka Jm Pana Ekkereta
Sekretarza, ktorey połowa z tych gruntow należy
zamienionych na naszey połowie dobr niczym nie
obciążonych pro meliori Securitate sądownie asse-
kurować ile że te grunta niefruktifikowały dotych
czas. A że przez ten zamian meliorowana iest kon-
dicia pupille, ktory kontrakt między sobą postano-
wiony takiego waloru y wagi mieć chcemy iakoby
przed Xięgami Sądownymi stać się y utwierdzony
był, wolno tedy będzie Panu Rubinkowskiemu po
żniwach skończonych z tymi gruntami postąpić

iako z swoią własną possessią y iako się mu podobać będzie sine cujusvis præpeditione gdyż nietylko odebralismy pro medietate należytą satisfakcią et cessionem pollicemur y Intromissiey pozwalamy, ale też de persolutione pro altera medietate circa tradi-tionem peragendam accedente tamen prius consensu Nobilis & Spectabilis Officij pupillaris dosyć uprzewnieni iesteśmy. na co dla lepszey wiary y wagi z wyż mianowanych punktow y kondycyi wyrażonych podpisuiemy się rękami własnemi naszymi przy świadkach wyrażonych. Datum w Toruniu die quarta Julij Millesimo Septingentesimo Secundo. Georgius Meisner Venditor. Anna Elisabetha Meisnerowa natalibus Hibnerowna. Daniel Estka iako assistens. Benedykt Lidnarowicz sine meo & pupillæ damno. Christianus Goldynk uti testis Karol Gotlib Sewiusz uti testis. Ikazimierz Rubinkowski. Cui Supplicationi uti Justæ ac legitimæ Nos benigne annuentes præinsertas Literas Contractus / cujus originale idem offerens denuo ad se recepit et de recepto Cancellariam nostram quietavit / ad acta præsentia suscipi, ijsdem inseri, et ex eisdem authentice parti affectanti extradi permisimus. In quorum fidem &c. Actum ut supra &c. Relatio ejusd &c.

Marschalcat Rni Supremus Magnifico Bielinski Cur Reg: Marschalco confertur.

Augustus & Significamus &. Quod veniens personaliter ad Nos & Acta Metricæ Ex.
Regni Cancellariæ Nostræ minoris Nobilis
Ganowski obtulit & ad acticandum porrexit Literas
Privilegij super munus Supremi Marschalci Regni
Mri & Mgco Casimiro Ludovico Bielinski Regni Mri
Curiæ Marschalco Czerneń Mariæburgen Tucholien
Osiecensi Capitaneo per Nos eidem benigne collati,

A° 1703

manu Nostra Regia subscripti, & Sigillo minoris Cancel-
laria Regni communiti, sanas, salvas ac illæsas omnig
suspicionis nota carentes. Supplicatumq; Nobis est ut easq
ad acta præsentia suscipi ÿjsdem inseri et rursus ex ejsdem
descriptas authentice parti affectanti extrâdi permittere
dignaremur, Earundem vero Literarum tenor qui
Sequitur talis. Augustus Secundus Dei gra. Rex Polo.
Magnus Dux Lithuaniæ Russia Prussia &c Significamus.
Cum sit magnanimitas & munificentia Regij Thro-
ni gloria & decus nihil nobis antiquius esse quam vir-
tutem præmiare gradus dignitatis observare et eximiorum
meritorum in hac Republica Cives non laude solum sed
gratiæ affectum distinguere meruit singularem respectum
nostrum carissimus toga & sago Magnificus Casimirus
Ludovicus Bielinski Regni nostri Curiæ Marschalcus
Czerneń Mariæburgeń Tucholien Osiecen Capitaneus
cujus pro Republica fides & constantia non tantum
in aperto posterorum exemplo extat, sed nobis à Statibus
Reipublicæ specialiter commendata, legeq; publica cum
decore in postuma sæcula nota existit, sed cum in pe-
rennitatem decoris id ipsum & præmium virtuti serviat
Nobis argumentum gratiæ nostræ adest et à cujus ma-
nibus diploma recepimus ejusdem personam regio &
peculiari respectu, dotes animi ipsius æstimando ex-
emplo Antecessorum nostrorum non dignamur.
Imo sub cujus directione electio nostra peracta est
eidem Scipionem primo Curiæ nunc vero Supremi
Mareschalcatus Regni nri. concredamus & confera-
mus uti quidem post fata Magnifici Josephi Lubo-
mirski Supremi Regni Nostri Mareschalci Vacantem
eandem dignitatem Supremi Regni Mareschalcatus
dicto Magnifico Casimiro Ludovico Bielinski ex gradu
conferimus presentibus Literis Nostris ad extrema
vitæ ipsius tempora vel amplioris dignitatis aspecu-
tionem, cum omnibus Juribus Suprema Jurisdiction
libertatibus, prærogativis & immunitatibus huic muneri
de lege vel antiqua consuetudine Servien. tenendum
habendum & possidendum. Quod omnibus quorum

interest

interest praesertim vero Dignitarijs Officialibus universq.
Nobilitati Regni nostri notum esse volentes, mandamus
ut dictum Magnificum Casimirum Ludovicum Bielinski
pro vero & legitimo Supremo Regni Mareschalco habeant
ejusq. Iurisdictioni & authoritati pareant tum de huribus
ac prærogativis eundem concernentibus respondeant. Pro
gratia nostra. In quorum fidem presentes manu Nra
Subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum
Thorunij die vigesima Mensis Decembris. Anno Domini
Millesimo Septingentesimo, Secundo Regni vero Nostri
Sexto Anno. Augustus Rex. Locus Sigilli minoris Can-
cellaria Regni. Supremus Regni Marschalcatus post
fata Magci Josephi Lubomirski Supremi Regni Marschal-
ci Magnifico Casimiro Ludovico Bielinski Marschalco
Curiæ Regni confertur. Michael Augustinus Holwel
Sacra Regiæ Mttis Secretarius. Cui Supplicationi uti in-
ta ac legitima Nos benigne annuentes præinsertas
privilegij super Supremum Marschalcatum Regni Literas
quarum Originale idem Offerens denuo ad se recepit et de
recepto Cancellariam nostram quietavit ad acta presentia
suscipi ijdem inseri et rursus ex ejsdem descriptas Au-
thentice parti affectanti extradi permisimus. In quorum
Actum Thorunij Sabbatho post Festum Conversio-
nis Sancti Pauli Apostoli proximo Videlicet vigesima
septima mensis Januarij Anno Domini 1703.

Relatio ejusd Illmi Prosanecky Regni

Relatio Mnris Rnli Gnalis Honorato Rubinkowski in fundum certum datt Intromissio.

Augustus &c. Significamus &

Quod veniens personaliter ad acta Metrices Regni &c.
Cancellaria nostra minoris Stanislaus Kamienski Mi-
nisterialis Regni Generalis in vim sui veræ ac fidelis
Relationis ubiq. locorum faciendæ palam ultro et libe-
re recognovit. Quia ipse pro Officio suo existens requisitus
habitis secum duobus Nobilibus Adamo Lapczynski &

interest

A:o 1703.

& Andrea Rzeszowski majoris & evidentioris testimonij gratia sibi adiunctis die hodierna actus presentis quae erat dies vigesima Septima Mensis Januarij Anno eiusdem Millesimo Septingentesimo Tertio ad bona Wielkie Mokre ad Thorunium consistentia videlicet agros inter suas vicinitates videlicet Honorati Paselbaum Scabini veteris Civitatis Thorunen ex una, & Fam: Menche ex altera partibus consistentes ex antiquo Ulimowskie nuncupatos, iacentes condescendit ibidemq; Famatum Joannem Casimirum Rubinkowski Civem & Mercatorem Thorunensem vigore Inscriptionis roborat: certi Contractus intuitu Commutationis certorum agrorum cum Nobilibus Meysnerowie Coniugibus et Filia praefata Nobilis Meysnerowa cum ejus Tutore Officiose addito & dictum Famatum Rubinkowski iniri & actis praesentibus Metrices Regni Cancellariae nostrae minoris per suprascriptos contrahentes Thorunij Feria Sexta post Festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxima die scilicet vigesima quinta Mensis Januarij Anno praesenti Millesimo Septingentesimo Tertio recognita et in personam praefati Rubinkowski Civis & Mercatoris Varsaviens facta in eadem bona et fundos supra de situ suo specificatt ac eorum attinentias et pertinentias prout se eadem bona in suis metis et limitibus ex antiquo extendunt & dislimitata sunt adhibitis de Jure circa talia requisitis solennitatibus premissaq. omnium si qui sunt Jus & interesse aliquod ad eadem bona haben & quo modocunq; praetenden ter et ultra solitum Juris quatuor vicibus voce sonora praeconica acclamatione intromisit & investivit realemq; et actualem eorundem bonorum possessionem ac usum fructum ex officio suo tradidit & contulit. De quo praesentem suam facit Relationem. Quam quidem suprascriptam Intromissionis relationem ad acta praesentia suscipi, ijs inseri et extradi authentice parti affectanti permisimus. In quorum fidem Actum Relatio ut supra.

Oblata Inscriptionis approbatoria pro parte Szmelingow Coniugum.

Augustus & Significamus &c

Quod veniens personaliter ad nos & Acta Metrices Ex.
Regni Cancellarie Nostre minoris Honoratus Henricus
Von Szmeling Mercator Gedanensis obtulit & ad acti:
candum porrexit Inscriptionis Literas infrascriptas
continentes in se inscriptionem redonatoriam & appro:
batoriam certe inscriptionis per Joannem Bochenkowicz
coram Actis Consulanibus Civitatis antique Varsavie
in personam Nobilis Justine Szmelingowa recognite
Sanas salvas et illesas omnig. suspicionis nota carentes.
Supplicatumq. nobis est ut easdem ad acta presentia su:
scipi ijsdem inseri et ex ejsdem descriptas authentice
parti affectanti extradi permittere dignaremur. Earum
vero Literarum tenor est qui sequitur talis. Actum in
Curia Regia Stpzycensi Feria Quarta post Dominicam
Ramispalmarum Quadragesimalem proxima Anno
Domini Millesimo Septingentesimo Primo. Coram
Officio & actis presentibus castrensibus Capitaneali-
Stpzycensibus personaliter comparentes Generosi Joan:
nes Bochenkowicz Regiminis Archon Vicepraefectus
& Marianna de Kempner Coniuges Legitimi Sani men:
tibus & corporibus existentes, foro competenti omisso & Ju:
risdictione sua quavis propria posthabita, presenti vero
in se posteros ac bona sua omnia quo ad actum hunc be:
nevole assumpta publice benevole libere, ac per expres:
sum recognoverunt & quilibet illorum suo pro inter:
esse presertim Generosa Consors cum ejusdem Generosi
mariti sui uti Tutoris Coniugalis assistentia & autho:
ritate recognovit. Quia ipsi Inscriptionem redonatoriam
per se recognoscentem Videlicet Maritum suo et pre:
fate Consortis sue nomine coram Officio & actis Con:
sularibus Civitatis antique Varsavie Feria Quarta post
Dominicam Oculi Quadragesimalem proxima Anno
ad presens Currenti Millesimo Septingentesimo Primo,
in personam Nobilis & Honorate Justine Ludovice
Bochenkowiczowna Nobilis & Honorati Von Szmeling
Mercatoris Civis Gedanensis Consortis Super totas et in:
tegras Sortes Bonorum immobilium ut pote Lapide
Bochenkowiczowska dicte Varsavie post portam Cra:
coviensem sitam & iacentem, tales, quales sibi Recognos[ti]

A: 1703

marito idem Nobilis & Honoratus Henricus Voh Szmeling
Suo ac Nobilis & Honorate Justine Ludovice Bochenkowi-
czowna Consortis suo nomine in Anno Millesimo Septin-
gentesimo Feria Quarta post Dominicam Judica Quadra-
gesimalem Passionis proxima die trigesima prima Mensis
Martij coram ejsdem Actis Consularibus Civitatis Antiqui
Varsavie donatt fuerunt factam & recognitam nunc de-
fectus ejusdem Inscriptionis redonatoria quovis Supplendo
eandemq. meliorando ambo et in solidum approbant con-
firmant & ratificant ad eademq. bona sortium dicte
Lapidee nullum Jus & pretensionem se habere declarant
imo omnibus Juribus & pretensionibus ad eandem lapi-
deam seu Sortes ejus habitis abdicant & abrenunciant
perpetuo, eundemq. Nobilem & Honoratum Henricum von
Szmeling ab omnibus impedimentis Juridicis in quovis
Judicio et Judicio Regni tueri defendere nec respectu
Summe per se Maritum Recognoscentem sibi Consorti
recognoscenti coram quibusvis actis modo quovis inso-
inquietare debebunt & se presentibus de bonis suis omni-
bus inscribunt, idq. sub damni Terrestribus simplici
verbo absq. quovis corporali Juramento taxandis. Pro
quibus coram Officio Consulari Civitatis Antiqui Varsa-
via cuius cum Successoribus respondebunt peremptorie
in forma Juris plenissima. Hac sua personali rece-
gnitione ad premissa omnia accedente. Ex actis
Castrensibus Capitaneatibus Stezycensibus rescriptum
Correxit Poletylonshii. Locus Sigilli Castrensis Stezyc-
Cui Supplicationi uti iuste ac Legitime Ita Os
benigne annuentes preinsertam Inscriptionem
ad acta persentia suscipi & inseri Partiq. affectanti
extradi permisimus. In quorum fidem Sigillum
Regni presentibus est appressum Actum
Thorunij ut Supra.

Relatio ejusd Illmi & Excellen
Dñi Dñi Joannis à Stupow Szombek
Procancellj Dñi Brecen[illegible] Capitanei.

C

Genero
Mi
Duo
Reg
Comparen
Michael el
Stipendijs
bus & corpo
dictioneq.
Jurisdict
sese cum
palam spo
& quilibe
omni m
Jure valid
verum ac
Casimiru
gilli maj
et solenn
ti & ma
plenaria
Georgio Sz

Actum Lublini in Comitijs Regni Feria 2uarta ante Festum Sancti Joannis Baptistæ proxima Die scilicet vigesima Mensis Junij Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Tertio.

Generosi Wierzbicki, & Turzanski al Mirski Plenipotentes ordinant.

Quorum Augustus & Significamus & Quorum quomodo coram Nobis & actis Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Minoris personaliter Comparentes Gnosi Simon Wierzbicki, Paulus Turzanski Michael Mirski Deputati ab exercitu Regni Poloniæ pro Stipendijs militaribus ad nostrum fiscum missi sani mentibus & corporibus existentes à foro terris Districtibus, Juris, dictionej sua quavis competenti recedendo hujus autem Jurisdictioni nostræ Regiæ quo adhunc duntaxat actu se cum bonis et personis suis subjciendo et incorporando palam sponte libere benevole ac per expressum recognoverunt & quilibet eorum suo pro interesse recognoscit. Quia ipsi omni meliori via forma & Stylo quibus melius ac de Jure validius potuerunt & debuerunt in suum legitimum verum ac indubitatum plenipotentem Generosum Casimirum Sawnocki Dapiferum Vitebscensem & Sigilli majoris Cancellariæ Regni Secretarium fecerunt et solenniter ordinaverunt. Dantes ejdem Plenipotenti & mandatario Suo omnimodam potestatem & plenariam facultatem causam & actionem Spectabilis Georgio Szreyder Proconsuli, Andreæ Lamma, Andreæ

A: 1703.

Natęcz Consulibus Famatis Georgio Szreyder prædicti Proconsulis filio & alijs in Citationibus expressis Civibus Graudentinensibus ad Judicia nostra assessorialia intuitu sui recognoscentium in eadem Civitate Nostra in Prussia existenti aggravationis, incarcerationis, Spoliationis, concussionis, Converberationis, aliarumq; violentiarum & injuriarum in citationibus expressarum illationis, institutam promovendi defendendi, probationes omnimodas inferendi, Juramenta deferendi auscultandi & indulgendi, cum parte si id necessitas expostulaverit sine tamen damno & præiudicio sui recognoscentium componendi transigendi rerum iudicatarum executionem urgendi, Juramenta referendi aliaq; omnia munia veros & legitimos plenipotentes concernentia faciendi, gerendi & exequendi. Alios Plenipotentes in locum sui substituendi cumsimili vel limitata facultate, Substitutionis munus iterum ad se revocandi. Promittentes & solenniter cauventes id totum quidquid per suum plenipotentem sive ejus substitutos gestum, factumq; fuerit pro rato & grato suscepturos & inviolabiliter observaturos. Hac sua personali comparitione ad præmissa omnia mediante. In forma alias Plenipotentiæ & mandati de Jure plenissima & perfectissima. Quam Plenipotentiam manibus suis subscripserunt. Szymon Wierzbicki: Paweł Turzanski Ulichat Mirski. Quam ejusmodi plenipotentiæ Inscriptionem modo præmisso factam Nos firmam & de Jure validam habentes habericq; ab omnibus volentes ad acta præsentia suscipi, ijsdem inseri et rursus ex ijsdem descriptam authenticè parti affectanti extradi permisimus. Inquorum Actum Relatio

Relatio ejusd Illmi Procancellarij Rni

Palatinatus Mariaburgen Magnifico Petro Kczewski Referendario Rni confertur.

Augustus IIdus R. Significamus R.

Oblatas esse Literas Nostras ad acta Metrices Regni Cancellariæ nostræ minoris infrascriptas. Supplicatumque nobis est ut easdem Literas ad acta suscipi ijsdem inseri et ex ejsdem descriptas authentice parti eatradi permittere dignaremur. Earundem vero Literarum tenor est qui sequitur talis. Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ &c Significamus &. Non minus Senatoria lectissimorum Virorum corona quam ista, quam auro & gemmis fulgurantem baiulamus grande imperantium onus corona, regiam Nostram auget majestatem, nec ita eandem propinqua cælo vastarum urbium propugnacula nec plena roborantibus machinis armamentaria vel prærupta abscissorum montium latera, aut multiplicata millenarum legionum præsidia tutantur, quam fida & candida optimorum Consiliariorum pectora, quorum inviolabilis et adversis inconcussa fides salvos præstat in aperto Reges. Hinc ad vacantem Palatinatus Mariæburgensis dignitatem post collatum Supremum Thesaurariatum Regni Mgco Joanni Georgio de Prebendow Przebendowski Palatino Mariæburgensi talem capacem & probatum exquirendo Virum ultro incurrimus in Gnosum Petrum in Kczewo Kczewski Referendarium & Regentem Regni Capitaneum Nostrum Stanislaviensem, intimumq. Cameræ nostræ notarium, religione pium, artibus egregium clarum ac intaminata erga Nos fide conspicuum qui vetusta oriundus prosapia defunctis multis Officijs et honoribus Nobis et Patriæ incorruptam suam probavit integritatem. Emeruitq. ut merita virtutem et fidem ejus Nobis utvobisq. & incessanter in pace & bello assistentis Senatoria præmietur Curuli atq. præfatum Palatinatum Mariæburgensem eidem Gnoso Kczewski Referendario Regni demus & conferamus prout presentibus Literis nostris eundem Palatinatum Mariæburgensem una cum Castro & Capitaneatu Christburgensi et competenti Jurisdictione Palatinali omnibusq. Juribus prerogativis, obventionibus prædijs Villis attinentijs & pertinentijs Cohærentijs & adiacentijs generaliter universis

tum omnibus emolumentis huic Palatinatui de legum præscripto vel usu recepto servientibus damus & conferimus ad extrema vitæ ipsius tempora seu majoris alicujus dignitatis assecutionem. Quod omnibus & singulis quorum interest præsertim vero dignitarijs Senatoribus Officialibus, universæq; nobilitati Terrarum Prussiæ præsertim nobilitati Districtq; Marieburgensis ad notitiam deducentes requirimus, mandamusq; ut prænominatum Magnificum Kczewski Referendarium Regni ab hinc pro vero & legitimo Palatino Marieburgensi habeant, agnoscant eidemq; de loco Iuribus Prærogativis immunitatibus obventionibus & universis utilitatibus Palatinatum Marieburgensem de lege vel antiqua recepta consuetudine concernentibus respondeant ab omnibusq; responderi curent. Pro gratia nostra. In quorum fidem præsentes manu nostra subscriptas Sigillo Regni communiri iussimus. Datum Thorunij die nona Mensis Februarij Anno Domini Millesimo Septingentesimo Tertio Regni vero nostri Sexto Anno. Augustus Rex Locus Sigilli minoris Cancellariæ Regni. Palatinatus Marieburgensis post collatum magnifico Przebendowski Supremum Thesaurariatum Regni magnifico Kczewski antecedaneo Referendario Regni confertur. Michael Augustinus Holwel Sacræ Regiæ Mtis Secretarius Illmi Cui Supplicationi uti justa ac legitime Nos benigne annuentes præinsertas privilegij suprascripti Literas ad acta præsentia suscipi, ijsdem inseri et rursus ex ijsdem descriptas authentice extradi permisimus. In quorum &c. Actum &c. Relatio ejusd Illmi Procancellarij &c.

Thesaurariatus Terræ Dobrzynensis Generoso Zaleski confertur.

Augustus &c. Significamus &

Quod veniens personaliter ad Nos et Acta Metrices Regni Cancellariæ Nræ minoris Gnōsus Franciscus Zaleski intimus Cameræ nostræ Aulicus obtulit & ad acticandum porrexit Privilegium Nostrum Super

vp.

Thesaurariatum Terræ Dobrzinensis ipsi benigne collatum manu nostra subscriptum & Sigillo majoris Cancellariæ Regni communitum, sanum salvum & illesum omnig. suspicionis nota carens. Supplicatumq. nobis est ut hocce Privilegium ad acta præsentia suscipi, ijsdem inseri, & rursus ex ijsdem descriptum authenticè parti affectanti extradi permittere dignaremur. Cjusdem vero Privilegij tenor est qui sequitur talis. Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ &c. Significamus & Præclara Generosi Francisci Zaleski intimi Cameræ nostræ aulici erga nos Remq. publicam constanter ac fideliter luculentis præstita documentis merita eum sibi apud nos conciliarunt respectum, ut ipsa quavis occasione porrecta premiata velimus, quorum etiam ad præsens benigna ducti ratione faciendum esse duximus ut ipsi Officium Thesauriatus Terræ Dobrzynensis post decessum Generosi olim Gembart Thesaurarij ejusdem Terræ vacans ac ad nostram dispositionem devolutum daremus & conferremus, uti quidem cum omnibus Juribus, prærogativis & immunitatibus de lege vel antiqua consuetudine hocce munus concernentibus damus & conferimus præsentibus Literis Nostris per ipsum tenendum gerendum & obeundum ad extrema vitæ ejus tempora seu majoris alicujus dignitatis assecutionem. Quod omnib. quorum interest præsertim vero Dignitarijs Officialib. totiq. Nobilitati Terræ Dobrzynensis Palatinatus Ploc. notum esse volentes mandamus ut præfatum Gnosum Franciscum Zaleski abhinc pro vero & legitimo Thesaurario Terræ Dobrzinensis habeant, agnoscant, eidemq. de loco Juribus prærogativis & immunitatibus huic muneri competentibus respondeant ac ab alijs respondeari curent. Prograția nostra Regia. In quorum fidem præsentes manu nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Lublini Die vigesima prima mensis Junij Anno Domini Millesimo Septingentesimo Tertio Regni vero Nostri Sexto Anno. Augustus Rex Locus Sigilli majoris Cancellariæ Regni Thesauriatus Terræ Dobrzynensis Generoso

A°. 1703.

Francisco Zaleski post decessum Generosi olim
Gembart Thesaurarij Dobrzynensis Casimirus Sarnocki
Dapifer Vitebscens is Sacrae Regiae Mattis Secretarius &
Cui Supplicationi uti iustae ac legitimae H C S benigne
annuentes praeinsertum Privilegium ad acta prntia
susciji, ijsdem inseri & rursus ex ijsdem descriptum
authentice parti affectanti extradi permisimus. In
quorum Actum Lublini in Comitijs Regni Feria
Quinta ante Festum Nativitatis Sancti Ioannis Baptistae
proxima die scilicet Vigesima prima mensis Junij
Anno Domini Millesimo Septingentesimo Tertio.

Relatio ejusd Illmi Procancty Kni.

Oblata certarum Literarum pro re Magnifici Kczewski servien. Augustus & Significamus &

Quod veniens personaliter ad Nos et acta Metrices
Regni cancellariae Nostrae minoris Generos, Franciscus Zaleski Thesaurarius Terrae Dobrzynensis obtulit
& ad acticandum porrexit Literas Nostras Regias manu
Nostra subscriptas & Sigillo Regni cancellariae nostrae Mino:
ris communitas sanas, salvas & illaesas omnig. Suspicio:
nis nota carentes. Supplicatumq. Nobis est ut easdem
Literas ad acta praesentia susciji, ijsdem inseri, et rursus
ex ijsdem descriptas authentice parti extradi permittere
dignaremur. Earundem vero Literarum tenor qui Seque:
tur talis. August Wtory z Bozey Laski Krol Polski
Wielki Xigze Litewski Ruski Pruski Mazowiecki Zmudz:
ki Kijowski Wolhynski, Podolski Podlaski Inflantski,
Smolenski Siewierski Czernichowski a Dziedziczny
Xigze Saski y Elektor. Wielmoznemu Piotrowi
Kczewskiemu Woiewodzie Malborskiemu Kiszborskie:
mu Stanislawowskiemu Staroscie uprzeymie nam
milemu Laskę naszę Krolewskę. Wielmozny
uprzeymie nam mity. Ponieważ Vrodzony Greben

Generat Leytnant Woyska naszego koronnego ingra-
vescente ætate & valetudine Stuzbę woienną położyt
po Ktorym Freykampania Raytarska w Regimencie
Arkabuzeriey naszey pod Kommendą Vrodzoné Barona
Brandta teraznieyszego Generat Leytnanta y Putko-
wnika Gwardiey naszey wakuie. Znaigc zatym
Vprzeymosci Waszey in toga & sago przy boku na-
szym presens Obsequium vmyslilismy pomienioną
Freykampanią Vprzeymosci Waszey konferowac y Stu:
zbę woienną przypowiedzieć, iakoz niniejszym listem
Konferuiemy y przypowiedamy y według ordinacyey y
postanowienia Rzeczypospolitey płacą Hiberną trybem Zwy:
czaynym naznaczamy. Vprzeymosć zas Wasza o to starać
się będzie aby pod tą chorągwią y Officierowie Stuzby y-
dzieła woiennego uziadomi y ludzie, w Konie Strzelbę
y inny rysztunek dobrze opatrzeni byli y w zupełney
liczbie do obozu stawali pod władzą y posłuszeństwem
naszym y Wielmoznych Hetmanow koronnych.
Przestrzegac y tego pilno będziesz vprzeymosc Wasza
aby się w ciągnieniu, przechodach y Na stanowisku żadne
nikomu w dobrach naszych Krolewskich duchownych y
Slacheckich nie działa się Krzywda, y u Krzywdzonym
bez żadney dowłoki była czyniona Sprawiedliwosc. W czym
iako y w innych okurrenciach vprzeymosc Wasza na
Stawę imienia swego y na łaskę naszą Krolewską iak
naylepiey zarabiac będziesz Ktorą mu y na ten czas
ofiaruiemy. Dan w Lublinie dnia dwudziestego Wtore
Miesiąca Czerwca Roku Panskiego Tysiącnego Siedmset-
nego Trzeciego Panowania naszego Szostego Roku
Augustus Rex. Locus Sigilli Majoris Cancellę Rni
Kazimirz Sarnocki Stolnik Witepski JKMci Sekretarz.
List przypowiedny Wielmoznemu Woiewodzie Malbor:
skiemu na Chorąg w raytarską po Vrodzonym Grebe:
nie Generat Leytnancie Woyska koronnego. Cui Supplica:
tioni uti iuste ac legitime Nos benigne annuentes pra
insertas Literas quarum Originale idem Offerens denuo
ad Se recepit et de recepto Cancellariam Nostram quieta:
vit ad acta præsentia suscipi, ijdem inseri et rursus

Ao: 1703

ex ejsdem descriptas authentice parti affectanti extradi permisimus. In quorum. Actum Lublini in Comitijs Rni Sabbatho post Festum Sanctorum Petri & Pauli Apostolorum proxima die scilicet trigesima mensis Junij. Anno Domini Millesimo Septingentesimo Tertio. Relas ut sup.

Spectis Jachymowicz Consul Lublinen contra Grankowski protestatur.

Augustus &c Significamus &c.

Quomodo coram Nobis actisq; Metrices Regni Cancellaria Nostra minoris personaliter comparens Spectabilis Sebastianus Jachymowicz Consul Civitatis Nostrae Lublinensis Suo et Honoratae Barbarae Staszowska Consortis suae legitimae nomine satisfaciendo legi de renovationibus protestationum sancitae, protestationem suam ante hac Feria Quinta post Dominicam Jubilatae proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Nonagesimo Septimo in Castro Lublinensi contra infrascriptos Proconsulem Consules aliosq; seu verius totam Communitatem Civitatis Nostrae Lublinen factam omni meliori modo via & forma renovando, reassumendo iterum contra Spectabiles Proconsulem Consules Aduocatum Scabinos totamq; Communitatem Civitatis Nostrae Lublinensis solennissime manifestatus tum etiam contra Spectem Grzankowski Consulem Lublinensem protestatus est in eo. Quod licetsi post obtenta Decreta Contumacialia in causa inter se manifestantem actorem abuna & Suprafatum Magistratum & Communitatem Lublinensem ratione Summae trium millium Centum Septuaginta novem florenor & grossorum quindecim polonicalium in rem totius Civitatis erogata ac pronavatae opere in Judicijs nostris agitata Decretum Calculationis Varsaviae Feria Tertia in crastino Festi Decollationis Sancti Joannis Baptistae Die trigesima Mensis Augusti Anno Domini

Millesimo Sexcentesimo nonagesimo Quinto ex partium Con-
troversijs interceſserit postq. non effectuatam imo per spem
Grzankowski præpeditam Calculationem per Venerabilem
Bartholomæum Sedlewski Decanum Lublinensem uti Com-
missarium causæ ejusdem, remissa ad Judicia Nostra Apes-
sorialia steterit, qua stante causæ præfatæ remissione
ad nos per supratactum Commissarium suprafati Ma-
gistratus Lublinen: et Communitas metuendo pœnas
contra temerarios Executionis Decretorum nostrorum
impugnatores se manifestantem in Contractum cer-
tum Arendatarium proventus Civilis Lublinensis Sztu-
kowego biennalem enormiter læsivum in Satisfactione
prætensionum sui manifestantis induxerint defalca-
tionem omnem exceptis casibus hostilitatis & alijs fortu-
itis seduxerint et eundem proventum pro Summa
duorum Millium florenorum quotannis ad ærarium
Civile importanda eodem fine quasi idem proventus tam
compacta Summa quam per manifestantem prætensa
ac insuper lucro ipsius respondere et adæquari possit
Sibi manifestanti non die prima mensis Maij prout
tenebantur sed die decima quinta ejusdem mensis
in anno Millesimo, Sexcentesimo nonagesimo quinto
diminerint manifestansq. clausus spe lucri & Satisfa-
ctionis suarum prætensionum in Contractum eunden
consenserit & prænumerata prius Summa trecentorum
florenorum in vim rękawicznego data in dispositionem
ejusdem proventus se ingesserit, ac ex post circa expi
rationem primi Anni animadvertendo tenuitatem
proventus ejusdem ob subsecutum interregnum vacante
Judicio Tribunalis Regni Stante turbulento Reipublicæ
Statu Vigente Confœderatione Exercitus Regni, exu-
lante Mercatorum alio se ob metum Confœderatorum
transferentium frequentia, cessantibus commercijs
& Stante quorundam ex Palatinatu Lublinensi, ne
Subditi eorum consuetam, a vectura pensionem Sol-
vant, inhibitione, ad Calculum provocaverit ex qua &
tantum modo Summa mille Trecentorum florenorum
polonicalium ex eodem proventu deductis ducentis

florenis in Custodes proventus erogatis percepta eandem in usus publicos accedente Magistratus Lublinensis Consensu expendit, locoq; alicujus Lucri et suarum prætensionum satisfactionis nihil participant ad moderationem amicorum iuxta obloquentiam Contractus provocaverit. Illi nihilominus contraveniendo prænominatæ Contractui loco amicorum locationis ad sopiendas defalcæ ob casus fortuitos prætensiones non expirato biennali tempore die vigesima nona mensis aprilis Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Nonagesimo Septimo cum Famato Ogielbi Cive Mercatore Lublinensi intuitu ejusdem proventus Contractum iniverunt et ad tubam per preconem contra praxim tenutarium novum proclamarunt se manifestantem eluserunt. Contractui licetsi læsivo contravenerunt et ad hoc usq. tempus se manifestantem injustis suis prætensionibus iam per Decreta regia evictis pacificare neglexerunt pœnasq; exinde succubuerunt. Ac proinde is idem manifestans providendo indemnitati suæ ne per taciturnitatem suam ob turbulentum Reipublicæ Statum continuamq; Sueticam hostilitatem sibi in quoquam præiudicet suo & Consortis Suæ nomine iterum atq. iterum manifestatur. Salvam sibi Causæ præsentis post Curiam Sacræ Regiæ Mtis ex remissione dependentis prosecutionem ipsiusq. in integrum restitutionem ac Summæ ad Civitatem prætensæ vindicationem damnorumq; causatorum & causandorum tum expensarum litis liberam vindicationem pleno in robore reservando & præcustodiendo. Salvo Jure addendi corrigendi meliorandi. Alias in forma solennis protestationis et manifestationis plenissima & perfectissima. Hanc igitur manifestationem Suprascriptus protestans manu sua propria subscripsit Sebastian. Stanislaj Jachymowicz Cons Lublin. Quam ejusmodi protestationem Nos ad acta suscipi ejusdem inseri et ex ejusdem descriptæ Authentice parti affectanti extradi permisimq; Inquorumq; Actum Lublini in Comitijs Regni Feria Quarta ante Festum Sæ Margarithæ proxima Die scilicet undecima Mensis Julij. Aº D. 1703.

Relatio ejusd Illmi Dni Procancellarij Regni.

Illris & Magca Theophila Lubomirska contra Gnosas Gielgutowic Coniuges manifestatur.

Augustus & Significamus &.

Quod coram Nobis & actis Metrices Regni Cancel: vp.
lariæ nostræ minoris personaliter comparens Illustris
& Magnifica Theophila Ludovica Ducissa in Ostrog et Zastaw
olim Illustris & Magnifici Josephi comitis in Wisnicz & Ja:
rostaw Lubomirski Supremi Regni Marschalci Sandomi-
Solecen Nieporomicen Lubomlensis Rycensis &. Capitanei
Consors Vidua derelicta hanc suam Solennissimam in for:
ma iuris amplissima idq; inhærendo anterioribus mani:
festationibus & protestationibus per suos plenipotentes
& mandatarios suo nomine coram quibuscunq; Actis
authenticis Regni factis easdemq; manifestationes et pro:
testationes suas reassumendo in et contra Generosos
Andream Gielgut notarium Magni Ducatus Lithua
Sadovriensem Okmanensem Capitaneum & Antoniam
Comitissam de Waldsztein Coniuges legitimos fecit faciq;
manifestationem cum protestatione ideo. Quia præfati
Generosi Andreas Gielgut Notarius Magni Ducatus Lithuæ
et Antonia de Waldsztein Coniuges postquam indebitè
Clenodia sui manifestantis propria ex depositorio Patrum
Societatis JESV Collegij Varsaviensis contra suam Submis:
sionem levaverint, extunc omnes requisitiones amis:
cabiles à parte sui manifestantis in ordine ad mutuam
satisfactionem factas post habendo, licet Illris et Magnifica
Manifestans ob impossibilem pecunia præfatos Gnosos
Gielgutowie concernentis Jedanum transvectionem exva:
tione incursionis Suetica inibidem grassantis eosdem
Generosos Gielgutowie per varias magnæ æstimationis
personas expostulaverit sub celebratione modernorum
Comitiorum, quatenus ipsi Summam in Castro Cracovien
iam enumeratæ et defacto repositam levarent et restituti:
onis Clenodiorum locum & tempus assignarent. Nihilomi:
nus ipsi Summam eandem levare non curant seq; ma:
nifestantem in damna ulteriora inducere intendunt.
De promptitudine itaq; satisfactionis et de renitentia Giel:

gutow iterum manifestatur. Offerendo se reposit Summam ex Sequestro Cracovien non recepturum nisi aliquod periculum hostilitatis immineat. Quam manifestans manu sua subscripsit Theophila L. T. C. Lubomirska MWK. Quam ejusmodi manifestationem & protestationem modo præmisso factam Nos ad acta præsentia suscipi ÿjsdem inseri & rursus ex ÿjsdem descriptam authentice parti affectanti extradi permisimus. In quorum &c. Relatis ut supra.

Bona deserta Wroczyska, Morozowka Torczyn Generoso Brzuchowski conferuntur.

Augustus &c. Significamus &c.

Quod veniens personaliter ad Nos & acta Metrices Regni cancellarie nostre minoris Generosus Thomas Skarzewski Vicesgerens Castrensis Camenecensis Podolie obtulit et ad acticandum porrexit Literas Privilegÿ infrascriptas. manu nostra subscriptas & Sigillo minoris cancellarie communitas sanas salvas & illesas omnig Suspicionis nota carentes. Supplicatumq. Nobis est ut easdem ad acta præsentia suscipi ÿjsdem inseri et extradi permittere dignaremur. Earundem vero Literarum tenor est qui sequitur talis. Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ &c. Significamus &c. Exigere id à nobis insignia Gnosi Josephi Brzuchowski Sdo. dapiferi Tręboulen Cohortis Nostræ loricatæ Commilitonis abundè Nobis & Reipublicæ contestata ut offerentibus se occasionibus eidem gratiam & benevolentiam Nram Regiam exhibeamus. Quare faciendum esse duximus ut ipsi vacantes post fata Generosi —— Meÿzwinski Morozow Morozowka Torczyn Villas in Palatinatu Podolica sitas & ad nostram dispositionem devolutas daremus & conferremus prout quidem damus et conferimus præsentibus Literis Nostris cum omnibus agris pratis campis, Curÿs ædificÿs, Sylvis nemoribus hortis pascuis, prædijs molendinis tabernis, piscinis, stagnis fluvijs fluminibus lacubus censibus proventibus methonibus Colonis Subditis eorumq. laboribus & omnibus in genere et Specie pertinentÿs & adiacentÿs præfatas Villas ab antiquo concernentibus

tenendum habendum & possidendum ad extrema Vitæ suæ tempo-
ra. Promittentes pro Nobis et Sereniss.mis Successoribus nostris
non esse Nos memoratum Generosum Brzuchowski ab usu
& pacifica possessione supradictarum Villarum amoturos
aut alienaturos amovendi{q;} aut alienandi cuipiam facul-
tatem daturos, sed salvum Jus et integrum advitale ipsi
conservaturos quod & Sereniss.mi Successores nostri præ-
stabunt. In cujus rei fidem præsentes manu nostra sub-
scriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Lublini
die octava Mensis Julij Anno Domini Millesimo Septin-
gentesimo Tertio. Regni nostri Anno Septimo. Augustus
Rex Locus Sigilli minoris Cancellariæ Regni Bona deserta
alias Wrocbyska Morozowka Torczyn post fata Gnósi
Mierzwinski Generoso Josepho Brzuchowski conferuntur.
Michael Augustinus Holwel S.æ R.æ M.tis Secretarius

Cui Supplicationi uti justa ac legitimæ nos benigne an-
nuentes præinsertas Privilegij Literas / quarum Origi-
nale idem Offerens denuo ad se recepit et de recepto
Cancellariam nostram quietavit / ad acta præsentia
suscipi ijdem inseri et rursus ex ijdem descriptas
authentice parti affectanti extradi permisimus. In-
quorum fidem &c. Actum Lublini Feria Secunda
post Festum Sanctæ Margaritha Virginis & Martyris
proxima videlicet decima Sexta Mensis Julij Anno
Domini Millesimo Septingentesimo Tertio

Relatio ejusd. Illmi Procancellarij Regni

Generosus Josephus Męcinski resignat Dispositioni Regiæ Capitaneatus Vielunen.mi Augustus R. Significamus &

Quomodo coram Nobis & actis Metrices vp.
Regni Cancellariæ nostræ minoris personali-
comparens Generosus Josephus Męcinski olim Gnósi
Casimiri Męcinski Capitanei Vielunensis Filius sanę
Mentę & Corpore existens à foro Terris Districtibus &
Jurisdictione Sua quavis propria & competenti rece-
dendo huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ quæ ad
Actum præsentem et infra recognoscenda attinet se

cum bonis Suis et persona Subjiciendo & incorporando palam, sponte libere benevole ac per expressum recognovit & præsentibus recognoscit. Quia ipse Juri suo quod & quale sibi recognoscenti ad Capitaneatum Vielunensem in Palatinatu Siradiensi Terra vero Vielunensi consistentem tam ad Jurisdictionem Castrensem quam & bona omnia Villas attinentias omnes in universum ab antiquo ad eundem Capitaneatum pertinere competebat & servicebat servireq; et competere potuit iam ex nunc et defacto abrenunciavit et abdicavit prout præsentibus abrenunciat et abdicat perpetuo. Illudq; Jus Suum tale, quale Se habere præsumebat totum & integrum in manus Sacræ Regiæ Majestatis Domini Sui Clementissimi in forma Juris plenissima resignavit prout & præsentibq; resignat, libereq; dispositioni eundem Capitaneatum Vielunensem Sacræ Regiæ Mti relinquit et Subjicit. Hac Sua personali recognitione ad præmissa omnia mediante In forma alias abrenunciationis et resignationis de Jure plenissima & perfectissima. Quam manu sua propria Subscripsit Josephus à Lurozwski Mecinski. Quam ejusmodi abrenunciationem & resignationem modo præmisso factam Nos ratam firmam ac de Jure Validam haberi, habericq; ab omnibus volentes ad acta præsentia Suscipi ejsdem inseri et extradi permisimus. Inquorum &c. Actum &c. Relatio ejusd Illmi Procancellarii ut Supra &c.

Castellanatus Bracla viensis Generoso Josepho Mecinski confertur.

Augustus &c. Significamus &c.

Quod veniens ad nos & acta Metrices Regni Cancellaria nostræ Minoris Generosus Joannes Olszanski Dapifer Lytomiriensis obtulit et ad acticandum porrexit Literas infrascriptas. Supplicatumq; Nobis est ut eædem ad acta præsentia Suscipi, ejsdem inseri et rursus ex ejsdem descriptas parti affectanti extradi permittere dignaremur. Earundem vero Literarum tenor est qui sequitur talis. Augustus Secundus Dei gratia Rex &c. Significamus &c. Meriti virtutis remunerari gratitudinis est quibus ad benemerendum boni cives flectuntur conatibus, ejsdem

boni principes in partem distributiue iustitiæ flectuntur momentis. Ea propter æqua ponderando lance eximia Generosi Josephi Mycinski Capitaneidæ Vielunensis merita quæ nobis indefesso præstare non desistit Studio cum ad præsens amplior ad ea remuneranda deest occasio donec majora meritis ipsius obtingant præmia et ad optime merendum addamus calcar eidem Castellanatum Bractaviensem post liberam resignationem hujus Castellanatus per Literas eo nomine scriptas in manus nostras factam Magnifici Francisci Korycinski conferendum esse duximus prout conferimus præsentibus Literis nostris ad extrema vitæ ipsius tempora seu majoris alicujus dignitatis assecutionem. Quod ad notitiam omnium quorum interest deducimus præsertim vero Dignitariorum, Officialium, cunctæq; Nobilitatis Palatinatus Bractaviensis volumus mandamusq; ut præfatum Generosum Mycinski ab hinc pro vero et legitimo Castellano Bractaviensi habeant & agnoscant ipsiq; de loco Juribus Prærogativis & obventionibus respondeant et ab alijs responderi curent. Progratia nostra. In cujus rei fidem præsentes manu nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Lublini die decima Sexta Mensis Julij Anno Domini Millesimo Septingentesimo Tertio Regni Nostri Anno Septimo. Augustus Rex Locus Sigilli majoris Cancellariæ Regni. Castellanatus Bractaviensis Inóso Mycinski Capitaneidæ Vielunensi post liberam resignationem Magnifici Korycinski antecedanei possessoris confertur. Casimirus Sarnecki Dapifer Vitepscen Sacræ Regiæ Mttis Secretarius. Cui Supplicationi uti iuste ac legitimæ Nos benigne annuentes præinsertas Literas / quarum Originale idem Offerens denuo ad se recepit et de recepto Cancellariam nostram quietavit / ad acta præsentia suscipi et inseri atq. authentice extradi permisimus. In quorum &. Actum & Relatio ejusd Prosane: ut Supery.

Magnus Franciscus Zaluski abrenunciat Juri suo ad Capitaneatum Vielun præten.

Augustus &. Significamus &.

Quomodo coram Nobis & actis Metrices Regni Can. vp.

Ao 1703.

quarum originale ejdem offerentes denuo ad se receperunt
& de recepto Cancellariam nostram quietarunt/ ad acta primia
suscipi, ejsdem inseri & authenticè rursus extradi permisi:
mus. In quorum fidem &. Actum ut supra.

Relatio Illmi Procancellarij Regni.

Gnosus Kozerskj & Apollinaria Coniuges de Advocatia in N cedunt Capitaneatu Stanisław Kczewskim Congib.

Augustus &. Significamus &.

Quomodo coram nobis & Actis Metrices Regni Cancellariæ Nostræ minoris personaliter comparentes Generosi Nicolaus in Magna Kozery kozerski Thesaurarius Terræ Mielnicensis & Apollinaria Grzybowska Conges legitimi sani mente & corpore existentes à Foro Terri dictibus Jurisdictionegj sua quavis propria & competenti recedendo huic autem Jurisdictioni Nræ Regiæ quo ad hunc duntaxat actum se cum personis ac bonis suis subjiciendo et incorporando maritus ipse per se Consors vero ipsij in assistentia personali ejusdem mariti sui tanquam Tutoris naturalis palam sponte, libere benevole, ac per expressum recognoverunt & præsentibus recognoscunt Quia ipsi vigore Privilegij Consensus Nri Regij sibi Recognoscentibus ad infrascripta dati manu Nia regia Subscripti & Sigillo Regni majoris Cancellariæ communiti. cujus tenor talis. Augustus Secundus Dei gratia Rex Polonia

Magnus Dux Lithuanie Russie Prussie Masovie &. Significamus &
consensisse nos & permisisse, consentireq: & permittere
presentibus Literis Nris Prosis Nicolao Kozenski The-
saurario Mielnicensi & Apollinarie Grzybowska Conii-
gibus ut possint & valeant de omni & integro Jure Suo
advitalitio quod ipsis super advocatiam in Villa Rzędza
Palatinatu Masovie capitaneatu vero Stanislavoviens cita
servit & competit cedere illudq: in personas Magnificorum
Petri Krzewski Palatini Mariæburgensis Christburgensis
& Stanislavoviensis Capitanei Nostri & Marianne Kos-
sowna Coniugum transferre et transfundere. Quæquidem
cessio iurisq: transfusio, postequam coram Actis quibusvis
authenticis Regni facta & recognita fuerit Nos eam ratam
& gratam uti quæ previo presenti Consensu Nro perageretur
habituri Sumus vigore cujus cessionis præsentisq: Consensus
Nostri memorati Magnifici Petrus Krzewski Palatinus
Mariæburgensis & Marianna Kossowna Coniuges ambo in
solidum prædictam Advocatiam cum omnibus Prædijs
Curijs ædificijs mansis fundis agris pratis Campis pascu-
is emolumentis alijsq: attinentijs & pertinentijs generaliter
universis eo antiquitus spectantibus tenebunt habebunt
& possidebunt, vel uno vita functo alter uter eorum Super-
stes tenebit habebit & possidebit ad extrema vitæ suæ tem-
pora. Promittimus autem pro Nobis & Serenissimis Succes-
soribus Nostris non esse Nos eosdem Magnificos Coniuges ab-
usu & pacifica possessione ejusdem Advocatiæ amoturos aut
alienaturos neminiq: amovendi aut alienandi potestatem da-
turos sed plenum & integrum Jus advitale utriq: eorum con-
servaturos. Morte vero illorum non prius Successores de eadem
Advocatia cedent donec Summa in Literis Originalibus ex
pressa vel extaxa Commissariorum Nostrorum proveniens
ipsis realiter persoluta fuerit. Juribus Nostris Regalibus Rei-
publicæ Ecclesiæq: Catholicæ Salvis. In quorum fidem præ-
manu Nra Subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus.
Datum Pragæ ad Varsaviam die decima Mensis Augusti
Anno Domini Millesimo Septingentesimo Tertio Regni Nri
Septimo Anno Augustus Rex. Locus Sigilli majoris Cancellæ
Regni Consensus Generosi Nicolai Kozerski Thesaurario-
Mielnicensi & Apollinariæ Grzybowska Coniugibus ad cedendum
advocatiam in Villa Rzadza Palatinatu Masovie, Capitaneatu
Stanislaviensi sit in personas Magnificorum Petri Krzewski
Palatini Mariæburgen & Marianne Kossowna Coniugibus
Casimirus Sarnocki Dapifer Vitebscen. R. & Mtis Secretarij.
Jamesnunc et defacto Magnificis Petro de Krzewo Krzewski

A° 1703.

Palatino Maricæburgensi Christburgensi et Stanislaviensi Capitaneo & Mariannæ Kossowna Coniugibus de omni & integro Iure Suo advitalitio quod et quale Sibi recognoscentibus ad Advocatiam in Villa Rzadza Palatinatu Masoviæ Capitaneatu vero Stanislaviensi sita servit & competit, servire q. et competere potest cum q. omnibus Prædijs Curijs ædificijs et Structuris Sepibus, Sepimentis mansis, agris, pratis, campis, pascuis emolumentis, utilitatibus nec non cum conserminationibus, tam hyemalibus, quam æstivalibus, attinentijsq; & pertinentijs ad eandem Advocatiam ex antiquo spectantibus & pertinentibus nullis penitus exceptis. Nihil in ibidem pro se recognoscentibus vel quopiam alio reservando et quomodocunq; excipiendo cesserunt, condescenderunt prout præsentibus cedunt condescendunt et resignant, totumq; & integrum Ius Suum advitalitium in personas eorundem Magnificorum Rzewskich Conjugum transferunt & transfundunt. Ad habendum, tenendum, possidendum et utifruendum ad extrema Vitæ ipsorum tempora, iusta privilegij Consensus Nostri resonantiam. In quam quidem advocatiam ejusq; attinentias præsentibus cessam ijdem Gnosi Recognoscentes intromissionem realem cum actuali & pacifica possessione ac apprehensione per Ministerialem quem cunq; & Nobiles duos iuxta dispositionem et consuetudinem practicatam acceptandam & apprehendendam memoratis Magnificis Petro Rzewski Palatino Maricæburgensi Christburgensi Stanislaviens Capitaneo & Mariannæ Kossowna Coniugibus Cessionarijs Suis dant & admittunt Hac sua personali recognitione ad præmissa mediante in forma alias Inscriptionis Cessionariæ de Jure plenissima & perfectissima. Quam inscriptionem manibus suis propris subscripserunt. Nicolaus in Magna Kozery Kozerski Thesaurarius Mielnicensis. Apollinara Kozerska Stolnica Quam ejusmodi Inscriptionem cessionariam modo premisso factam. Nos ratam firmam ac de Jure validam habentes habereq; ab omnibus volentes ad Acta præsentia suscipi ijsdem inseri et extradi permisimus. In quorum &c. Actum Varsaviæ Sabbatho post Festum Sancti Laurentij Levitæ & Martyris prodimo die videl undecima Mensis Augusti Anno Dñi Millesimo Septingentesimo Tertio Relatio ejusd Illrmi Pro Cancellarij Rñi

Generosus Bonucki

Fol: 376.

Gnósus Borucki donat Sortem bonorū suorum Villæ Parule nuncupatt Gnōso Grzybowskj.

Augustus &. Significamus &.

Quomodo coram Nobis & Actis Metrices Regni Cancellaria nostra minoris personaliter comparens Generosus Matthias Mathæus duorum nominum Borucki sanus mente et corpore existens à Foro Terris Distri: ctibus, Iurisdictioneq quavis sua propria et competenti rece: dendo, huic autem Iurisdictioni Nostræ Regiæ quo ad hunc actum et infra recognoscenda attinet se cum persona et bo: nis suis subijciendo & incorporando palam sponte, libere benevole ac per expressum recognovit & præsentibus reco: gnoscit. Quia ipse Gnōso Antonio Constantino à Windyki Grzybowski olim Gnosi Stephani Bonaventuræ Grzybowski Dapiferi Terræ Nurensis Filio iam ex nunc totam et in: tegram Sortem suam propriam & hæreditariam bonorum Villæ Parule in Terra Varsaviensi & Districtu Tarczynen sitt et iacentem cum omni & integro Iure suo Dominio, proprietate propinquitate, titulog: hæreditario ac omnibus ejusdem Sortis utilitatibus usibus fructibus proventibus commodis emolumentis, obuentionibus, areis Curia ædi: ficijs structuris parvis & magnis, agris pratis hortis po: marijs, campis, Sylvis, borris gais rubetis nemoribus inda: ginibus, aquis, stagnis, piscinis, lacubus torrentibus, vivu: lis, aquarum decursibus molendinis molendinatoribq Subditis Cmetonibus, hortulanis, inquilinis, tam pro: fugis quam absentibus, eorumq: Liberis, uxoribus gazis datijs decimis tributis dierum laboribus, iuvaminibus cunctisq: attinentijs & pertinentijs ad eandem Sortem ex antiquo spectan & pertinen nullis exceptis nec pro se vel quopiam alio reservatis dedit donavit, inscripsit et resignavit, prout præsentibus dat, donat, inscribit & resi: gnat pura mera et irrevocabili donatione perpetuo, et in evum. Intromissionem quoq: Officiosam per mini: sterialem Regni Generalem et Nobiles duos quos faci: lius pro tempore conducere potuerit acceptandam

Aº 1703.

eidem Snōso Grzybowski libere dat et admittit, submittitq; se
præterea idem recognoscens Suis cum Successoribus de bonis
suis generaliter omnibus eundem suum donatarium in
pacifica ejusdem Sortis præsentibus donatâ et resignatæ
ab omnibus generaliter impedimentis iuridicis et extra
iuridicis omnium et Singularum personarum propinqua-
rum & remotarum, Status Sexus et conditionis cujusvis
existentium tum Inscriptionibus quibusvis prioribus &
posterioribus debitis vinculis si quâ sunt aut fuerunt
defendere evincere et eliberare et intercedere indemnemq;
cum ejus Successoribus reddere totiès quotiès opus et recesse
fuerit indemnes reddere. Idq; sub Vadio Sexdecem millium
Florenorum Polonicalium Currentis in Regno monetæ
in Casu impedimenti alicujus et non factæ tuitionis &
evictionis ad Solvendum irremissibiliter Succumbendo.
Pro quo quidem vadio Citatus existens Suis cum Suc-
cessoribus ad quodvis Judicium & Subsellium Regni ad quod
ex bonis Suis habitis et habendis Summisq; quibusvis Spe-
Etabit & pertinebit per Suum donatarium in primo
Citationis termino Stare parere respondere. Vadium
Succubitum parata pecunia solvere, quo soluto mihi
tominus rei principali & Inscriptioni Sue donatoriæ
satisfacere omneq; iudicatum pati absq; omni defensione
dilatione protestatione exceptione præscriptione prote-
Statione, appellatione seu per adcitationes prosecuti-
one. Hac Sua personali recognitione ad præmissa omnia
mediante. In forma alias donatoriæ Inscriptionis de
Jure firmissima et perfectissima. Quam manu propria
Subscripsit. Maciey Mateusz Boruchi. Quam ejusmodi
Inscriptionem Donatoriam modo premisso factam
ratam firmam ac de Jure validam habentes
haberiq; ab omnibus Volentes ad acta præsentia Su-
scipi, ejsdem inseri et rursus ex ejsdem descriptam au-
thentice parti affectanti extradi permisimus. In quor
Actum ut Supra Relatio ejus Illmi Profand Regmi

Roborant inter se Contractum certum
Snōsi Przybowski & Borucki.

Augustus &c Significamus &c.

Quomodo coram Nobis & Actis Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Minoris personaliter comparentes Gnosi Antonius Constantinus à Windyki Grzybowski ex una & Generosus Mathias Mathæus duorum nominum Boruchi ex altera parte sani mente et corpore existentes à foro, Terris Districtibus Jurisdictioneq. sua quavis propria & competenti recedendo huic autem Jurisdictioni Nræ Regiæ quo ad hunc duntaxat actum se cum personis ac bonis suis incorporando ac subjiciendo palam sponte libere benevole ac per expressum recognoverunt et quilibet eorum suo pro interesse recognoscit. Quia ipsi Contractum Certum inter se recognoscentes mutuo et ad invicem initum et Varsaviæ die undecima Mensis et anni currentis conscriptum et manibus suis proprijs Subscriptum atq. Vadio Sexdecim Millium florenorum polonicalium Currentis in Regno moneta Vallatum & firmatum in omnibus ejusdem Contractus punctis clausulis articulis nexibus conditionibq et ligamentis totoq. ejus tenore, non aliter ac si hic de Verbo ad Verbum insertus et per eosdem recognoscen. scorsivis inscriptionibus Officiosis recognitus esset, Contractum eundem ad præsentem Inscriptionem roboratoriam, et è contra Inscriptionem roboratoriam ac Contractum referendo approbant, confirmant, ratificant eumq. in toto et in minima parte tenere complere illiq. quisq. pro suo interesse totaliter satisfacere de bonis suis generaliter omnibus mobilibus et immobilibus, Summisq. pecuniarijs sese et suos Successores inscribunt et obligant. Idq. Sub Vadio Supraspecificato Sexdecim Millium florenorum polonicalium Currentis in Regno moneta casu contraventionis præsenti Inscriptioni roboratoriæ in toto vel in quavis minima parte per se & Successores de integro et irremissibiliter ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem Vadio ac re aliqua ex contractu roboratorio non completa. Nihilominq. complenda ad Officium seu Judicium castrense sive Varsaviense sive Czernense ijdem Recognoscentes suis cum Successoribus citati existentes in primo citationis termino quem sibi peremptorium assignant comparere respondere, stare non tuendo se ullis legum auxilijs exemptionibus protestationibus dilationibus appellationibq

earum prosecutionibus, Judicatum Judicij illius ad quod citati fuerint illiusq. executionem pati, Vadium Succubitum in instanti parata pecunia reponere et nihilominus eo soluto rei principali pro qua citabuntur in toto et in qua. vis minima ejus parte satisfacere tenebuntur. Hac sua personali utriusq. recognitione ad præmissa mediante. In forma alias roboratoriæ inscriptionis de Jure firmissimæ & perfectissima. Quam inscriptionem roboratoriam manibus Suis Subscripserunt. Antonius Constantinus à Windyki Grzybowski, Matyasz Mateusz Borucki [illegible] Quam ejusmodi Inscriptionem roboratoriam modo præmisso factam Nos ratam firmam et de Jure validam habentes habericq. ab omnibus volentes ad acta præsentia Suscipi, ijsdem inseri et ex ijsdem descriptam authenticè extradi permisimus. In quorum Actum Relatu ejusd. vti Supra

Capitaneatus Hadziacensis confertur Gnoso Jacobo Szaniawskj.

Augustus &. Significamus &

Oblatas esse Literas Privilegij Nostri super Capitaneatum Hadziacensem post fata Gnosi Joannis Strzemeski ultimi & immediati præfati capitaneatus possessoris ad dispositionem Nostram devolutt Gnoso Sebaldo Jacobo Szaniawski per Nos collatt manu nra subscriptt & Sigillo minoris Cancellæ Regni communitt. Supplicatumq. Nobis est ut easdem ad acta præsentia Suscipi ijsdem inseri et ex eisdem descriptas authenticè parti affectanti extradi permittere dignaremur. Earundem vero Literarum tenor est qui Sequitur talis. Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ &. Significamus & Quantum avitis decoribus Heroica virtuti ac bellicis Gnosi Sebaldi Jacobi Szaniawski meritis quæ sibi pluribus occasionibus ac potissimum sub tempus belli turcici cumulavit faveamus, ut ipsi Capitaneatum Hadziacensem post fata Generosi olim Joannis Strzemeski ad dispositionem Nram devolutt daremus & conferremus uti quidem damus & conferimus. Ita ut idem Gnosus Sebaldus Jacobus Szaniawski

v. D.

dictum Capitaneatum Hadziacensem cum Oppidis & Villis, ea-
rumq; Prædijs Curijs ædificijs Structuris agris pratis campis,
Sylvis nemoribus mellificijs, tabernis, molendinis fluvijs
fluminibus, attinentijsq: & pertinentijs universis Subditis
earumq: laboribus Censibus commodis proventibus et utili-
tatibus universis ad eum antiquitus Spectantibus teneat
habeat & possideat ad extrema vitæ Suæ tempora. Promit-
timus autem pro Nobis & Serenissimis Successoribus Nostris
non esse nos neq: Serenissimos Successores Nostros præfatum
Gnosum Sebaldum Jacobum Szaniawski ab usu & pacifica
dicti Capitaneatus Hadziacensis omniumq: ei annexarum
possessione amoturos neq: amovendi potestatem cuipiam
daturos. Sed salvum & integrum Jus advitale eidem reser-
vaturos. Quod et Serenissimi Successores Nri præstabunt.
Ratione cujus advitalitatis solitam proventuum quan-
tam de eodem Capitaneatu provenientem idem Generosus
Capitaneus inferre tenebitur. Tum sarta tecta conservare
& Subditos in solitis oneribus non aggravare. Juribus
Nostris regalibus Reipca Ecclesiaq: Catholicæ salvis ma
nentibus. In quorum fidem præsentes manu Nra Sub-
scriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum in
Bialy Dwor die quarta mensis Augusti. Anno Domini Mil-
lesimo Septingentesimo Tertio, Regni vero Nostri Anno
Septimo. Augustus Rex. Locus Sigilli minoris Cancellæ
Regni, Capitaneatus Hadziacensis Gnoso Sebaldo Jacobo
Szaniawski post fata Generosi Joannis Strzemeski confer-
tur. Michael Augustinus Holwet S.R.Mtis Secretarius.
Cui Supplicationi uti iuste ac legitime Nos benigne an-
nuentes præinsertas privilegij Literas ad acta præsentia
suscipi ijsdem inseri & rursus ex ijsdem descriptas authen-
tice parti affectanti extradi permisimus. In quorum fidem &
Actum ut Supra. Relatio ejusd Illrmi Pro Cancellij Rni

Magnus Kczewski Palatin, Mariæburgen
cedit de Summa 14 florenorum polon Illrmo Duci
Curlandiæ. &
Augustus &. Significamus &. Ex.
Quomodo coram Nobis & Actis Metrices Regni
Cancellariæ Nostræ Minoris personaliter comparens
Magnificus Petrus de Kczewo Kczewski Palatinus Mariæburgen-

A. 1703.

Christburgensis & Stanislaviensis Capitaneus sanus mente et corpore existens à Terris Districtibus, Foro suo proprio et Jurisdictione sua competenti recedendo, huic autem Jurisdictioni Nostræ regiæ quo ad hunc duntaxat actum cum persona & bonis suis se subjiciendo et incorporando palam sponte libere benevolè, ac per expressum recognovit et præsentibus recognoscit. Quia ipse certam suam obligationem pro Summa quatuordecim Millium sexcentorum & quinquaginta florenorum polonicalium bonæ pruthenicæ monetæ deptis interepis anni preteriti, acceptam à Nobilibus & Spectabilibus Administratoribus pecuniæ Subsidiariæ vulgo Hulffgelder dictæ Civitatis Gedanensis de data duodecima Augusti Anno Millesimo Septingentesimo Primo, Gedani nuper per Magnificam Margarethan Elisabetham Przebendowską Thesaurariam Regni Illrmo Principi Domino Ferdinando in Livonia Curlandiæ & Semigalliæ Duci extraditam in præmemoratum Illrmum Dominum Ducem in plenissima Juris forma, cedit ac transfundit cum omnimoda facultate eandem prædictam obligationem uti suam propriam pro beneplacito in quascunq; voluerit personas ulterius cedendi, transfundendi, revendendi aut in solutum dandi ac quovis modo et titulo alienandi in specie eandem quoq; vel totam vel ex parte in Honoratam Christinam Renatam Bartschowna à Demuth minorennem coram prædictis Nobilibus & Spectabilibus Administratoribus pecuniæ Subsidiariæ Hulffsgelder dictæ Civitatis Gedanensis reinscribendi, cedendi ac transfundendi. Siquidem premenoratus Mgcus Palatinus Mariæburgensis cedens omni suo in hanc prædictam obligationem usq; in præsens habito Jure in totum se renunciare declaravit, nunc et quibusvis in futurum perpetuis temporibus. Hac sua personali recognitione ad premissa accedente. In forma alias Cessionis de Jure firmissima & perfectissima. Quam manu sua idem Magnificus recognoscens Subscripsit Petrus Kczewski Palatinus Mariæburgensis Christburgensis Stanislaviens Capneustæ Quam ejusmodi Cessionem modo Suprascripto factam & recognitam Nos firmam et de Jure validam habentes habericq; ab omnibus volentes ad acta præsentia Suscipi ejsdem inseri et ex ejsdem descriptam authentice extradi

parti affectanti permisimus. In quorum fidem &
Actum Varsaviæ Feriâ Quarta ipsa Vigiliæ Festi
Gloriosæ Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis in Cælum
dié videlicet decima quarta Mensis Augusti Anno Dñi
Millesimo Septingentesimo Tertio. Regni Mri VII°.

Relatio ejusd. Illmi Pro Cancellarij Rni.

Roborant inr se Contractum Matrimonialem Magci Działynscy Comes, & Dñi Zamoyscy Fratres.

Augustus &. Significamus &.

Quomodo coram Nobis & Actis Metrices Regni Cancellaria nostræ minoris personaliter comparentes Magnifici Thomas à Kosciélec et Działyn Działynski Palatinus Culmensis Kowaloviensis Bratianensis Tot qui tensis Lacorien & Capitaneus Terrarum Prussiæ Thesaurarius & Theressia Bielinska Conjuges ex una et Gnosus Michael de Zamoscie Zamoyski Capitaneus Olevensis et Thomas Josephus Duorum nominum in Zamoscie Zamoyski Ordinatus Suo et Magnificæ Annæ de Gnin Zamoyska Thesaurariæ Regni Matris Suæ carissimæ, tum Gnosi Martini de eadem Zamoscie Zamoyski Capitanei Bolemoviens et Rostocensis fratris sui germani nomine pro quorum ratihabitione cavent et se de bonis suis inscribunt ex altera parte, sani mente et corpore existentes à Terris Districtibus foro Suo quovis proprio et competenti recedendo, Jurisdictioni vero huic Nostræ Regiæ quo ad hunc actum et infrascripta recognoscenda se cum personis, et bonis suis subjiciendo et incorporando palam Sponte libere benevole ac per expressum recognoverunt et præsentib. quilibet suo pro interesse recognoscunt. Quia ipsi Contractum Matrimonialem inter se recognoscentes mutuo et adinvicem die hodierna scilicet decima quarta Mensis Augusti Anno Domini Millesimo Septingentesimo Tertio hic Varsaviæ conscriptum manibusq. suis propriis & amicorum suorum subscriptum atq. Vadio Sexcentorum

A.° 1763.

Millium florenorum polonicalium Currentis in Regno mo:
netæ vallatum in omnibus prædicti contractus illius con:
tentis punctis clausulis, articulis nexibus conditionibus
& ligamentis totog. ejus tenore nonaliter ac si hic de ver:
bo ad Verbum insertus et per eosdem recognoscentes Scor:
sivis inscriptionibus officiosis recognitus esset contractum
eundem ad præsentem Inscriptionem roboratoriam et è
contra Inscriptionem ad Contractum referendo, approbant
confirmant ratificant, eumg. in toto et in quavis etiam
minima parte illius tenere complere illi quisq. pro suo
interesse totaliter satisfacere de bonis suis generaliter
omnibus mobilibus & immobilibus Summisq. pecuniarij
se et Successores suos inscribunt & obligant idq. Sub va:
dio Supraspecificato Sexcentorum Millium florenorum
polonicalium Currentis in Regno monetæ casu Contra
ventionis præsenti Inscriptioni roboratoriæ in toto vel
in quavis illius parte per se et successores suos de integro
irremissibiliter ad solvendum succumbendo. Pro quo qui:
dem Vadio ac re aliqua ex Contractu roboratorio non com:
pleta nihilominus complenda ad officium & Judicium quod:
vis Regni etiam ubiquinarium ijdem recognoscentes suis
cum Successoribus citati exstantes / mediante ut supra à pro:
prio foro recessu / in primo Citationis termino, quem sibi
peremptorium assignant, comparere stare respondere
nec tuendo se ullis Legum auxilijs exceptionibus exem:
ptionibus dilationibus protestationibus alijsq. quibusvis
Juris beneficijs præcisis etiam appellationibus motionibq
earum per attitationes prosecutionibus Judicatum Judicij
seu officij illius ad quod citati fuerint illius executionem
pati vadium succubitum in instanti parata pecunia
reponere et nihilominus eo Soluto rei principali quo qua
citabuntur in toto et in quavis minima ejus parte satisfa:
cere tenebuntur prout se et Successores suos inscribunt
& obligant. Hac sua personali recognitione ad præ:
missa mediante. In forma alias Inscriptionis roboratoriæ
de Jure firmissima et perfectissima. Quam inscriptionem
roboratoriam manibus suis propriis subscripserunt.
T. Działyński. T. Działyńska Wlchżn Michał Zamoyski Cast:

Woz.ſtwo Zamoyſki Imſci: Dobrodzieyſki y Brata imieniem
Quam ejusmodi inscriptionem roboratoriam, modo præ:
missо factam Nos ratam firmam ac de Jure validam ha:
bentes habereq. ab omnibus volentes ad acta præsentia Su:
scipi ijsdem inseri et rursus ex ijsdem descriptam authen:
ticè extradi permisimus. In quorumꝯ Actumꝯ Relatu ut Supraꝯ.

Pendus Pater Potocki Epſcus Culmen: & Pomeraniæ debet Summam 3000 Talerꝯ Magcæ Towianskiey

Augustus &. Significamus &.

Quomodo coram Nobis & Actis Metrices Regni Ex.
Cancellariæ Nostræ minoris personaliter comparens
Admodum Reverendus in Christo Pater Theodorus Potocki
Episcopus Culmensis & Pomeraniæ sanus mente et corpore
existens, à Terris Districtibus forogꝫ suo proprio et Juris:
dictione Sua quavis propria et competenti recedendo hu:
ic autem Jurisdictioni Nostræ regiæ quo ad actum dunta:
xat præsentem se cum bonis suis Subjiciendo et incorpo:
rando palam Sponte libere benevolè ac per expressum reco:
gnovit & præsentibus recognoscit. Quia ipse veri justi certi
liquidiꝯ debiti Summam trium millium talerorum Im:
perialium in specie Magnifica Constantiæ Towianskiꝯ
Magnifici Georgij Towianski Palatini Lanciciens consorti
legitimæ et ejus Successoribus legitimis debet et tenetur.
Quam quidem Summam Trium Millium talerorum impe:
rialium in specie in bonis suis ut pote in Palatio Suo et
ejus adiacentijs et in fundo, in quo exædificatum est, hic
Varsaviæ penes Viam publicam quæ itur ad Villam Wo:
la ex una et Curiam Generosi Lubomirski Capitanei
Sandecensis parte ex altera consistenti inscribit et ape:
curat. Quam quidem Summam trium Millium Talerorum
imperialium in specie pro die et Festo Gloriosæ Assumptio:
nis Beatæ Mariæ Virginis in cælum in Anno proxime
venturo Millesimo Septingentesimo Quarto celebrando
una cum provisione decem à Cento computando eidem
Magnificæ Towianskiey Palatinæ Lanciciensi sive ejus Suc:
cessoribus legitimis Solvturum et præcisis procrastinationiꝯ

numeraturum se ac Suos Successores submittit et obligat. Casu vero Summe predicte pro termino supra prefixo una cum provisione non solutionis ex tunc prout ex nunc Intromissione per quemvis Ministerialem Regni Generalem et Nobiles duos acceptandam in bona et Palatium Suprascriptum libere admittit imo eandem Magnificam Palatinam cum suis Successoribus usq: ad realem memorate Summe exolutionem in possessione et usufructu prefati palatij ususq: et fructus conservaturum se cum Successoribus Suis submittit. Idq: sub vadio Similis Summe trium Millium talerorum Imperialium in specie casu contravention̄is presenti Inscripti: oni in toto vel minima parte ad Solvendum Succumbendo. Pro quoquidem Vadio ac re ipsa principali idem recognoscens ad Judicium quodvis Regni ex bonis prefatis competens, citatus existens in primo citation̄is termino, quem Sibi peremptorium mediante ut supra recessu à proprio foro assignat Stare respondere et Judicatum illius Judicij pati, Vadium Succubitum in instanti Solvere, eoq: soluto rei principali satisfacere tenebitur. Hac sua personali recognitione ad premissa mediante. Informa alias obligationis de Jure firmissima et perfectissima, quam munu sua Subscripsit Theodorus Potocki Episcopus Culmensis & Pomesaniæ Quam ejusmodi Inscriptionem modo premisso factam Nos ratam firmam ac de Jure validam habentes habereq: ab omnibus volentes ad acta presentia Suscipi ijdem inseri et ex ejsdem descriptam authentice extradi permisimus. In quorum &c. Relatio ejusd Illmi Prosam Rmi

Roborant certum scriptum inter se conclusum Gnosi Zamoyscy Fratres germani Augustus &. Significamus &.

Quomodo coram Nobis & Actis Metrices Regni Cancellarie Nostræ Minoris personaliter comparentes Generosi Thomas Josephus duorum nominum de Zamoscie Zamoyski Ordinatus et Michael de Zamoscie Zamoyski Capitaneus Olevensis fratres inter se germani Sani mente et corpore existentes a foro Terris Districtibus Jurisdictionq: sua quam ppria

vp.

et competenti recedendo huic autem Jurisdictioni Nostre regie
quo ad hunc duntaxat actum se cum persona et bonis suis Subji-
ciendo et incorporando palam sponte libere benevole ac per
expressum recognoverunt et præsentibus recognoscunt. Quia
ipsi certum Scriptum manuale hic Varsavie die hodierna et
Anno Currenti conscriptum et Vadio trium Millium Imperia-
lium in Specie vallatum in omnibus ejusdem Scripti punctis
clausulis nexibus ligamentis clausulis conditionibus et liga-
mentis totoq. ejus tenore non aliter ac si hic de verbo ad ver-
bum insertum esset et Scorsivi inscriptionibus recognitum
esset Scriptum idem ad Inscriptionem præsentem roboratoriam
et è contra Inscriptionem ad Scriptum referendo approbant, con-
firmant, ratificant illudq. in toto et in minima parte tenere
complere et eidem Satisfacere tenebuntur prout se de bonis suis
generaliter omnibus obligant. Idq. Sub Vadio Supraspecificato
trium Millium talerorum Imperialium in Specie casu Con-
traventionis præsenti Inscriptioni roboratorie per se et
Successores Suos irremissibiliter ad Solvendum Succumbendo
Pro quo quidem Vadio ac re aliqua ex eodem Scripto non
completa nihilominus complenda ad Judicium quovis
Regni etiam ubiquinarium ejdem Recognoscentes cum suis
Successoribus citati existentes mediante ut supra recessu
in primo citationis termino quem sibi peremptorium assi-
gnant Stare parere respondere, nec tuendo se ullis Legum
auxilijs, exemptionibus, exceptionibus, dilationibus protestatio-
nibus, aljsq. quibusvis Juris beneficijs præcisis etiam appellatio-
nibus, motionibus, earum prosecutionibus, Judicatum Judicij
illius ad quod citabuntur, illius executionem pati, Vadium Suc-
cubitum in instanti reponere, et nihilominus eo Soluto rei
principali pro qua citabuntur in toto et in quavis parte
minima Satisfacere tenebuntur, prout se et Successores suos
inscribunt et obligant. Hac sua personali recognitione ad
præmissa mediante. In forma alias Inscriptionis roboratorie
de Jure firmissima & perfectissima. Quam manibus suis sub-
scripserunt. Tomasz Jozef Zamoyski Michał Zamoyski
Quam ejusmodi Inscriptionem roboratoriam modo premisso
factam Eos ratam firmam ac de Jure validam ha-
bentes habereq. ab omnibus volentes ad acta presentia

A°. 1703.

suscipi ÿsdem inseri et ex ejsdem descriptam authentice extradi parti affectanti permissum. In quorum &c. Actum &c. Relatio ut supra &c.

Gnõsi Thomas & Michael Zamoyscy Fratres cedunt de Summa 1000 talerõ Reñ Patrib. Soc: Jesv Prov: Pol:

Augustus &c. Significamus &c.

Ex.

Quomodo coram Nobis & Actis Metvices Regni Cancellariæ Nostræ Minoris personaliter comparentes Generosi Thomas Josephus duorum Nominum Ordinatus & Michael de eadem Zamoscie Zamoyscy fratres inter se germani suo et Generosi Martini de eadem Zamoscie Zamoyski Capitanei Bolemoviensis et Rostocensis fratris sui germani pro cujus ratihabitione cavent et se de bonis suis inscribunt nomine sani mente et corpore existentes a Foro Terris districtibus Jurisdictionq; sua quavis propria et competenti recedendo huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ quo ad hunc duntaxat actum et infrarecognoscenda spectat se cum personis et bonis suis subjiciendo et incorporando palam sponte libere benevole ac per expressum recognoverunt et præsentibus recognoscunt. Quia ipsi iam ex nunc et defatto de Summa mille imperialium in specie Generoso Vladislao Kucinski per olim Magnificum Martinum in Zamoscie Zamoyski Thesaurarium Regni Belzen Bolemovien Rostecen Płoskierovien Capitaneum Parentem suum desideratissimum mutuo datam et per eundem Generosum Vladislaum Kucinski in actis quibus cunq; inscriptam et assecuratam ut pote coram Actis Castrensibus Capitanealibus Varsaviensibus Feria Secunda post Festum Visitationis Beatissimæ Virginis Mariæ proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Octuagesimo Octavo atq; in Bonis præfati olim Generosi Kucinski videlicet Strobowa et Wola Rzadkowska alijsq; generaliter omnibus Summisq; pecuniarijs inscriptam & solvi in et pro Festo Sancti Joannis Baptistæ in Anno Millesimo Sexcentesimo Octuagesimo Nono coram Officio et actis Castren Ravensibus eidem Magnifico olim Zamoyski Thesaurario Regni Parenti suo desideratissimo assecuratam cum omnibus præfatæ inscriptionis clausulis nexibus ligamenti,

conditionibus totoq: ejus inscriptionis tenore iam ex nunc et defacto Religiosis Patribus Societatis Jesu Provincia Polonæ hic in Civitate Varsavien residentibus nunc et pro tempore existentibus cesserunt, donaverunt et inscripserunt, prout præsentibus, cedunt, inscribunt et resignant. Nihil pro se et suis Successoribus Juris prætextus prætentionis intuitu ejusdem suprascriptæ Summæ reservando aut quo modocunq: excipiendo, verum omne Jus ad eandem Summam sibi servien in personas suprascriptorum Religiosorum Patrum Societatis Jesu et ejus Succedaneorum transfundendo, transferendo ad tenendum, habendum, possidendum, utifruendum et in usus suos quosvis beneplacitos mittunt cedunt et tradunt. Insuper ijdem Suprascripti recognoscentes submittunt se ac inscribunt suis cum Successoribus de bonis suis generaliter omnibus ijsdem suprascriptis donatarijs suis Inosum Martinum Zamoyski Bolemovien et Rostocensem capitaneum fratrem suum germanum ad approbandam præsentem Inscriptionem ad Acta quævis authentica Regni in spatio medij Anni statuere. Hac sua personali recognitione ad præmissa mediante. Alias in forma Inscriptionis, Submissionis de Jure plenissima. Quam manibg suis subscripserunt. Thomasz Zamoyski: Ollichat Zamoyski: Quam ejusmodi Inscriptionem modo præmisso factam et recognitam Nos ratam & firmam ac de Jure validam habentes, haberiq: ab omnibus volentes ad acta præsentia suscipi, ijsdem inseri et ex ejsdem descriptt authentice extradi parti affectanti permisimus. Actum ut supra &. In quorum &. Relatio ejusd Illrmi Procancellij Rni.

Famati Gomolecki, Sitaczynski & alij protestantur contra Abtes Administratores Œconomiæ Samborien

Augustus &. Significamus &

Quod venientes personaliter ad Nos & Acta Metrices Rni Cancellariæ nostra minoris Nobilis Albertus Micowski, Spectis Albertus Gomolecki Consul Honorati Josephus Grusewicz, Joannes Seredowicz Scabini Civitatis Jaroslaviensis, Famati Joannes Mankiewicz Sebastianus Sitaczynski, Joannes Kukowski Cives itidem Jaroslavienses tum Laboriosi ——— Smotrycz Martinus Plebaniak suo & aliorum nomine solenniter et gravi cum querela protestati et manifestati sunt in et contra Nobiles Ertherum Forbes et ——— Lau Administratores Œconomiæ Samborien, Joannem Tarczewski nec non Danielem Zarugiewicz Contractus infrascripti Principalem Cooperatorem, Stanislaum Astowski Notarium aliosque

quos præsens afficit protestatio in termino termini specificandos Idq; ratione per ipsos contractibus binis intuitu defluitationis salis ex Oeconomia Samboriensi cum manifestantibus modernis initis contraventionis, in damna non mediocria tam per retentionem sui manifestantium quam non expeditionis in tempore, inductionis, Scapharum nescitur ob quam causam detentionis, vialium expensarum et aliarum ex mora satisfactionis, causationis, aliarumq; pretensionum et injuriarum illationis. Offerendo se cum ijsdem ratione præmissorum in foro fori Jure acturos et præmissa vindicaturos. Salvo Jure ejusdem protestationis augeñ meliorandi corrigendi in toto. Hac sua manifestatione in id mediante. Quam protestationem manibus suis subscripserunt. Woyciech Micowski W Dominik Gomolecki Sebestian Sitaczynski mpria Quam ejusmodi manifestationem nos ad acta præsentia suscipi, ijsdem inseri et ex ejsdem descriptt authentice parti extradi permisimus. In quorꝝ Actum ℔ Relatis ejusdem Illrmi Procancellarij Regni ut Supra ℔

Gnosus Dominicus Ignatius Winkler Plenipotentes inscribit.

Augustus ℔ Significamus ℔.

Quomodo coram Nobis & Actis Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Minoris personaliter comparens Generosus Dominicus Ignatius Winkler Thesauri Regni Primus Notarius sanus mente et corpore existens à foro suo proprio et Jurisdictione Sua propria recedendo huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ quo ad hunc actum et infra recognoscenda attinet se cum persona et bonis suis Subjiciendo et incorporando palam sponte libere benevole ac per expressum recognovit et præsentibus recognoscit. Quia ipse omni meliori, validiori et efficatiori Juris modo in suos veros legitimos, absolutos et indubitatos Plenipotentes et mandatarios Generosos Adamum Doregowski Pocillatorem Zydaczowien Notarium Latrensem Camenecen in Podolia Sigismundum Sopruiewski Tribunum Brecen Laurentium Wodelewski Franciscum Gorecki, Gasparum Bogucki fecit constituit et solenniter ordinavit, prout præsentibus facit constituit et ordinat. Dans et concedens ijsdem Plenipotentibus et mandatarijs suis tam coniunctim qm divisim ac cuilibet eorum insolidum plenam et omnimodam facultatem absolutamq; potestatem Causas suas et actiones generaliter omnes cum quibuscunq; personis intercedentes, sive intercessuras in quovis Judicio et Officio Regni etiam Tribunalitio sive Lublinensi sive Petricoviensi tam ex actoratu quam et

reatu promovendi intentandi, processus formandi, institutas actiones prosequendi, defendendi probationes omnimodas inferendi et inducendi Decreta acceptandi executionem eorum urgendi et ad debitum finem deducendi. Iuramenta deferendi, referendi & auscultandi, à Decretis gravaminosis ad altiora Iudicum subsellia appellandi, appellationes prosequendi et continuandi pœnas Iudiciarias levandi et delevatis quietandi aliaq; omnia munia et officia veros & legitimos plenipotentes et mandatarios concernen agendi faciendi et exequendi. Promittens et solenniter cavens id totum quidquid per dictos suos plenipotentes et mandatarios tam coniunctim quam divisim gestum factum constitutumve fuerit pro rato et grato susceptuum et inviolabiliter observaturum non aliter ac si per se recognoscentem ea omnia gesta peractaq; fuerint. Hac sua personali recognitione ad præmissa omnia mediante. Alias in forma Plenipotentiæ de Iure plenissima et perfectissima. Quam manu sua subscripsit. Dominicus Ignatius Winkler mp. Quam quidem Plenipotentiam modo præmisso factam Nos ratam et firmam habentes habericq; ab omnibus volentes ad Acta præsentia Suscipi et ex ijsdem de verbo ad verbum descriptam authentice parti affectanti extradi permisimus. In quorum fidem Actum Varsaviæ Feria Quinta post Festum Gloriosæ Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis in Cælos proxima Die scilicet decima Sexta Mensis Augusti Anno Domini Millesimo Septingentesimo Tertio.

Relatio ejusd Illmi Pro Cancellarij Regni.

Idem Gnosus Winkler Gn Sliwicki & Illem Sztym Plenipotentes constituit.

Quomodo Augustus &. Significamus &

Quomodo coram Nobis & Actis Metrices Regni Cancellariæ nostræ minoris personaliter comparens Generosus Dominicus Winkler Thesauri Regni primus Notarius sanus mente & corpore existens à foro suo quovis proprio & Iurisdictione sua competenti recedendo huic autem Iurisdictioni nostræ quo ad hunc duntaxat actum et infrascripta recognoscenda attinet se cum bonis suis et persona Subjiciendo et incorporando palam sponte libere benevole ac per expressum recognovit et præsentibus recognoscit Verbis. Quia ipse omni meliori validiori et efficatiori Iuris modo in suos

veros legitimos absolutos et indubitatos plenipotentes et mandatarios suos Inōsum Joannem Niwicki et Nobilem Melchiorem Sztym Thesauri Regni Notarios fecit constituit et solenniter ordinavit prout præsentibus prout præsentibus facit, constituit et ordinat. Dans et concedens ijsdem plenipotentiarijs suis tam coniunctim quam divisim ac cuilibet eorum in solidum plenam et omnimodam absolutamq; potestatem causas suas generaliter omnes cum quibuscunq; personis intercedentes seu intercessuras in quovis Judicio et Officio Subselliorq; Regni etiam Tribunalitio Regni, tam ex actoratu quam reatu intercedentes sive intercessuras intentandi processus formandi institutas causas promovendi, defendendi terminos Juris attentandi, probationes omnimodas inferendi Decreta pro parte sui Constituentis lata acceptandi, abonerosis & prægravabilibus ad altiora Judicum Subsellia appellandi, appellationes prosequendi et continuandi, executionē rerum Judicatarum urgendi, Summas quasvis levandi et recipiendi, de levatis quietandi et receptis, transactiones cum ijsdem ineundi, Compromissarios eligendi designandi, actus compromissarios suscipiendi, et compromissum faciendi, subscribendi, Juramenta deferendi referendi, indulgendi et audiendi et omnia ea ad debitum finem deducendi. Alios seu alium in locum sui cum simili vel limitata facultate in locum sui substituendi, substitutionis munus iterum ad se revocandi, aliaq; omnia munia veros et legitimos plenipotentes concernentia gerendi faciendi et exequendi. Promittens ac solenniter cavens id totum quid per suos Plenipotentes et mandatarios, gestum, factum, conitutumq; fuerit prorato & grato suscepturum & inviolabiliter observaturum. Hac sua personali recognitione ad præmissa omnia mediante. In forma alias plenipotentiæ et commissi mandati de Jure firmissima & perfectissima. Quamplenipotentiam idem recognoscens manu sua subscripsit. Dominicus Ignatius Winkler. Quam quidem Plenipotentiam modo præmisso factam Nos firmam ac de Jure validam habentes, habereq; ab omnibus volentes ad acta præsentia suscipi ijsdem inseri et ex eisdem descriptam authentice extradi permisimus. Inquorum fidem Sigillum præsentibus.

Actum Varsaviæ ut supra

Relatio ejusdem Illmi
Procancellarij Regni.

Capitaneatus Szczyrzecensis Generosis Potockim Coniugib. confertur.

Augustus &. Significamus &.

Quod veniens personaliter ad Nos et Acta Metrices Rni vdz.
Cancellariæ Nostræ Minoris Venerabilis Joannes Mierzeiò-
wski obtulit & ad acticandum porrexit Literas Privilegÿ Super
Capitaneatum Szczyrzecensem Gnoso Alexandro Potocki Succa-
merario Haliciensi & Theresiæ Coniugibus Servien manu nostra
regia Subscriptas et Sigillo Regni Cancellariæ Minoris commu-
nitas Sanas Salvas et illæsas omnig. suspicionis nota carentes.
Supplicatumq. nobis est ut easdem ad Acta præsentia Suscipi,
ijsdem inseri et ex ejsdem descriptt authenticè extradi permit-
tere dignaremur. Earundem vero Literarum tenor est qui
sequitur talis. Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniæ
Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ &. Significamus &.
Præcipuum esse Principum institutum in Cives de Republica
benemeritos Regiam beneficia manu exercere liberalitatem
eorumq. virtutes ac res preclare gestas condignis accessionum
præmiare incrementis. Has virtutes et merita insignia qua
sago, qua toga et in publicis functionibus exercitia in Magni-
fico Joanne Alexandro Potocki Succameravio Haliciensi com-
perta habentes faciendum esse duximus, ut eidem et Magnifice
Theresiæ de Tarlow Potocka Consorti ejus Capitaneatum Szczyrze-
censem in Palatinatu Russiæ Terra Leopoliensi sit. morte Gnosi
Mavchionis Darquion vacantem daremus et con-
ferremus utiquidem præsentibus Literis Nostris cum omni-
bus Oppidis Villis prædijs agris pratis campis pascuis Sylvis
nemoribus fluvijs fluminibus, Stagnis, molendinis, ta-
bernis, Subditis, eorumq. laboribus datijs Censibus, cum omni-
bus in universum attinentijs et pertinentijs, Commodis, usibus
proventibus ita prout ab immediato possessore tenebatur et pos-
sidebatur utrisq. Coniugibus in Solidum ad extrema vita utri-
usq. ipsorum et alter utrius Superstitis tempora damus, et con-
ferimus. Promittentes pro Nobis & Serenissimis Successoribus
nostris non esse Nos ab usu et pacifica possessione prædicti Capi-
taneatus memoratos Magnificos Donatarios amoturos aut
alienaturos, amovendiq. et alienandi cuipiam potestatem
daturos. Sed Salvum et integrum Jus advitalitium utrisq.
Coniugibus conservaturos, quod et Serenissimi Successores Nri
præstabunt. Ratione cujus advitalitatis Solitam proventuum

quartam annuatim in Thesaurum Regni importare teneb[u]n-
tur. Juribus Nostris regalibus Reipublicæ Ecclesiæq; Catholicæ Sal-
vis manentibus. In quorum fidem præsens manu nostra subscri-
ptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum in Biały Dwor die
decima Sexta Mensis Augusti Anno Domini Millesimo Septin-
gentesimo Tertio. Regni vero Nostri Septimo Anno Augustus
Rex Locus Sigilli minoris Cancellariæ Regni. Capitaneatus
Szczyrzecensis in Palatinatu Russiæ post fata Gnosi
Marchionis Dargvicon Mcis Joanni Alexandro Potocki Succ-
camerario Halicziensi et Theresiæ Conjugibus. Michael Au-
gustinus Holwel Sacræ Regiæ Majestatis Secretarius huic
Cui Supplicationi uti justæ ac legitimæ Nos benigne annuentes
præinsertas Literas, quarum Originale idem Offerens denuo
ad se recepit et de recepto Cancellariam Nostram quietavit,
ad acta præsentia suscipi ijsdem inseri et rursus ex ijsdem
descriptas authentice extradi permisimus. In quorum fidem
Actum ut Supra Relatio ejusd[em] Illrmi Pro Cancellarij Rni.

Gnosus Stanislaus Rogozinski protestatur contra Gnosum Alexandrum Stradomski Augustus &. Significamus -&.

Quod veniens personaliter ad Nos & Acta Metrices
Regni Cancellariæ nostræ minoris Gnosus Stanislaus
Rogozinski olim Gnosi Adami Rogozinski crudeliter in-
terempti frater germanus Solenniter questus protestatq
& manifestatus est in et contra Gnosum Alexandrum
Stradomski Subdapiferum Zytomiriensem bonorum Grab-
ki in Palatinatu Sandomiriensi consistent possessorem idq;
in eo. Quia ipse nulla habita sui manifestantis expostu-
latione amicabilis ipsiusq; æquitatis ratione, licet optime
sciat Summas binas unam videlicet sexcentorum flore-
norum polonicalium post olim memoratum fratrem sibi
manifestanti spectar, alteram mille florenorum post
Jure naturalis divisionis erga olim defunctum seu in-
teremptum ad se protestantem pertinent et in bonis prætactis
Grabki hærentes ex natura sua fructificantes et provisionat[a]
easdem vel ab ijsdem provisionem ab actu ultimariæ per
olim Generosum Adamum Rogozinski fratrem sui mani-
festantis Solvi debitam, Solvere non vult, imo vacantibq
ad præsens ubivis locorum Judicijs se protestantem, offerendo
tam easdem Summas quam et ab ijsdem provisiones non nisi

per Sententiam cujusvis Judicij Solutum eludit, satisfactionem protrahit in damna ac Litis expensas inducit, nec caput olim interempti fratris Sui existens avisatus absente protestante, siquidem Summas prætactas habuerit, vindicavit, faciendo præmissa in Summam manifestantis involutionem et animæ ejusdem interempti gravamen ratione quorum omnium iterum atq; iterum protestatur et manifestatur. Stanislaw Rogozinski. Quam ejusmodi protestationem modo præmisso factam Nos ad acta præsentia Suscipi ijsdem inseri et ex ejsdem descriptam authenticè extradi permisimus. In quorum fidem &. Actum Varsaviæ Feria Tertia ante Festum Sancti Bartholomei Apostoli & Martijris proxima Die scilicet Vigesima prima Mensis Augusti Anno Domini Millesimo, Septingentesimo Tertio &. Relatio ejusd Prosan Rni.

Gnosus Grzegorzewski donat Sortes suas in Villa Parule habitt Gnoso Constantino Grzybowski

Quomodo coram Nobis & actis Metrices Regni Cancellaria minoris personaliter comparens Gnosus Franciscus Grzegorzewski Sanus mente & corpore existens à foro, Terris Districtibus Jurisdictioneq; sua quavis proprio et competenti recedendo huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ quo ad hunc actum et infrarecognoscenda attinet Se cum persona et bonis suis Subijciendo et incorporando, palam Sponte libere benevole ac per expressum recognovit et præsentibus recognoscit. Quia ipse Gnoso Antonio Constantino a Windyki Grzybowski olim Gnosi Stephani Bonaventuræ Grzybowski Dapiferi Terræ Nurensis filio iam ex nunc totas & integras sortes suas proprias & hereditarias Jure et Dominio perpetuo Donationis à Generoso Joanne Parul olim Alberti filio coram Officio & actis Castrensibus Czernensibus Feria Quinta incrastino Festi Sancti Petri in Vinculis Anno Domini Millesimo Septingentesimo Tertio quesitas, ad infrascripta bona Parule et Sibi recognoscenti donatas et cessas in hereditate Parule Terra Varsaviensi Districtu Tarcinensi Sitas et jacentes cum omni earundem Sortium et Integro Jure Suo Dominio, proprietate, propinquitate titulo q. hereditario nec non earum

A°: 1703

Sortium utilitatibus, usibus fructibus proventibus areis Curijs
ædificijs ædificijs Structuris hortis pomarijs Sepimentis agris prati,
campis Sylvis borris gais rubetis indaginibus, aquis piscinis fluvijs
fluminibus, torrentibus, rivis rivulis aquarum decursibus ta:
bernis tabernatoribus Subditis Cmetonibus hortulanis, Ingri:
linis eorumq; uxoribus, pueris, pecoribus, pecudibus, dieruni
laboribus, antiquitus per ipsos præstari solitæ, cunctis denique
attinentijs & pertinentijs generaliter universis nullis prose
et Suis Successoribus vel quopiam alio reservan, Sed ita late
longe, circumferentialiterq; prout se hæreditas dictarum sortiu
in suis metis & limitibus extenditur et protenditur sunt q;
eædem Sortes in suis metis et limitibus extendUntur et distin,
cta ac dislimitatæ sunt, proutq; easdem Sortes ipsemet reco:
gnoscens tenebat habebat tenereq; & possidere debebat illisq;
ut ipse fruebatur dedit, donavit, contulit, cessit et resignavit
prout præsentibus cedit donat confert & resignat pura
mera vera et irrevocabili Donatione resignat perpetuo
& in ævum. Intromissionem quoq; in eadem Sortes per
Ministerialem Regni Generalem & Nobiles duos quovis tem:
pore apprehendendas dandam admittit nec eandem perse et
Subordinatas personas impediet. Victionem quoq; ab omnib9
impedimentis iuridicis et injuridicis modo quovis ratione
præfatarum Sortium oriundis cavet et se de bonis suis mo:
bilibus et immobilibus inscribit et obligat. Idq; sub vadio du:
centorum florenorum polonicalium casu contraventionis
præsenti inscriptioni succumbendo. Pro quo quidem vadio
ac re ipsa citatus existens ad Judicium Castrense capitane:
ale sive Cernense sive Varsaviense quod sibi constituit et
eligit, in primo citationis termino stare, parere, judicatum
pati, vadium solvere, et nihilominus evincere tenebitur,
prout se et Successores suos obligat. Hac sua personali reco:
gnitione ad præmissa mediante. In forma alias Inscriptionis
Donatoriæ de Jure plenissima et perfectissima. Quam ma:
nu sua propria subscripsit. Franciszek Grzegorzewski.
Quam ejusmodi Inscriptionis donationem modo præmisso
factam Nos ratam firmam ac de Jure validam habentes
habericq; ab omnibus volentes ad Acta suscipi ejusdem inseri
et ex ejsdem descriptam authentice extradi permisimus.
In quorum &. Actum ut supra Relatio ejus Mmi Profancelly Reg.

Idem Gnosus Grzegorzewskj donat eidem Gnoso Grzybowskj Sortes Bonißowskie dict. inijsdē bonis Parule sitt

Augustus &. Significamus &.

Quomodo coram Nobis & Actis Metrices Regni &c.
Cancellariæ Nostra minoris personaliter comparens
Generosus Franciscus Grzegorzewski olim Gnosi Valentini
Grzegorzewski filius sanus mente et corpore existens, à
foro Terris Districtibus Jurisdictionēq; sua quavis propria
& competenti recedendo, huic autem Juris dictioni nostre
Regiæ quo ad hunc actum et infra recognoscenda attinet
se cum persona & bonis suis subjciendo et incorporando,
palam sponte libere benevole ac per expressum recognovit
et præsentibus recognoscit. Quia ipse iam ex nunc et de
facto Gnoso Antonio Constantino a Windyki Grzybowski olim
Generosi Stephani Bonaventura Grzybowski Dapiferi Terræ
Pluvensis filio et ejusdem legitimis Successoribus Bona sua
seu Sortes dictas Boniszowskie in Bonis Parule Terra Varsa-
viensi Districtu Tarcinensi sitt& & iacentes à Generosis
Alberto & Sebastiano Trzaskowie olim Nobilis Alberti
Trzaska cum olim nobili Elisabetha Parulowna Borysz
owna procreatis filijs, quesitas, et coram Actis Castrensibus
Capitancalibus Varsaviensibus Feria Quarta post Octavas
Festi Sacratissimi Corporis Christi Domini proxima Anno
Domini Millesimo Septingentesimo Primo in personam Sui
recognoscentis cessas totas et integras; cum omni et in-
tegro Jure Suo Dominio proprietate propinquitate titulo
hereditario ac omnibus earundem Sortium utilitatibus
usibus fructibus proventibus, commodis & obventionibq
areis, pratis agris hortis campis Sylvis nemoribus & inda-
ginibus, aquis Stagnis, piscinis, piscinulis, fluvijs torren-
tibus, aquarum decursibus rivulis & rivis tabernis taber-
natoribus Subditis Cmetonibus hortulanis, Inquilinis,
eorum uxoribus filijs & filiabus pecoribus pecudibus, di-
erum laboribus per ipsos præstari solitis, datijs decimis
tributis censibus, invaminibus custodijs diurnis &
nocturnis cunctaq; ipsorum obedientia & Subditura
Cmetonali cunctis demq; attinentijs & pertinentys ad

A° 1703.

prænominatas Sortes antiquitus Spectantibus, nihil sibi
suisq; Successoribus quidquam Juris reservando dedit do,,
navit inscripsit et resignavit & contulit prout præsentib9
dat donat inscribit, resignat & confert, pura, mera et irre:
vocabili donatione perpetuo et in æuum. Intromissionem
quoq; iam ex nunc realem cum actuali et pacifica posses,,
sione in Supranominatas Sortes præsentibus donatas et
resignatas per Ministerialem Regni generalem et Nobiles
duos quosvis & quos facilius conducere poterit officiòse
acceptandam libere dat & admittit. Submittitq; se prote:
rea idem recognoscens suis cum Successoribus de bonis
suis generaliter omnibus eundem suum Donatarium
bonorumq. earundem Sortium possessorem ejusq; Successores
ab omnibus generaliter impedimentis iuridicis et extra
iuridicis omnium & Singularum personarum propinqua:
rum & remotarum cujuscunq. Status Sexus et conditio:
nis existentium tueri, defendere, evincere, eliberare, et inter:
cedere indemnemq; semper cum ejus Successoribus toties
quoties opus & necessitas fuerit reddere, idq; sub vadio
Ducentorum florenorum polonicalium Currentis in Regno
monetæ in casu alicujus exorti impedimenti et non facte
victionis & tuitionis ad Solvendum irremissibiliter
succumbendo. Pro quo quidem Vadio taliter exinde suc,
cubito citatus existens Suprascriptus recognoscens suis
cum Successoribus ad officium castrense Capitaneale
sive Varsaviense sive Cernense tenebitur suis cum
Successoribus coram Suprascriptis Officijs seu uno eorum
electo recessu Suprascripto mediante, semper in primo
citationis termino tanquam peremptorio, peremptorie
stare, iuri parere, respondere, comparendoq; vadium
parata pecunia in instanti Solvere, quo Soluto inscri,
ptioni præsenti donatoriæ in toto satisfacere ac omne
iudicatum Officij illius pati absq; omni dilatione defen:
sione, exceptione, præscriptione, protestatione motione
appellatione, earum prosecutione.

Et hic in continenti idem Suprascriptus Recognoscens
eidem Nobili Antonio Constantino à Windyki Grzybowski
et ejus Successoribus submittit se & inscribit de bonis suis
generaliter omnibus, Summisq; quibuscunq pecuniarijs

Quia ipse approbationem Juris Sui ad Sortes præfatas per Nobles Trzaskowskie sibi cessi et ad Statuitionem Nobilium Catharinæ & Petronellæ Trzaszczanki pro approbatione quæsiti Juris Sui appromissa Statuitionis, quantocius poterit procurare se procuraturum declarat. Pdg. Sub Vadio Supraspecificato ducentorum florenorum polonicalium Currentis in Regno monetæ casu non procuratæ Juris Suiapprobationis & præsenti Submissioni Contraventionis Solvendo. Pro quo quidem Vadio ac rejssa citatus existens ad Officium Castrense Sive Varsaviense Sive Cernense tenebitur in primo Citationis termino Stare parere et omne iudicatum pati atq; Suæ Submissioni satisfactionis. Hæc Sua personali recognitione ad præmissa omnia mediante. In forma alias Inscriptionis donatoriæ et Submissionis de Jure plenissima & perfectissima. Quam inscriptionem manu sua Subscripsit Franciszek Przegorzewski. Quam ejusmodi inscriptionis donationem modo præmisso factam Nos ratam firmam ac de Jure Validam habendam ab omnibusq; haberi Volentes ad acta præsentia suscipi ejsdem inseri et ex ejsdem descriptam authentice extradi permisimus. In quorumq; etcumq; Relatione ut supra &c.

Relatio Mnris Rnī Smāli extradit ad Tribunal Rnī Citationum contra Generosū Stradomskj emanat

Augustus &. Significamus &.

Quod veniens personaliter ad Acta Metrices Rnī Cancellariæ Nræ Minoris Nobilis Stanislaus Przygocki Ministerialis Regni Generalis prout id Authentico Suo deduxit et demonstravit in vim Suæ Veræ ac fidelis relationis ubivis locorum faciendæ palam ultro liberè et verbis expressis recognovit, præsentibusq; recognoscit. Quia ipse ex Officio Suo existens requisitus condescendendo ad Curiam Capitanealem Varsaviens Feria Secunda ante Festum Sancti Bartholomei Apostoli & Martyris proxima die scilicet Vigesima prima Mensis Augusti Anno præsenti Millesimo Septingentesimo Tertio ibidemq; in eadem Curia Citationem ad Tribunal Lublinense et Petricoviense ex instantia Generosi Stanis

A.° 1703.

slai Rogozinski contra Gnosum Alexandrum Stradomski Sub:
dapiferum Zytomiriensem in foribus prætactæ Curiæ
ubi is idem Generosus Stradomski resi det posuit et de posi:
tione ejusdem Citationis, eidem Gnoso Stradomski in eadem curia
personaliter prævento notificavit, terminumq3 in ijsdem Judicijs
Tribunalis Regni Generalibus in quatuor Septimanis præfixit
et assignavit. Verificando præmissa Copiam Citationis ejusdem
executæ reproduxit in tenore tali. Augustus Secundus Dei
gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ &. Tibi Generoso Ale:
xandro Stradomski Subdapifero Zytomiriensi bonorum Grabki
in Palatinatu Sandomiriensi possessori de bonis tuis generali
omnibus mandamus ut in Judicijs ordinarijs Generalibus
Tribunalibus Regni Lublinen seu Petricovien à data et posi:
tione præsentis Citationis in quatuor Septimanis seu tum
dum et quando causa præsens ex regestro competenti ad judi:
candum acclamata inciderit personaliter et peremptorie
compareas. Ad instantiam Generosi Stanislai Rogozinski
olim Generosi Adami Rogozinski Virdeliter interempti fra:
tris germani Actoris. Qui te inhærendo manifestationi ac
testamento ultimæ voluntatis ejusdem olim Generosi Ada:
mi Rogozinski tum tuæ ipsius Generosi Stradomski tam
Scripto quam verbo tenus declarationi quod infrascriptam
Summam non nisi per sententiam Judicij exolves. citat.:
Quatenus tu eidem Actori uti legitimo et unico Successori
Summam sexcentorum florenorum polonicalium modo
Successionis naturalis post prætactum olim Generosum Ada:
mum Rogozinski tum et alteram Summam Mille
florenorum polonicalium ex vi divisionis erga olim defun:
ctum fratrem servientes et in bonis prætactis Grabki hærent
una cum provisione ab ultima quietatione olim Generosi
Adami Rogozinski uti à Summis fructificantibus et pro
pretio bonorum exolvi debitis persolvas, restituas et extra:
das, citaris. Sis judicialiter terminum attentaturus et
responsurus. Datum Lublini Sabbatho post Festum Assum:
ptionis in Cælum Gloriosissimæ Virginis Mariæ proxima,
Anno Domini Millesimo Septingentesimo Tertio.
Quam quidem supra nominati Ministerialis Rela:
tionem Nos ab ipso Suscipi, Actis ingrossari et ex ejusdem
una cum Copia Citationis descriptam parti affectanti
extradi in forma authentica permisimus. In quorumq.
Actum ut supra. Relatio ejusdem Illmi et Excellmi
Dñi Dñi Procancellarij Regni.

Robovant

Roborant Contractum Mgca Ursula Lipska ab una & Ynrblis Wadowski parte ab altera.

Augustus &c Significamus &

Quomodo coram Nobis & Actis Metrices Regni Can. vp.
Cellarice Nrae Minoris personaliter comparentes Magnifica Vrsula Lipska comitissa in Krasiczyn & Sosnica olim Magnifici Alexandri à Lipie Lipski Palatini Calisiensis Raven Medicen, Inovloden Rozycen & Capitanei Consors Vidua relicta ex una et Ynblis Josephus Wadowski Canonicus Varsaviensis ex altera partibus sanimente & corpore existentes à foro Suo quoris proprio & competenti recedendo huic autem Jurisdictioni Nostrae regiae quo ad hunc actum et infrarecognoscenda attinet se cum personis, et bonis suis Subjciendo et incorporando palam, sponte libere benevole ac per expressum recognoverunt & praesentibus quilibet Suo pro interesse recognoscit. Quia ipsi Contractum Certum inter se recognoscentes mutuo et adinvicem initum Varsaviae die Octava Mensis Julij Anno Domini Millesimo Septingentesimo Tertio conscriptum, & confectum manibusq. Suis propijs Subscriptum atq. vadio duodecim Millium florenorum polonicalium vallatum in omnibus praedicti Contractus illius contentis punctis clausulis articulis nexibus conditionibus, et ligamentis, totoq. ejus tenore non aliter ac si hic de verbo ad verbum insertus et per eosdem recognoscentes, seorsivis Inscriptionibus Officiosis recognitus esset, Contractum eundem ad praesentem Inscriptionem roboratoriam et è contra Inscriptionem ad Contractum referendo approbant confirmant ratificant eumq. in toto et in quavis etiam minima parte illius tenere complere illi quisq. pro Suo interesse totaliter Satisfacere de bonis Suis generaliter omnibus mobilibus et immobilibus Summisq. pecuniarijs, se et Successores Suos inscribunt et obligant. Idq. Sub Vadio Supraspecificato duodecim Millium florenorum polonicalium Currentis in Regno Monetae Casu Contraventionis praesenti Inscriptioni roboratoriae in toto vel in quavis illius parte per se et Successores Suos de integro irremissibiliter adSolvendum Succumbendo. Pro quo quidem Vadio ac re aliqua ex Contractu roboratorio non completa nihilominus Complenda ad Officium seu Judicium ubiquinarium competens ex bonis Suis ijdem recognoscentes Suis cum Successoribus citati existentes mediante ut

A:o 1703.

supra à propric foro recessu in primo citationis termino quem sibi peremptorium assignant comparere stare, respondere nec tuendo se ullis Legum auxilijs exemptionibus exceptionibusq; dilationibus alijsq; quibus vis Iuris beneficijs, præcisis etiam appellationibus motionibus earumq; prosecutionibus Iudicatium Officij seu Iudicij illius aõ quod citabuntur illiusq; executionem pati vadium succubitum in instanti reponere et eo nihilominus soluto rei principali pro qua citabuntur in toto satisfacere tenebuntur prout se et successores suos inscribunt Hac sua utriusq; personali recognitione ad præmissa mediante In forma alias Inscriptionis roboratoriæ de Iure perfectissimæ. Quam manibus suis subscripserunt Ulrica Wk. X Iozef Wadowski & Wpp Quam ejusmodi Inscriptionem roboratoriam Nos firmam & validam habentes habericq; ab omnibus volentes ad acta suscipi, inseri & extradi authenticè permisimus. In quorum &c. Actum Varsaviæ Sabbatho post Festum Sancti Bartholomei Apostoli & Martyris proxima die videlicet vigesima quinta Mensis Augusti Anno Domini Millesimo Septingentesimo Tertio Regni Vero Nri VI:to. Relatio ejusd. Illmi Infrdi.

Magcus Petrus Kozewski quietat de Sumã 12045. floren poloni cãd Magcam Vrsulam Lipska.

Augustus &c Significamus &c.

Quomodo Coram Nobis & actis Metrices Regni Cancellarie nostre minoris personaliter comparens Magnificus Petrus de Kczewo Kczewski Palatinus Mariæburgensis Christburgensis Stanislaoviensis Capitaneus sanus mente et corpore existens à Terris Districtibus forog; suis quovis proprio & Iurisdictionis sua competenti recedendo huic autem Iurisdictioni nostre Regie quo ad hunc actum et infra recognoscenda attinet se cum persona & bonis suis Subjicendo & incorporando palam sponte libere benevole ac per expressum recognovit & præsentibus recognoscit. Quia ipse Magnificus Vrsulam Lipska olim Magnifici Alexandri Felicis à Lipié Lipski Palatini Calissiensis Consortem viduam relictam iam ex nunc de exolutione parata pecunia Summæ Duodecim Millium quadraginta quing; florenorum polonicalium Currentis monetæ à Summa Capitali Septuaginta trium Millium Tympho,

J. M.

rum in Specie pro uno Anno et medio ex provisione ante aditam Capitaneatus Stanislavoviën possessionem provenien Sibi recognoscenti circa acta præsentia numerata quietavit liberam absolutamq. fecit et pronunciavit prout præsentibus quietat liberam absolutamq. facit ac pronunciat. Nihil Sibi pretensionis, coloris aut alicujus prætextus intuitu ejusdem Summæ ad eandem Magnificam Palatinam Calissiensem reservando aut excipiendo, verum Sibi in præmissis perpetuum Silentium imponendo & indicendo, quinimo omne Jus Suum quod Sibi recognoscenti ad præfatam Summam provisionalem duodecim Millium Quadraginta quinq. florenorum polonicalium Currentis monetæ competebat in personam prænominatæ Magnificæ Palatinæ Calissiensis transferendo ac transfundendo. Hac sua personali recognitione ad præmissa mediante. In forma alias quietationis de Jure firmissima & perfectissima. Quam manu sua propria subscripsit. P. Rczewski Palnus Mariæburgen. Quam ejusmodi Inscriptionis quietationem modo præmisso factam Nos ratam firmam & de Jure validam habentes habereq. ab omnibus volentes ad acta præsentia Suscipi, ijsdem inseri et ex ejsdem descriptam authentice partiaffanti extradi permisimus. In quorum &c. Actum &c. Relatio ut supra &c.

Eadem Mgca Lipska quietat de Summa 30 Tym forum eundem Magcum Petrum Rczewski

Quomodo coram Nobis & Actis Metricis Regni Cancellariæ Nostræ Minoris personaliter comparens Magnifica Ursula Comitissa in Krasiczyn & Sosnica Lipska olim Magfici Alexandri Felicis Comitis in Lipie Lipski Palatini Calissiensis, Ravensis Medicensis Inovlodensis Rzeczynensis Capitanei Consors Vidua relicta sana mente et corpore existens à Terris Districtibus, foro, iurisdictioneq. Sua quavis propria et competenti recedendo huic autem Iurisdictioni Nostræ regiæ quo ad hunc actum et infra recognoscenda attinet se cum persona & bonis Subjiciendo & incorporando palam Sponte libere, benevole, ac per expressum recognovit, et præsentibus recognoscit. Quia ipsa Magnificum Petrum de Krzewo Rczewski Palatinum Mariæburgensem Christburgensem Stanislavoviën & Capitaneum de persolutione Summæ Trigin: ta Millium Tymforum in Specie certo Scripto manuali Varsaviæ

A: 1703.

die undecima Mensis Martij conscripto Anno Domini Millesimo Septingentesimo Secundo manu præfati Magnifici Rzewski Palatini Marieburgen subscripto & actis Castrensibus Capitaneal ibus Varsavien Sabbatho ante Dominicam Reminiscere Quadragesimalem Anno Domini Millesimo Septingentesimo Secundo roborato & per oblatam ad prediba acta porrecto assecuratam & inscriptam ob præstitam sibi eo nomine satisfactionem et Summæ supra scriptæ Triginta Millium tymforum in Specie persolutionem sibi factam & præstitam quietavit liberum absolutumq; fecit & pronunciavit prout presentibus quietat liberum absolutumq; facit ac pronunciat aviterne. Scriptum supranominatum unâ cum ipsius roboratione cassat mortificat & annihilat & sibi in præmissis perpetuum indicit Silentium. Hac sua personali recognitione ad præmissa mediante. Alias in forma Quietationis de Jure plenissima & perfectissima. Quam manu Sua Subscripsit. Ursula Lipska WR. Quam quidem inscriptionis quietationem modo præmisso factam Nos firmam & de Jure validam habentes habericq; ab omnibus volen ad Acta Suscipi ijsdem inseri et extradi permisimus. In quorumq. Actum ut supra Relatio ejusdem Illrmi Procancellarij Rni

Gnosa Kurzeska certum Scriptum et alias transactiones & Contractus approbat Augustus & Significamus &.

Ex. Quomodo coram Nobis & Actis Metrices Regni Cancellaria Nostræ Minoris personaliter comparens Generosa Anna Zabrzeska Gnosi Martini Stanislai duorum nominum in Kurzes Syno Kurzeski sensors legitima olim vero Generosi Stanislai Zabrzeski Pocillatoris Terræ Dobrzinensis Sororgermana & Successtrix legitima in assistentia ejusdem ejusdem mariti Sui nec non Gnosi Michaelis Choynacki ubi amici ad hunc actum assumpti sana mente et corpore existens a Foro terræ districtibus Jurisdictioneq; Sua quavis propria & competenti recedendo huic autem Jurisdictioni nostræ regiæ quo ad actum præsentem & infrarecognoscenda attinet se cum persona & bonis Suis subjciendo & incorporando palam sponte libere benevole ac per expressum recognovit & presentibus recognoscit. Quia ipsa Scriptum certum manuale hic Varsaviæ de actu & data illius die Vigesima Sexta mensis Augusti Anno presenti Millesimo Septingentesimo Tertio una cum paragrapho conscriptum manu Sua propria ac eorundem mariti et amici Suorum Subscriptum

et vadio Sex Millium Centum florenorum polonicalium firma-
tum in rem et personam Generosi Francisci Loski Pocillatoris
Terræ Zakrocsymen, Judicis & Vicecapitanei Castren Varsavien
serviens tum & alias quasvis recognitiones, Transactiones &
contractus intuitu bonorum & Villarum Małocice et Czosnowo
Wolka Czosnowska & aliorum eo pertinentium eidem Gnoso
Loski per se obligator inscriptorum factas et initas, in omni-
bus prætacti Scripti nec non anteriorum quam posteriorum
actuum conditionibus, punctis, clausulis articulis nexibq
& ligamentis totoq; eorum actuum tenore non aliter ac si
hic de verbo ad verbum inserti et per eandem Recognoscentem
inscripti essent una cum vadijs & foro in ijsdem transactionibq
specificatt approbat confirmat et ratificat ejsdemq. se suis cum
Successoribus in toto et in minima parte satisfacere Submit-
tit & obligat. Idq. Sub Vadio Sex millium Centum florenorum
polonicalium seu alias toti negotio correspondenti. Pro quo
quidem Vadio ac alijs in Officio Castrensi Varsavièns seu
Czernensi in primo citationis termino exclusis omnibus di-
lationibus exceptionibus peremptorie cum recessu ut supra
respondebit et ejus Successores respondebunt. Hac sua perso-
nali recognitione ad præmissa Mediante. Alias in forma ro-
boratiæ Inscriptionis de Jure firmissima et perfectissima
Quam manu sua Subscripsit. Anna Kurzeska Marcin
Stanislaw Kurzeski Michał Choynacki iako Przyiaciel trzy-
mang rękq. Quam ejusmodi Inscriptionem roboratoriam
modo Supratacto factam et recognitam Nos ratam firmam
ac de Jure validam habentes habericq. ab omnibus volentes ad
Acta presentia Suscipi, ijsdem inseri et ex ijsdem authentice
descriptam parti affectanti extradi permisimus. In quorum
Actum ut Supra Relatio ejusd. Illmi Pro Cancellarij Rni.

Nobilis Obertynski quietat de Summa 300 Tymfo-
rum Honorat Szmeling & Hilczmer

QAugustus &. Significamus &.

Quomodo coram Nobis & Actis Metrices Regni Cancellarie Nostræ minoris personaliter comparens Nobilis Samuel Obertynski olim Generosi Joannis Obertynski Venatoris Terræ Halicien frater patruelis sanus mente & corpore existens à foro, Terris, Districtibus, Jurisdictione q. sua quavis propria & competenti recedendo huic autem Juris-dictioni Nostræ regiæ quo ad hunc actum attinet & infrare-

s. m.

A.° 1703.

cognoscendâ se cum persona & bonis suis subjciendo & incorporan:
do palam, sponte, libere, benevolè, ac per expressum recognovit &
præsentibus recognoscit. Quia ipse Summam trecentorum tym:
forum in specie ex Capitali Duodecim Millium tymforum
in specie per olim Dnum Joannem Obertynski Venatorem
Terræ Haliciensis testamento suo die nona mensis Februarij
Anno Domini Millesimo Septingentesimo Secundo coram ami:
cis & testibus condito legatam & assignatam de et ex manibus
Honor. Henrici Szmeling & Zachæi Hilczmer Mercatorum Cu:
riensium tanquam Summæ Duodecim Millium Tymphorum
in Specie possessorum & apud se existen ex manibusq; olim
Generosi Joannis Obertynski contract. & certa recognitione per
dictos Szmeling & Hilczmer eidem olim Obertynski assecurat.
ex eadem Summa Capitali Sibi Recognoscenti numeratam &
persolutam eosdem Honorator. Henrict. Szmeling & Zachæum
Hilczmer quietavit liberos absolutosq; fecit & pronunciavit
prout præsentibus quietat liberos absolutosq; facit ac pronun:
ciat aviterne. Nihil Sibi Juris prætensionis intuitu ejusdem
Summæ trecentorum Tymforum in Specie legatæ Sibi reco:
gnoscenti ad eosdem Szmeling & Hilczmer reservando aut
excipiendo, verum Sibi perpetuum Silentium in Solutione Sum.
mæ imponendo. Originalemq; recognitionem per dictos Szme:
ling & Hilczmer olim Dno Joanni Obertynski datam &
super Summam eandem assecurando recognitam quo ad in
teresse suum & Summam trecentorum Tymforum cas:
sat abrogat mortificat & annihilat. Hac sua personali re:
cognitione ad præmissa mediante. Alias in forma quieta:
tionis de Jure plenissima & perfectissima. Quam manu sua
propria Subscripsit Samuel Obertynski trzymarszałek. Konstan:
ty Narzymski iako przyiaciel przy tym będący. Quam ejusmo:
di inscriptionis quietationem modo præmisso factam Nos
firmam et de Jure validam habentes habericq; ab omniby
volentes ad Acta præsentia Suscipi ejsdem insevi et ex ejsdem
descriptam authenticè parti affectanti extradi permisimus.
In quorum fidem &. Actum Varsaviæ Feria Quarta
ipso die Festi Decollationis Sancti Joannis Baptistæ
die videlicet Vigesima nona Mensis Augusti Anno Dñi
Millesimo Septingentesimo Tertio & Relatio ejusd. Mti Profan.

Oblata Literarum Mci Thesaurarij
Pni Dno Joanni Krasinski servien

Augustus &. Significamus &.

Quod Veniens personaliter ad Nos & Acta Metrices vp.
Regni Cancellaria Nostra minoris Nobilis Stanislaus
Stupecki obtulit & ad acticandum porrexit certas Literas
infrascriptas. Supplicatumq. Nobis est ut easdem Literas
ad Acta præsentia Suscipi ijsdem inseri et rursus ex ijsdem
descriptæ authentice extradi permittere dignaremur. Earun
dem vero literarum tenor est, qui sequitur talis Jan Andrzey
z Raciborska Morsztyn Podskarbi Wielki Koronny Tucholski
Starosta. Oznaymuiq komu to wiedzieć należy. Iż Wielmoźny
Jmć Pan Jan Dobrogost na Krasnym Krasinski Referendarz Ko:
ronny Stosuiąc się do Dekretu Trybunatu Radomskiego 1671:
Anni oddał y rzetelnie ad ratisnem Summy Stu Czterdziesci
Tysięcy Złotych pomienionym Dekretem na się włożoney
poptacił assignacie nizey specifikowane w Menicy Tymfo:
wskiey oschle. Ktore do Skarbu Rzeczypospolitey koronnego
powrocił, a mianowicie Regimentowi pieszemu Jmdana Ge:
nerała Wulfa tysiąc Złotych, tegoż Jmći dwa Tysiąca dwieście
Tegoż Jmći Trzy Tysiące Dwieście. Tegoż Jmći ex Summa
florenorum Septem Millium trecentorum Septuaginta unũ,
grossorum viginti obulor quatuordecim. Sześć tysięcy trzysta
pięćdziesiąt y dziewięć groszy dwadzieścia, pieniędzy trzy:
nascie, tegoż Jmći Czternascie Tysięcy dwieście trzydzieści y
siedm Złotych. Pieszemu Xcia Jmći Bogustawa Radziwiła
Koniuszego Wielkiego Xięstwa Litewskiego Siedmnascie Ty:
sięcy dziewięćset osmdziesiąt Złotych groszy osm pieniędzy
trzy. JmPa Wilhelma Buthlera dziewięć Tysięcy Sześćset
pięćdziesiąt y siedm Złotych tegoż Jmći dwa Tysiąca trzysta
osmdziesiąt pięć, Pieszemu JmPa Jenerała Wulfa Tysiąc
osmset Złotych, tegoż Jmći Sześćset pięćdziesiąt. Dragoniey
Jmći Pana Sapiehy Cztery Tysiące trzysta pięćdziesiąt y dzie:
więć groszy dziewięć pieniędzy Szesnascie y put. Pieszemu
tegoż Jmći trzy tysiące piętnascie Złotych groszy pięć pie:
niędzy pięć y put. Pieszemu JmPa Kiemierzyca Podkomorze
Kijowskiego Dziewięć Tysięcy Cztery sta sześćdziesiąt y dwa,
grosby dwadzieścia dwa pieniędzy piętnascie, JmPa Buthlera
ex Summa florenorum Septem Millium Ducentorum
triginta duo grossorum duodecim, Sześć Tysięcy Siedmset
trzydzieści y dwa grosby dwanascie. Tegoż Jmći Cztery-
Tysiące czterysta trzydzieści y dziewięć. Pieszemu JmPá
Koniuszego Trzy Tysiące, Tegoż Jmći powtore Trzy Tysiące

A: 1703.

Złotych. Pieszemu Jmći Pana Generała Grotawza Cztery Ty:
siące dziewięćset Sześćdziesigt y dwa. Jasnie Wielmoznego
Jmći Pana Lubomirskiego Mawzałka Wielkiego Koronnego
Hetmana Polnego Koronnego. Dwa Tysiąca pięć set Czterdzie:
sci y Cztery grosby dziewięć. Ktore to wszytkie wyzey Specyfi:
kowane assignacie wynoszą Summę Złotych Polskich Sto y
Cztery Tysiące dziewięćset osmdziesigt y trzy grosby dwadzie:
scia osm. Z ktorych iako rzetelnie Zapłaconych przerzeczonego
Jmć Kwitugę. Na co ięzła większey wagi y pewnosci wtasną
przy pieczęci moiey Skarbowey podpisuię ręką w Warszawie
die decima quinta Decembris Millesimo Sexcentesimo Septu
agesimo quarto. Locus Sigilli Bajer Pśk. Cui Supplicationi
uti justæ et legitimæ Nos benigne annuentes præinsertas Lras
quarum originale idem Offerens denuo ad se recepit et de re:
cepto Cancellariam nostram quietavit / ad acta præsentia
suscipi ejsdem inseri & authentice parti afectanti extradi
permisimus. In quorum fidem. Actum Varsaviæ
Feria Secunda post Festum Sancti Egidij Abbatis
proxima die scilicet tertia mensis Septembris Anno Dni
Millesimo Septingentesimo Tertio. Regni Nri Relatis ejusd Prosand

Gnosus Casimirus Sarnocki Pleni:
potentiam inscribit.

Augustus &. Significamus &.

Quomodo coram Nobis & Actis Metricis Regni Cancel:
laria nostræ minoris personaliter comparens Generosus Casi:
mirus Sarnocki Dapifer Vitebscensis Sigilli majoris Cancel:
lariæ Regni Secretarius sanus mente & corpore existens
a foro, Terris, Districtibus, Jurisdictionegz sua quaeris pro:
pria et competenti recedendo huic autem Jurisdictioni Nræ
Regiæ quo ad actum duntaxat præsentem et infrascripta cogno:
da attinet cum persona & bonis suis se subjiciendo et incorpo:
rando palam sponte libere benevole, ac per expressum recognovit
& præsentibus recognoscit. Quia ipse Nobilem Joannem Lesni:
wski in suum Verum ac legitimum plenipotentem seu man
datarium omni meliori modo & efficaciori fecit, constti:
tuit et solenniter ordinavit prout præsentibus facit &
ordinat. Dans et concedens eidem Plenipotenti plenam et
omnimodam absolutamgj potestatem, causas suas intuitu
exemptionis advocatiarum de manibus nullo Jure possessorum

unius quidem Rybotty nuncupat alterius vero Pawły dictæ in Palatinatu Podlachiæ, Terra Bielscensi consisten in quovis Judicio & Officio Regni, maximè in Judicio Nostro Commissoriali intercedentes sive intercessuras promovendi defendendi, terminos Juris attentandi, probationes inferendi, Decreta pro parte sui Constituentis lata acceptandi, ab onerosis & gravaminosis ad Nos & Judicia Nostra appellandi, appellationes, prosequendi, rerum Judicatarum executionem urgendi, Juramenta deferendi, referendi, indulgendi & auscultandi. Alios seu alium plenipotentem sive plenipotentes in locum sui cum simili vel limitata facultate in locum sui substituendi, substitutionis munus iterum ad se revocandi. Aliaq; omnia munia veros & legitimos Plenipotentes concernentia gerendi, faciendi, & exequendi. Promittens ac solenniter cavens id totum quidquid per suum plenipotentem & mandatarium gestum factumq; fuerit pro rato & grato susceptuum & inviolabiliter observaturum. Hac sua personali recognitione ad præmissa omnia mediante. Alias in forma plenipotentiæ & commissi mandati de Jure firmissima & perfectissima Sua Subscripsit. Casimirus Sarnocki Dapifer Vitebscensis JRMtis Secretarius m.p.

Quam quidem Plenipotentiam modo præmisso factam Nos ratam & firmam habentes, haberiq; ab omnibus volentes ad acta præsentia Suscipi ijsdem inseri & ex ejsdem de verbo ad verbum descriptam authentice parti affectanti extradi permisimus. In quorum fidem q. Actum Varsaviæ Feriâ Quarta ante Festum Nativitatis Beatæ Mariæ Virginis proxima die scilicet quinta Mensis Septembris Anno Domini Millesimo Septingentesimo Tertio q. Relatis ejusq; ut supra

Pocillatura Terræ Drohiciensis Gnoso Kurowicki confertur.

Augustus q. Significamus q.

Quod veniens personaliter ad Nos & Acta Metrices Regni Cancellariæ Nostræ minoris Nobilis Thomas Podleski obtulit & ad acticandum porrexit Literas Privilegij Nostri infrascriptas. Supplicatumq; Nobis est ut eas dem ad acta præsentia Suscipi, ijsdem inseri et rursus ex eisdem descriptas authentice extradi permittere dignaremur. Tarundem vero Literarum tenor est qui sequitur

talis. Augustus Secundus Dei Gratia Rex Polonice Magnus Dux Lithuanice Russiæ Prussiæ Masovice &. Significamus &. Lustra Nos prout semper benemeritos de Nobis & Republica Cives condigna meritorum præmiari soliti sumus gratitudine ita et ad præsens cum Generosi Francisci Kurowicki Burgrabÿ Castrensis Drohiciensis digna gratitudine & gratia Nostra regia Virtutum specimina & meritorum evidentia præoculis habeamus documenta non immerito ipsi ex eo respectu munus Pocillaturæ Terræ Drohiciensis post libe: ram ejus in manus Nostras dispositionemq; Regiam per Ge: nerosum Danielem Kurowicki ejusdem Gnosi Francisci Kurowicki Parentem immediatum hujusce muneris possessorem, resignationem dandum et conferendum esse duximus prout quidem præsentibus literis nostris eum omni & integro Jure, prærogativa, immunitatibus, proventibq & obventionibus ad hocce munus ab antiquo spectantibus da: mus & conferimus ad extrema vitæ ejus tempora vel majo: ris alicujus dignitatis assecutionem. Quod omnibus quorum interest præcipue vero Dignitarÿs Officialibus totiq; Nobili: tati Terræ Drohiciensis ad notitiam deducentes manda: mus ut ab hinc suprascriptum Generosum Franciscum Kurowicki pro vero & legitimo Pocillatore Suo Drohici: ensi habeant & agnoscant, eidemq; de loco prærogativa & immunitatibus de Jure competen respondeant et ab alijs responderi curent pro gratia Nostra Regia. In cujus rei fi: dem præsen manu Nrã subscriptas Sigillo Regni communi: ri mandavimus. Datum Varsaviæ die prima Mensis Se: ptembris Anno Domini Millesimo Septingentesimo Tertio Regni vero Nri Septimo anno. Augustus Rex Locus Sigilli majoris Cancellariæ Regni. Pocillatura Terræ Drohiciensis post liberam per Generosum Danielem Kurowicki resigna: tionem Gnoso Francisco Kurowicki Burgrabio Castrensi Drohicien Filiò ipsius confertur. Casimirus Sarnecki Dapifer Vitebscensis SRMtis Secretarius. Cui Supplÿ: cationi uti iustæ ac legitimæ Nos benigne annuentes præinsertas Privilegÿ Nostri Literas /. quarum Ori: ginale idem Offerens denuo ad se recepit & de recepto Cancellariam Nostram quietavit / ad acta præsentia suscipi ijsdem inseri, & rursus ex ejsdem descriptas authentice extradi permisimus. In quorum fidem q. Actum Varsaviæ ut supra

Relatio ejusd Illmi & Excellen Dñi D. Szembek Provincellarÿ Rñi.

Consensus eximendi Advocatiam in bonis Rybotty Gnôso Casimiro Sarnocky datur.

Augustus &c. Significamus &c.

Quod veniens personaliter ad Nos & Acta &c.
Metrices Regni Cancellariæ Nostræ minoris
Nobilis Joannes Piorkowski obtulit & ad actricandum por-
rexit Literas Privilegij Nostri manu Nostra Subscriptas &
Sigillo minoris Cancellariæ Regni communitas sanas sal:
vas & illæsas omnig. Suspicionis nota carentes. Supplica:
tumq. nobis est ut easdem ad acta præsentia Suscipi ijsdem
inseri et ex ejsdem descriptæ authentice extradi permittere di:
gnaremur. Tarundem vero Literarum tenor est qui sequitur
talis. Augustus Secundus Dei grâ Rex &c. Significamus
Merita Gnôsi Casimiri Sarnocki Dapiferi Vitebscen: Secreta:
rij Nostri virtutq. adhuc tempore Serenissimi Joannis Tertij
Antecessoris Nostri, atq. ad aulam Nostram continuo resi:
dentis probatas et contestata habentes ijsdemq. in lance
Judicij Nostri appensis dignum censuimus. Cui oferente
se occasione gratiæ & munificentiæ Nostræ exhibeamus
documenta. Ac proinde libenter eidem advocatiam in bo:
nis Nostris Regalibus Rybotty nuncupatt in Palatinatu
Podlachiæ Terra Bielscensi Sitam & iacentem post fa:
ta Generosi Matthiæ Wysocki vacantem & ad dispositionem
Nostram devolutt de manibus modernorum nullo Juve pos:
sessorum vindicandi eximendivè aut alia ordinaria Juris
via eliberandi & in suam possessionem apprehendendi facul:
tatem & consensum nostrum dandum et concedendum esse
duximus prout damus & concedimus præsentibus Literis
Nostris. Quam quidem Advocatiam bonorum Nostrorum
Rybotty modo præmisso vindicatam & eliberatam præmemo:
ratus Generosus Casimirus Sarnocki Dapifer Vitebscensis
Secretarius noster cum omnibus ædificijs Structuris agris
pratis campis hortis Sylvis nemoribus gais Stagnis piscinis
lacubus fluvijs fluminibus molendinis tabernis Subditis
illorumq. laboribus Censibus datijs commodis & emolumen:
tis curiatisq. in universum attinentijs & pertinentijs nunc
& antiquitus ad dictam advocatiam spectand & pertinen
tenebit habebit & possidebit ad extrema Vitæ suæ tempora.
Promittentes pro Nobis & Serenissimis Successoribus Nostris

A°. 1.703.

non esse Nos præmemoratum Generosum Casimirum Sarnocki Donatarium Nostrum ab usu & pacifica possessione dictæ advocatiæ Rybotÿ amoturos aut alienaturos amovendigꝫ: autalienandi cuipiam facultatem daturos. Sed salvum & integrum Jus advitale eidem conservaturos. Quod & Serenissimi Successores Nostri præstabunt. Ipso vero vita functo non prius Successores ejus dicta advocatia cedere debebunt donec Summa in Literis Nostris Originalibus expressa vel ex taxa Commissariorum nostrorum proveniens ipsis realiter numerata & exoluta fuerit. Juribus Nostris regalibus Reipublicæ & Ecclesiæ Catholicæ Romanæ Salvis. In quorum fidem p͂rtes manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Viardovicæ ad Varsaviam die quarta Mensis Septembris, Anno Domini Millesimo Septingentesimo Tertio Regni Nostri Septimo Anno Augustus Rex Locus Sigilli Minoris Cancellariæ Regni, Consensus eximendi de manibus nullo Jure possessorum Advocatiam in Bonis regalibus Rybotÿ nuncupatis in Palatinatu Podlachiæ Terra Brielscensi &c post fata Generosi Matthiæ Wysocki Generoso Casimiro Sarnocki Dapifero Vitebscensi Sacræ Regiæ Mtis Secretario dat: Michael Augustinus Holwel Sacræ Regiæ Mtis Secretarius. Cui Supplicationi uti justæ ac legitimæ Nos benigne annuentes præinsertas Privilegÿ suprascripti Literas s. quarum Originale idem Offerens denuo ad se recepit & de recepto Cancellariam Nostram quietavit ad acta præsentia Suscipi ijsdem inseri et rursus ex ijsdem descriptas authenticè parti affectanti extradi permisimus s. In quorum fidem s. Actum Vars& s. Relatio ejusdem ut supra s.

Consensus eximendi Advocatiam in bonis Rawty regalib. eidem Gn Sarnocki dat.

Augustus s. Significamus s.

Quod veniens personaliter ad Nos & Acta Metricæ Regni Cancellariæ Nostræ Minoris Nobilis Piorkowski obtulit et ad actitandum porrexit Literas Privilegÿ Nostri infrascriptas manu Nostra Regia subscriptas & Sigillo Minoris Cancellariæ Regni communitas sanas salvas & illæsas omnigꝫ suspicionis nota carentes.

Ex.

Supplicatumq; Nobis est ut easdem ad Acta presentia
suscipi ijsdem inseri et ex eisdem descriptas authentice
parti affectanti extradi permittere dignaremur. Earun:
dem vero Literarum tenor est qui sequitur talis. Augu:
stus Secundus Dei Gratia Rex Polonie &c Significamq;
Merita Generosi Casimiri Sarnocki Dapiferi Vitebscensis
Secretarij Nostri Virtutesq; adhuc tempore Serenissimi
Joannis Tertij Antecessoris Nostri & ad aulam Nram
continuo residentis propatas & contestata habentes
eisdemq; in lance Judicij Nri appensis dignum censuimq;
Cui offerente se occasione gratice & munificentie Nre
exhibeamus documenta ac proinde eidem libenter
advocatiam in bonis Nostris Pawly nuncupatis in Pala:
tinatu Podlachia & Terra Bielscensi sitam & iacen:
post fata Gnosi Zacharie Wesolowski vacantem &
ad dispositionem Nram devolut: de manibus moderno
rum nullo Jure possessorum eximendi seu alia ordina:
ria Juris via vindicandi in suamq; possessionem appre:
hendendi facultatem & Consensum Nrum dandum &
concedendum esse duximus prout damus & concedi:
mus præsentibus Literis Nris. Quam quidem Advocati:
am bonorum Nostrorum Pawly modo præmisso vindi:
catam & eliberatam prænemoratus Generosus Casimirq
Sarnocki Dapifer Vitebscensis Secretarius Noster
cum omnibus ædificijs Structuris, agris pratis Cam:
pis hortis Sylvis nemoribus rubetis gajs fluvijs flumi:
nibus pascuis Stagnis piscinis molendinis tabernis
Subditis illorumq; laboribus Censibus datijs commodis
& emolumentis cunctisq; in universum attinentijs
& pertinentijs nunc et antiquitus ad eandem Ad:
vocatiam spectantibus & pertinentibus tenebit
habebit & possidebit ad extrema vitæ sue tempora.
Promittentes pro Nobis & Serenissimis Successoribus
Nostris non esse Nos prænemoratum Generosum Sar:
nocki Dapiferum Vitebscen: Secretarium Nostrum ab usu
& pacifica possessione dictæ Advocatiæ amoturos aut alie:
naturos amovendiq; aut alienandi cuipiam facultatem
daturos, sed salvum & integrum Jus advitale eidem
conservaturos quod & Serenissimi Successores Nri Ipsi tabunt.

A° 1703

Post decessum vero illius non prius Successores ejus de eadem Advocatia cedere tenebuntur donec Summa in Literis Originalibus expressa vel ex taxa Comissariorum provenions ipsis realiter numerata & exoluta fuerit. Juribus Nostris Regalibus, Reipublicæ & Ecclesiæ Catholicæ Romanæ salvis manentibus. In quorum fidem presentes manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Viazdoviæ ad Varsaviam Die quarta Mensis Septembris Anno Domini Millesimo Septingentesimo Tertio. Regni vero Nostri Septimo Anno. Augustus Rex Locus Sigilli minoris Cancellariæ Regni. Advocatiam in Bonis Regalibus Pawty dictis in Palatinatu Podlachiæ Terra Bielscensi sitis post fata Gnosi Zachariæ Wesotowski vacan Generoso Casimiro Sarnocki Dapifero Vitebscen S.R.Mttis Secretario Consensus eximendi datur de manibus nullo Jure possessorum. Michael Augustinus Holwel S.R.Mttis Scrip Cui Supplicationi uti justæ ac legitimæ Hos benigne annuentes prænsertas Privilegij Literas p. quarum originale idem Oferens denuo ad se recepit & de recepto Cancellariam Nostram quietavit ad Acta præsentia Suscipi, ijsdem inseri, et ex ijsdem descriptas authenticè parti affectanti extradi permisimus. In quorum fidem &. Actum & Relatio ejusd Illmi Procancellarij Regni.

Quomodo Augustus &. Significamus &

coram Actis Metrices Regni Cancellaria Nostra minoris personaliter comparens Gnosa Regina Kobylska olim Gnosi Adami Kobylski & Constantiæ Skolska Coniugum legitimorum filia Virgo Nubilis

Fol: 393.

A°. 1703.

Vuod veniens personaliter ad Hos & acta Metrices Rñi
Ex. Cancellariæ Nostræ minoris Famatus Ioannes Kiérkurowicz
Mercator et Civis Civitatis Nostræ Antiquæ Varsaviæ obtu:
lit & ad acticandum porrexit Recognitionem infrascriptam
super Summam Quatuor Millium per Generosum Ioannem
Kretkowski præfato Kiérkurowicz datam manu pnomi:
nati Generosi Kretkowski subscriptam & Sigillo utensi:
li in Cera hispanica impresso obsignatam sanam Sal=
vam ac illæsam, omniq; suspicionis nota carentem
Supplicatumq; Nobis est ut eandem ad acta præsen
suscipi ijsdem inseri et ex eisdem descriptam authen:
tice extradi parti affectanti permittere dignaremur.
Ejusdem verò recognitionis tenor est qui sequitur tu:
lis. Daię tę moię Kartę Jmści Panu Janowi Kiérkuro:
wiczowi Kupcowi y obywatelowi Warszawskiemu. Izem
mu zostat winien Złotych Cztery Tysiące Tymfami
za rozne rzeczy dla siebie wzięte, Ktorą to Summę u Jmci

Pana Tomas
Chełmińskiej
zuię uprasza
zących na B
iako wytrgci
kurowanych
tak dla wyk
Jmści Pana
Grodzkiemi
lam. Ita co dl
pieczęci moi
vigesima No
utensilis in
ni uti iusta
certam recg
dem inseri
parti affecta
Actum Var
vitatis Beat
ma mensis
gentesimo

Maęci
Paulus
roborant

Quon
Cancellariæ
Magnifici
Culmensis
Lancorien
invicem con
Niszczycki
residu Zieli
præsen Rego

Pana Tomasza z Dziatynia Dziatynskiego Woiewody
Chelminskiego Ziem Pruskich &. Podskarbiego &c przeka:
zuię upraszaiąc Imci aby ten dług z Summ mnie nale:
zących na Biezunskiey maiętnosci zaptacic raczył, co
iako wytrącic z pomienionych Summ na Biezuniu asse:
kurowanych wytrącic y pro persoluto przyiąc gotowem
tak dla większego bespieczeństwa Jasnie Wielmoznego
Imci Pana Woiewody Chelminskiego tę kartę Aktami
Grodzkiemi lub też Metrices Regni roborowac pozwa:
lam. Ia co dla większey wagi y pewnosci ręką własną przy
pieczęci moiey podpisuię się. Działo się w Warszawie die
vigesima nona Augusti Jan Kretkowski, Locus Sigilli
utensilis in cera hispanica impressi. Cui Supplicatio:
ni uti iustæ ac legitimæ Nos benigne annuentes præin
sertam recognitionem ad acta præsentia Suscipi ijs:
dem inseri et rursus, ex ijsdem descriptam authentice
parti affectanti extradi permisimus. In quorum fidem.
Actum Varsaviæ Feria Secunda post Festum Nati:
vitatis Beatæ Mariæ Virginis proxima die scilicet deci:
ma mensis Septembris Anno Domini Millesimo Septin:
gentesimo Tertio. Relatio ejusd Illmi Pro Cancellarij Regi

Maęci Działyńscy Coniuges, &
Paulus Niszczycki Castellan. Plocen
roborant contractum inter se conclusum

Augustus &. Significamus &

Quomodo coram Nobis & Actis Metrices Regni &c.
Cancellariæ Nostræ minoris personaliter comparentes -
Magnifici Thomas à Dziatyn Dziatynski Palatinus
Culmensis Terrarum Prussiæ Thesaurarius, Bratianen
Lancorien Torquicen & Capitaneus & Theressia Bilinska
invicem Coniuges Legitimi ab una & Paulus in Niszczyce
Niszczycki Castellanus Plocensis Sus & Magnificæ The
ressiæ Zielinska Consortis Sui pro cujus ratihabitione
præsen Recognitionis pacem cavet & Se Submittit

nomine parte ab altera sani mente & corpore existentes à foro, Terris, Districtibus Iurisdictioneq; sua quavis propria & competenti recedendo huic autem Iurisdictioni Nostræ Regiæ quo ad hunc duntaxat actum et infrarecognoscenda tantum attinet se cum personis & bonis Suis Subijciendo & incorporando Magnificus quidem Palatinus per se Consors vero ipsius in assistentia personali ejusdem magnifici Mariti Sui palam spontè libere, benevole, & per expressum recognoverunt & quilibet eorum pro suo interesse recognoscit. Quia ipsi Contractum certum obligatorium hic Varsaviæ diè hodierna in actu contenta inter se Recognoscentes ratione obligationis bonorum Gulczowo cum attinentijs constitutum & conscriptum manibus Recognoscentium proprijs & amicorum certorum subscriptum, vadiogq; Quadraginta Millium florenorum polonicalium argenteæ sine pro cento monetæ firmatum in omnibus ejusdem Contractus clausulis, punctis articulis nexibus ligamentis, approbant, confirmant ratificant. Idq; Sub Vadio supra specificato videlicet Quadraginta Millium florenorum polonicalium argenteæ sine pro cento monetæ casu Contraventionis præsenti Inscriptioni roboratoriæ Contractus per se recognoscentes succumbendo. Pro quo quidem vadio taliter succubito ijdem recognoscentes alicui conditioni Contractus Contravenientis Citationi ad Iudicium Tribunalitium Regni utriusq. Provincice seu Castrense Wyszogrodiense in primo citationis termino quem sibi peremptorium assignant mediante ut supra recessu Stave, Iuri parere, respondere, ac Iudicatum Iudicij illius ad quod cum Suis Successoribus citabuntur pati. Vadium Succubitum non recedendo à Iudicio parata pecunia Solvere, nihilominus eo Soluto rei principali Satisfacere cum Suis Successoribus tenebuntur, prout se præsentibus inscribunt & obligant. Hac Sua personali recognitione ad præmissa omnia mediante. Alias in forma Inscriptionis roboratoriæ de Iure firmissima & perfectissima. Quam manibus suis proprijs Subscripserunt.

Dzialynski Theressa Dzialynska W Chmyln Paulus Piszczycki Castellanus Plocensis Suo & consortis Nne. Quam ejusmodi Inscriptionem roboratoriam modo præmisso factam Ac ratam firmam ac de Jure validam habentes haberiq; ab omnibus volentes ad Acta præsentia suscipi ijsdem inseri et rursus ex ijsdem descriptam authenticè parti extradi permisimus. In quorum fidem &. Actum Varsaviæ Sabbatho in crastino Festi Exaltationis Sanctæ Crucis Die scilicet decima quinta Mensis Septembris Anno Dni Millesimo Septingentesimo Tertio & Relatio ut supra &.

Idem Mgci Dzialynscy Conjges obligant bona sua Gulczow dict. eidem Dn Castellano Plocen.

Quomodo coram Nobis & Actis Metrices Regni Cancellariæ Nostræ minoris personaliter com. parentes Magnifici Thomas à Dzialyn Dzialynski Palatinus Culmensis Terrarum Prussiæ Thesaurarius Bratianensis Lancoriens Tolguitensis Capitaneus & Theressia Bilinska Coniuges invicem legitimi Sanimente & corpore existentes, à Foro terris districtibus, Jurisdictioneq; sua quavis propria & competenti recedendo hujc autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ quo ad hunc Actum & infrarecognoscenda attinet se cum personis et bonis Suis generaliter omnibus Subjciendo et incorporando Magnificus quidem Maritus per se Magnifica vero Consors ejus in assistentia ejusdem Magnifici Sui Mariti uti Tutoris Coniugalis palam, Sponte, libere, benevole, ac per expressum recognoverunt & quisq; eorum Suo pro interesse recognoscit. Quia ipsi Magnificis Paulo in Piszczyce Piszczycki Castellano Plocensi & Theressiæ Bielinska invicem Coniugibus legitimis eorumq; legitimis Successoribus totalia et integra bona Sua maritus quidem hæreditaria obligatoria sequocunq; modo et Juris titulo concernen. Consors vero Juribus Suis Dotalitijs & Advitalitijs subiecta Gulczow dicta principalia cum adhærentibus Villis Mirostaw, Osnica, Jasien Bylin.

&c.

A: 1703

Borowice ac alijs attinentibus & pertinentibus in Palatinatu & Districtu Płocensi sita & consistentia cumq: fundis areis, agris, pratis hortis, pomarijs Sepibus, sepimentis, campis, cultis et incultis, conseminationibus agrorum Segetibus frumentis pascuis Sylvis nemoribus apisterijs, mellificijs Stagnis piscinis lacubus molendinis molendinatoribus, tabernis, tabernatoribus, Braxatorijs eorum instrumentis, cumomnibus Aurijs Structuris, tam parvis & magnis Curialibus, quam Subditalibus, Stabulis equis pecoribus pecudibus, iumentis ad Inventarium Prædiale ad rem Oeconomicam quoquo modo Spectan, tum Subditis Cmetonibus hortulanis Inquilinis, illorum agris Domibus pecoribus pecudibus, Nec non cum omnibus eorundem bonorum utilitatibus fructibus obventionibus Commodis & emolumentis Subditorum Laboribus iuvaminibus Vigilijs diurnis & nocturnis Censibus dationibus tributis obedientia exactionibus attinentijsq: universis ita late longe prout eadem bona Suprascripta in Suis metis limitibus & graniciebus continentur & distimitata sunt, ad annum unum ab actu scilicet præsenti ad Vigiliam Festi Nativitatis Sancti Joannis Bapti: Stæ in Anno proximè futuro Millesimo Septingentesimo Quarto venturam in Summa quadraginta Millium florenorum polonicalium argenteæ sine pro Cento monetæ obligaverunt inscripserunt & invadiaverunt prout præsenti Inscriptione obligant inscribunt & invadiant, Summamq: eandem Quadraginta Millium florenorum polonicalium argenteæ sine pro Cento monetæ pro eadem Vigilia Festi Nativitatis Sancti Joannis Baptistæ in Anno Millesimo Septingentesimo Quarto proximè venturo celebranda eidem Magfco Paulo Niszczycki Castellano Płocensi et ejus Successoribus circa Acta Castrensia Capitanealia Wysogrodien Solvturos & realiter numeraturos se & Suos Successores Submittunt & inscribunt. Casu vero Suprascripta Summæ Quadraginta Millium florenorum polonicalium argenteæ sine pro Cento monetæ pro tem-

Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ Masoviæ Samogitiæ &c. Significamus & Consensisse Nos & permisisse consentireq3 & permittere præsentibus Literis Nostris Generoso Michaeli Godefrido Rexin Colonello Nostro ut possit et valeat de omni et integro Jure suo Emphiteutico, quod sibi super Villam Lubièntal dictam in confinijs Œconomiæ Nostræ Mariæburgensis sitam necnon tres mansos Szaleniickie dictos servit et competit cedere illudq3 in personas Generosorum Michaelis Stanislai & Barbaræ Rzewuskich Coniugum transferre & transfundere Quæ quidem Cessio, Jurisq3 transfusio posteaquam coram Actis quibusvis authenticis facta & recognita fuerit, Nos eam ratam & gratam habituri Sumus uti eam quæ prævio præsenti Consensu Nostro peragetur, Vigore cujus Cessionis & prætensionis Consensus Nostri memorati Generosi Michael Stanislaus & Barbara Rzewscy Coniuges eandem Villam & Mansos cum omnibus agris pratis Campis pascuis, nemoribus piscinis utilitatibus proventibus Commodis & emolimentis necnon attinentijs & pertinentijs generaliter universis eo antiquitus spectantibus tenebunt habebunt & possidebunt ad expirationem Emphiteusis. Promittimus autem pro Nobis & Serenissimis Successoribus Nostris non esse Nos prædictos Generosos Rzewuskii Coniuges ab usu & pacifica prædicta Villa Lubiętal & trium Mansorum possessione amoturos aut alienaturos neminiq3 amovendi aut alienandi potestatem daturos Sed salvum & integrum Jus Emphiteuticum ad expirationem quadraginta annorum Supradicto Generoso Rexin servient conservaturos. Ratione cujus Emphiteusis prædicti Generosi Coniuges Emphiteuta solitum Canonem quem immediatus possessor solvebat quotannis ad Thesaurum arcis nostra Mariæburgensis inferent. Juribus Nostris Regalibus Reipublicæ, Ecclesiaq3 Catholicæ salvis. In quorum fidem præsentes manu nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Elbingæ die decima quinta Mensis Maij Anno Domini Millesimo Septingentesimo Tertio Regni nostri anno Sexto

Augustus Rex Locus Sigilli Majoris Cancellarie Regni. Con-
sensus ad cedendum de Villa Lubiental & tribus mansis
Szaleniedkie dictis Generoso Michaeli Godefrido Rezin Colonel:
lo Nostro in personam Generosorum Michaelis Stanislai &
Barbare Elisabetha Krzewskich Coniugum. Casimirus
Sarnocki Dapifer Vitebscensis S.ra R.a Mtis. Secretarius.
Jam ex nunc & de facto Generosis Michaeli Stanislao
& Barbara Krzewskim Coniugibus de omni & integro
Jure suo Emphiteutico sibi Recognoscenti Super Villam Lu:
biental dictam in Confinijs Oeconomiæ Nostræ Mariæbur
gensis sitam nec non ad tres mansos Szaleniecktie dictos
vigore Jurium & Privilegiorum suorum hac tenus sibi
servienti totaq. Villa prefata ac mansorum possessione
cum universis prædijs Curia agris pratis campis Sylvis
nemoribus, lacubus piscinis molendinis tabernis Subdi:
tis Censitis eorum laboribus censibus dationibus obe:
dientia pensionibus fructibus Commodis et utilitatibus
ac eorum plenario usufructu attinentijsq. & pertinentijs
universis nunc & ab antiquo ad eandem Villam Lubiental
& mansos suprascriptos pertinentibus nihil ibidem
pro se vel quopiam alio reservando et excipiendo cessit,
condescendit atq. resignavit, prout præsentibus cedit con:
descendit & resignat totumq. & integrum Jus suum Em:
phiteuticum in personas prænominatorum Krzewskich Coniu:
gum transfert transfundit ad habendum, tenendum possi:
dendum & utifruendum ad extrema Vitæ illius
tempora Emphiteusisq. expirationem, iuxta Privile:
gij Nostri consensus resonantiam. Inque quidem Bona
Villam Lubiental & mansos tres presen cessa iam ex:
nunc ijdem Recognoscentes Intromissionem realem cum
libera ejusdem Villæ & mansorum apprehensione et usu
fructu per Ministerialem Regni Generalem & Nobiles
duos iuxta Leges & consuetudinem acceptandam
& conferendam memoratis Generosis Krzewskim
Coniugibus Cessionarijs Suis dat & admittit datamq.
& admissam nec per se nec per quas vis Submissas
Subordinatasq. personas impugnaturum et im:
peditурum ac eosdem Generosos Cessionarios suos
in pacifica et quieta eorum possessione non tur:
baturum sese de bonis Suis omnibus submittunt &

A: 1703.

obligant. Hac sua personali recognitione ad præmissa omnia mediante. Alias in forma Cessionis bonorum nostrorum de Jure plenissima & perfectissima. Quam Cessionem manu sua propria idem Recognoscens sub Scripsit A G Rexin Oberstlieutn. Quamquidem Inscriptionem Cessionariam modo præmisso factam & recognitam Nos ratam firmam ac de Jure validam habentes, haberiq. ab omnibus volentes ad acta præsentia Suscipi, ijsdem inseri & authentice extradi permisimus. In quorum Actum Varsaviæ Feria Quinta ante Festum Sancti Michaelis Archangeli proxima Die scilicet vigesima Septima Mensis Septembris, Anno Domini Millesimo Septingentesimo Tertio. Relatio ejusd. ut Supra.

Gnosa Elisabetha Bakowska Scriptum certum approbat.

Augustus &. Significamus &.

Quomodo coram Nobis & Actis Metrices Regni Cancellariæ Nostræ minoris personaliter comparens Gnosa Elisabetha de Nadole Bakowska olim Generosi Alberti de Zaborow Bakowski Judicis Terrestris Palatinatus Mscistaviensis Consors Vidua relicta sana mente & corpore existens à foro suo, Terris Districtibus, Jurisdictioneq. sua quavis propria & competenti recedendo huic autem autem Jurisdictioni Nostræ regiæ quo ad hunc duntaxat actum se cum persona & bonis suis subjiciendo & incorporando palam sponte libere, benevole, ac per expressum recognovit & præsentibus recognoscit. Quia ipsa Scriptum certum hic Varsaviæ die Vigesima Septima Mensis Septembris Anno Domini Millesimo Septingentesimo Tertio conscriptum, manu sui recognoscentis propria Subscriptum in omnibus ejusdem Scripti punctis, clausulis, conditionibus, ligamentis totoq. ejus tenore non aliter ac si hic de verbo inserto & seorsiva Inscriptione roboratum esset, roborat confirmat approbat & ratificat, eidemq. in toto & in minima parte satisfacere tenebitur idq. Sub Damnis Terrestribus simplici assertione absq. juramento dandis, Casu

Contraventionis

contraventionis praesenti Inscriptioni roboratoriæ succumbendis. Pro quibus quidem damnis succubitis citata ad Officium Castrense Ostroszoviense existens in primo Citationis termino tanquam peremptorio stare parere & non recedendo à Judicio rei judicata satisfacere damna succubita solvere, nihilominus rei principali satisfacere teniebitur. Hac sua personali recognitione ad præmissa omnia mediante. Alias in forma Inscriptionis roboratoriæ de Jure firmissima & perfectissima Quam manu sua propria subscripsit. Elżbieta Konstancia z Nadola Bakowska. Quam ejusmodi Inscriptionem roboratoriam modo Suprascripto factam & recognitam Nos ratam firmam ac de Jure validam habentes haberiq. ab omnibus volentes ad acta præsentia suscipi ijsdem inseri & authentice extradi permisimus &. In quorum &. Actum &. ut Supra. Relatio ejusdem &.

Gnōsus Stanislaus Godlewski quitat de Summa 2500. florenorum Gnōsum Oborski.

Augustus &. Significamus &.

Quomodo coram Nobis & Actis Metrices Regni v.j. Cancellaria Nostra minoris comparens personaliter Gnōsus Stanislaus Godlewski Gladifer Livensis suo & Andreæ atq. Zuzannæ cum olim Generosa Theresia Kiewiarowska procreati Filij & Filiæ, olim vero Gnōsæ Annæ de Obory primi voti olim Generosi Sigismundi Pogorzelski secundi voti olim Generosi Joannis Kiewiarowski Pocillatoris Calisiensis Consortis Filiæ quondam Gnōsi Stanislai Oborski ex olim Magnifica Theophila Zielinska progenitæ, nepotum, nec dum adulterum, Pater et tutor Naturalis, nominibus pro quorum ratihabitione cavet et se de bonis suis generaliter omnibus inscribit, sanus mente et corpore existens à foro, Terris, Districtibus, Jurisdictioneq. quavis sua propria &c competenti

A: 1703.

recedendo huic autem Iurisdictioni Nostræ Regiæ quo ad
hunc duntaxat actum et infrarecognoscenda attinet se
cum persona & bonis suis subjiciendo et incorporando
palam sponte libere benevole, ac per expressum recognovit
& presentibus recognoscit. Quia ipse Generosum Ludovicum
Oborski Castellanum Livensem ejusq Successores de Sum:
ma Duorum Millium Quingentorum florenorum poloni:
calium per ipsum Generosæ olim Annæ Oborska Generosi
olim Joannis Niewiarowski Pocillatoris Calissiensis Con:
sorti iam vero ejusdem Generosi Ludovici Oborski Ca:
stellani Livensis Sororigermanæ liberorum sui reco:
gnoscen Aviæ cum provisione Septem a quolibet Cen:
tum coram Actis Castrensibus Capitanealibus Li:
vensibus de Actu in Castro Livensi Feria Quinta
in crastino Festi Sancti Antonij de Padva Anno Dñi
Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Tertio inscripta
tum & de altera Summa Sexcentorum florenorum
polonicalium per eundem Generosum Ludovicum
Oborski Generosi olim Joanni Niewiarowski Pocilla:
tori Terræ Calissiensis coram Actis itidem Castren
Capitanealibus Livensibus similiter Feria Quinta in cra:
stino Festi Sancti Antonij de Padua Anno Domini Mil:
lesimo Sexcentesimo Sexagesimo Tertio. necnon de
Causa & Actione Judiciaria per se recognoscentem
suo & prædictorum Andreæ atq. Zuzanna Liberorum
suorum nomine Generoso olim Francisco Rzewuski
Dapifero Livensi et post fata ejus Generosis Theophila
Pogorzelska ejusdem olim Generosi Francisci Rzewuski
Consorti relicta tum Antonio Sigismundo Pocillatori
Owruczensi, Josepho Joanni Alberto Sebastiano Eleonoræ
Generosi olim Stanislai Godlewski Pocillatoris Terræ
Nurens cum olim Generosa Sophia Pogorzelska pro:
genitis ad Judicium Tribunalis Regni Petricovien:
ratione Successionis post olim Generosam Annam
Oborska primo voto Pogorzelska secundo voto
Niewiarowska Aviam tum et post Generosum Fran:
ciscum. Valentinum & Theresiam Matrem liberorum

sui recognoscentis et olim Generosam Constantiam Con:
sortem Generosi Josephi Beydo Rzewuski Steriliter de:
cessum ex eadem olim Generosa Anna Oborska cum olim
Generoso Joanne Niewiarowski Pocillatore Calissiensi pro:
creatos avitticulos et amittam Niewiarowska pro Cassan:
dis ex ratione quasi lœsionis transactionibus & contra:
vention quibusvis restitutione Causæ in integrum insti:
tuta inquocung. Juris gradu & termino dependenti,
de que toto hujus Causæ processu omnibusq. preten:
sionibus ex Causa Successionis ejusmodi ac hæreditatis
& divisionis bonorum Miasteczko Dobre, Rudzienek,
Rudno, Rakowiec Rzqdza & aliorum emergentibus ob
plenariam sibi pro præmissis per Generosum Ludo:
vicum Oborski Castellanum Livensem præstitam satis:
factionem quietat et cassat omnig. Juri respectu præ:
tensæ memoratæ Successionis et hæreditatis cujusvis
et Successione eadem devolutis in personam Generos:
Ludovici Oborski Castellani Livensis, abrenunciat resi:
gnat et de Inscriptionibus supra de actu specificatis
cedit condescendit. Protestationes citationes & processus
quosvis ratione prætensæ restitutionis Causæ in inte:
grum perductos cassat et annihilat perpetuumg. sibi
& suis Successoribus imponit silentium. Hicq. in con:
tinenti idem Suprascriptus Recognoscens Submittit se
ac inscribit Andream & Euzannam filium & Filiam
ad approbandam præsentem Cessionem ad Acta quevis
Authentica Regni postquam ad Annos competentis
ætatis pervenerint ad primam requisitionem Gnosi
Ludovici Oborski Castellani Livensis & ejus Successo:
rum Statuiturum, idq. sub damnis Terrestribus,
simplici verbo absq. Juramento corporali taxandis et
edicendis in casu præsenti Inscriptioni contraventionis
eidemq. non satisfactionis à se Recognoscente, Submit:
tente suisq. Successoribus per Generosum Ludovicum
Oborski Castellanum Livensem et ejus Successores Inve
mediante semotis omnibus dilationibus diffugijs et fori

exceptionibus, coram Officio Regni ubiquinario vindicandis. Hac sua personali recognitione ad premissa mediante. Alias in forma quietationis, Iuris, abrenunciationis Resignationis & Submissionis de Iure firmissima & perfectissima. Quam manu sua subscripsit. Stanislaus Podlewski Gladifer Livens^mis. Quam ejusmodi quietationem, abrenuntiationem, resignationem, Statuitione modo pramisse facta Nos firmas & de Iure validas habentes, haberiq; ab omnibus volentes ad Acta præsentia suscipi, ijsdem inseri et ex ejsdem authenticè extradi permisimus. In quorum &. Actum ut supra. Relatis ejusdem &.

Matæus Kczewski & Generosa Oborski cum Coniuge Contractum roborant.

Augustus &. Significamus &

v.p. Quomodo coram Nobis & Actis Metrices Regni Cancellaria Nostra minoris personaliter comparentes Magnificus Petrus in Kczewo Kczewski Palatinus Mariæburgensis, Christburgensis Stanislaviensis Capitaneus ex unâ et Generosus Ludovicus Oborski Castellanus Livensis & Anna Zambrzycka Coniuges legitimi ex altera parte et quidem Gnosa Zambrzycka Consors in assistentia præfati mariti sui et Generosi Josephi Zambrzycki Pincernæ Roznensis Fratris sui germani sani mente et corpore existentes, à Foro, terris, Districtibus Iurisdictionibusq; sua quavis propria & competenti recedendo huic autem Iurisdictioni Nostræ Regiæ quo ad hunc duntaxat actum & infrarecognoscenda attinet se cum personis & bonis suis Subjiciendo & incorporando palam, sponte libere benevole ac per expressum recognoverunt et præsentibus quisque eorum suo pro interesse recognoscit. Quia ipsi Contractum ceutum inter se recognoscentes mutuo &

ad invicem die Vigesima Mensis Septembris Anno nunc
currenti confectum manibusq; suis proprijs & Generosi
Zambrzycki subscriptum atq; vadio Sexaginta quinque
Millium trecentorum florenorum polonicalium Cur:
rentis in Regno monetæ vallatum in omnibus præ:
dicti Contractus illius contentis punctis clausulis
articulis nexibus, conditionibus et ligamentis totq;
ejus tenore non aliter ac si hic de verbo ad verbum
insertus & per eosdem recognoscentes seorsivis In:
scriptionibus Officiosis recognitus esset Contractum
eundem ad præsentem Inscriptionem roboratoriam et
è contra Inscriptionem ad Contractum referendo
approbant confirmant ratificant eumq; in toto et in
quavis illius parte minima tenere complere illiq; quisq;
pro suo interesse totaliter satisfacere de bonis suis ge:
neraliter omnibus mobilibus et immobilibus Sum:
misq; pecuniarijs sese et Successores suos inscribunt
et obligant. Idq; sub vadio supraspecificato casu contra:
ventionis præsenti Inscriptioni roboratoriæ in toto vel
in quavis illius parte per se recognoscentes et Succesſo:
res suos de integro irremißibiliter ad solvendum suc:
cumbendo. Pro quo quidem vadio ac re aliqua ex Con:
tractu roboratorio non completa nihilominus tm com:
plenda ad Officium competens ubiquinarium Ijdem
recognoscentes suis cum Successoribus citati existen:
tes / mediante ut supra à proprio foro recessu / in pri:
mo Citationis termino quem sibi peremptorium
assignant, comparere stare, respondere, nec tuendo
se ullis legum auxilijs exemptionibus, dilationibus,
aliisq; quibusvis Juris beneficijs præcisis etiam appella:
tionibus motionibus earumq; prosecutionibus, Judi:
catum Officij seu Judicij illius ad quod citati fuerint
illiusq; executionem pati, vadium succubitum in
instanti reponere et nihilominus eo soluto rei:
principali pro qua citabuntur in toto et in quavis
minima parte satisfacere tenebuntur, prout se
& Successores suos inscribunt & obligant. Hac sua

personali recognitione ad præmissa omnia mediante. Alias in forma Inscriptionis Roboratoriæ de Jure plenissima & perfectissima. Quam manibus suis proprijs subscripserunt. P. Rczewski Palat: Mariaburg. Ludwik Konstanty z Obor Oborski Kasztelan Liwskiny Anna Oborska Kasztellanowa Liwska y Michał Zambrzycki Czesnik Rozanskiny. Quam quidem Inscriptionem roboratoriam modo præmisso factam & recognitam Nos ratam firmam ac de Jure valitam habentes, haberiq; ab omnibus volentes ad acta præsentia suscipi ijsdem inseri et ex ijsdem authenticè descriptam parti affectanti extradi permisimus. In quorum fidem &c. Actum &c. Relatio & ut supra.

Ego Ludovicus Oborski Castellan, Liven Bona sua Dobre, Rudzienko, Rudno, & alia Magco Rczewskj Palatino Mariaburgen donat.

Ego Augustus &. Significamus &.

Quomodo coram Nobis & Actis Metrices Regni Cancellariæ minoris personaliter comparens Generosus Ludovicus Oborski Castellanus Livensis sanus mente et corpore existens à foro, Terris Districtibus, Jurisdictioneq; quavis sua propria et competenti recedendo huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ quo ad hunc actum & infrarecognoscenda attinet secum persona ac bonis suis subjiciendo et incorporando, palam, sponte, libere, benevole, ac per expressum recognovit & præsentibus recognoscit verbis. Quia ipse Magnifico Petro in Rczewo Rczewski Palatino Mariæburgensi, Christburgensi Stanislaoviensi Capitaneo illiusq; legitimis Successoribus bona sua propria & hæreditaria videlicet Oppidum Dobre, Villas Rudzienko, Rudno, Rakowiec Rzędza in Palatinatu Masoviæ Terra Livensi jacentium omni eorundem bonorum Jure Dominio proprietate hæreditate propinquitate, titulogq; quovis hæreditario

v.g.

nec non cum Terris, possessionibus, fundis, areis, me:
tis, granicièbus, agris, pratis, campis, hortis, pomarijs
sepibus sepimentis, campis cultis & incultis, nova:
libus, agrorum conseminationibus, segetibus fru=
mentis pascuis Sylvis nemoribus, rubetis virgultis,
pinetis vepretibus, indaginibus, apibus, apisterijs mellifi:
cijs lacubus piscinis fluvijs, fluminibus, torrentibus, ri:
vulis, aquarum decursibus, molendinis molendinatori:
bus, tabernis, tabernatoribus, brasatorijs eorum instru=
mentis, tum quoq; cum omnibus prædijs Curijs ædificijs,
Structuris tam Curialibus, quam Subditalibus, Stabulis,
equis pecoribus pecudibus, Iumentis, universisq; rebus
mobilibus animatis, & inanimatis ad Inventarium
Prædiale ad rem Oeconomicam quoquo modo spectanti:
bus, tum Subditis Cmetonibus, hortulanis Inquilinis
eorum uxoribus, liberis, tam extantibus, quam profugis
illorum gazis domibus pecoribus, pecudibus, Suppelle:
Etili servitijs Officijs laboribus, iuvaminibus vigilijs diur=
nis & nocturnis, censibus dationibus tributis obedien=
tia. Ad hæc cum universis datijs exactionibus Iur:
bus Patronatus seu præsentationis Præsbyterorum
& quorumvis aliorum ministrorum Ecclesiasticorum
ad quævis beneficia Spiritualia sive in ijs bonis edi:
fientia seu respective illarum ad quecunq; minis=
ria sese referentia & ad hæredes bonorum supra=
scriptorum spectantia & spectare debeñ. Demum
cum omnibus eorundem bonorum utilitatibus fru:
Etibus obventionibus commodis & emolumentis
attinentijsq; & pertinentijs universis ita late
longe prout eadem bona Suprascripta in suis meti
limitibus & granicièbus continentur & alijs bonis
distincta & limitata sunt, per seq; recognoscentem
vigore Iuris sui possidebantur & tenebantur, te=
neriq; & possideri debebantur. Nihil in ibidem pro
se & Successoribus suis vel quo piam alio reser:
vando, sed omnibus ingenere & Singulis in specie
comprehensis. Ad extremum cum omnibus Iuriq;
Inscriptionibus, Privilegijs et quibuscunq; alijs litera=

torijs dispositionibus ad hæreditatem eorundem bo:
norum sese regulantibus sibi recognoscenti et su:
is Iurisdatoribus ac bonorum eorundem adtece:
daneis legitimis possessoribus servien. Jam exnunc
& de facto mero, vero, puro, perpetuoq. ac irrevoca:
bilis donationis, & resignationis titulo dedit, dona:
vit, & resignavit, prout præsentibus dat, donat &
resignat perpetuo & in avum. Nihil sibi recognoscen:
ti & suis Successoribus ac cuipiam alteri in ijsdem
bonis Juris Dominij proprietatis, hæreditatis & cu:
iuscunq; alterius tituli & prætensionis reservando
et excipiendo. Verum omne & integrum Jus suum hæ:
reditarium proprietatem & hæreditatem perpetuam
in personam prænominati Magnifici Rzewski Pala:
tini Mariæburgen illiusq; Successorum quosvis bene:
placitos usus convertendum transferendo abscedendo
& derivando. Ad habendum tenendum possidendum
dandum donandum vendendum, commutandum
alienandum inq; suos & suorum Successorum usus
convertendum. Ingue quidem bona superius no:
minata præsentibus donata iam ex nunc Idem re:
cognoscens Intromissionem realem et actualem
per Ministerialem Regni quemcunq; et Nobiles
duos seu quocunq; alio modo iuridico acceptan
eidem Suprascripto Donatario suo ac illius Succes:
soribus dat & admittit, datamq; & admissam nec
per se nec per quasvis submissas & subordinatas
personas impugnare & impedire, dictumq; Magcum
Donatarium suum cum illius Successoribus in paci:
fica bonorum eorundem possessione quovismodo iuri:
dice vel extraiuridice turbare & injuriare non
debebit, quinimo tenebitur prout se & Successores
suos de bonis suis omnibus mobilibus & immobilib;
Summisq; quibusvis pecuniarijs nunc habitis et in
posterum habendis sub quavis Jurisdictione existentib;
inscribit & obligat eundem Magnificum Donatarium
suum & illius Successores in omni Judicio & Officio Rm
totiès quotiès opus fuerit, in omni & quavis impetitione.

iuridica & extraiuridica omnium & singularum personarum propinquarum & remotarum cujuscunq; gradus Status & conditionis existentium Jus et interesse aliquod ad hæreditatem eorundem bonorum præsentibus donatorum pretendend per omnes præscriptiones Terrestres prout ad aliquam personam Terrestrem spectat & pertinet præscriptio evincere defendere, intercedere indemnemq; & Successores illius indemnes reddere. Bona præfata donata ab omnibus generaliter Inscriptionibus, citationibus, Processibus et debitis nec non omnibus & singulis impedimentis & difficultatibus etiam ex re et persona Sui recognoscentis vel Successorum illius quandocunq; exorituris semper et ubiq; fatalijs Juris & præscriptione Terrestri non obstante, emundare eliberare mundaq; & libera facere. Idq; sub Damnis Terrestribus simplici assertione absq; Juramento taxandis & edicendis per se recognoscentes & suos Successores casu contravention is præsenti inscriptioni et non adimpletionis præmissorum in toto vel in parte ad Solvendum et Succumbendis. Pro quibus quidem damnis Terrestribus ac re aliqua ex præsenti Inscriptione non completa nihilominus complenda idem recognoscens ad officium seu Judicium quodvis Regni citatus existens in primo citationis termino tanquam peremptorio stare, parere, respondere præcisisq; quibusvis dilationibus exceptionibus, evasionibus motionibq earum prosecutionibus ac quibusvis legalitatibus vel Juris ac facti remedijs quibus ad præsens abrenunciat. Judicatum Judicij illius pati damna Terrestria ad simplicem partis agentis instantiam liquidand in instanti reponere et nihilominus ijs solutis Inscriptioni præsenti ac illius contentis ac rei pro qua citabitur in toto et in minima satisfacere tenebitur. Hac sua personali recognitione ad præmissa omnia mediante. Alias in forma in

„scriptionis donatariæ de Jure plenissima, perfectiss:
ma & sufficientissima. Quam manu sua subscri:
psit Ludovicus Oborski Cast: Quam quidem
Inscriptionem donatoriam modo suprascripto re:
cognitam Nos ratam, firmam ac de Jure validam
habentes, haberiq; ab omnibus volentes ad acta præ:
sentia Suscipi ijsdem inseri & authentice parti
affectanti extradi permisimus. In quorum fidem &.
Actum ut supra. Relatio ejusd. Illmi Prosan. Rni.

Gnosa Oborska cedit de Jure suo Advitalitio ad eadem bona Dobre dicta & alia habita in Personam ejusdem Mici Palazini Mariebur.

Quomodo Augustus & Significam. Di:

vig. Quomodo coram Nobis & Actis Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Minoris personaliter comparens Gnosa Anna Zambrzycka Generosi Ludovici Oborski Castellani Livensis Consors legitima in assistentia Generosi Josephi Zambrzycki Pincer: næ Rozanensis fratris sui germani sana mente & corpore existens à foro Terræ Districtibus Juris: dictionegq; cuiuscunq; propria & competenti rece: dendo huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ quo ad hunc duntaxat actum & infrarecognoscenda attinet se cum persona ac bonis suis Subjiciendo & incorporando palam sponte libere benevole ac per ex: pressum recognovit & præsentibus recognoscit. Quia ipsa de omni & integro Jure suo advita litiali sibi recognoscenti coram Actis Castrensib. Livensibus

per

per Generosum Ludovicum Oborski Castellanum Livon
maritum suum super hereditate bonorum Oppidi
Dobre dicti Villarum Rudzienko, Rudno, Rakowiec-
Rzadza in Palatinatu Masovia Terra Livensi con-
sisten et iacen cum suis attinentijs & pertinentijs
inscripto Scq. recognoscentem concernenti condescen-
dit et in personam Generosi mariti sui ob factam
sibi pro hac advitalitate ab ipso recompensam de-
mittit et super Donationem suam suprafatorum bo-
norum in personam Magnifici Petri in Rzezewo Rze-
wski Palatini Mariaburgen Christburgen Stanislavo-
viensis Capitanei ja — consentit totaliterq. quo
ad haec sola bona attinentiasq; eorundem bonorum
ab hac advitalitate recedit, Salvam tamen in alijs
Generosi mariti sui bonis ac Summis pecuniarijs
advitalitate iuxta suam inscriptionem manere
vult et sibi reservat ac precustodit. Hac sua per-
sonali recognitione ad praemissa mediante. Alias
in forma condescensionis de Jure suo advitalitio
plenissima & perfectissima. Quam manu sua
subscripsit. Anna Oborska Rzewska Olim Chlichat
Zambrzycki Czesn Rozanensis Quam quidem
Inscriptionem condescensoriam modo premisso
recognitam Nos firmam ac de Jure validam
habentes habereq; ab omnibus volentes ad acta
presentia suscipi ijsdem inseri et ex ejsdem de-
scripta authentice parti affectanti extradi permi-
simus. In quorum &c Actum &c Relatio ejusd ut supra &

Condescendit de Juribus suis Vxorialibus eadem Gnõsa Oborska ad eadem bona prætend in personam ejusdem Mgci Palñi Mariæburg.

Augustus &. Significamus &.

Quomodo coram Nobis & Actis Metrices Regni.

A: 1703.

Cancellariæ Nostræ minoris personaliter comparens Gnôsa Anna Zambrzicka Generosi Ludovici Oborski Castellani Livensis Consors legitima in assistentia personali Gnôsi Josephi Zambrzycki Pincernæ Rozanensis fratris sui germani sana mente et corpore existens, à foro, Terris, Districtibus, Jurisdictioneq; sua quavis propria et competenti recedendo hunc autem Juris dictioni Nostræ Regiæ quoad hunc actum & infrarecognoscenda attinet se cum persona ac bonis suis subjiciendo et incorporando, palam sponte, libere benevole ac per expressum recognovit et præsentibus recognoscit. Quia ipsa de Juribus suis uxorialibus nempè de Inscriptione reformatoria dotis & dotalitij sibi recognoscenti Actis Castrensibus

---

per Generosum Ludovicum Oborski Castellanum Livensem Maritum Suum in et super bonis Oppidum Dobre, Villis Rudzienko, Rudno Rakowiec Rzadza in Palatinatu Masoviæ Terra Livensi cum suis attinentijs jacentibus super Summa Viginti Millium florenorum polonicalium Dotis et alterius similis Summæ Vigenti Millium florenorum polonicalium Currentis monetæ contra dotis seu dotalitij recognita seq; in prætactis bonis Oppido Dobre Rudzienko Rudno Rakowiec & Rzadza extendenti tum de ipsamet Summa dotali & dotalitiali se concernenti in persona Magnifici Petri in Rczewo Rczewski Palatini Mariæburgensis Christburgen Stanislavovien Capitanei & ejus Successorum accepta ab ipso reali et sufficienti pro præmissis satisfactione de qua præsentibus eundem Magnificum Palatinum Mariæburgensem eadem recognoscens quietat, cessit & condescendit prout præsentibus cedit & condescendit, omneq; et universum Jus suum qualecunq; sibi in bonis supratactis competit una cum ipsa inscriptione reformatoria dotis & dotalitij omnibusq; ejus contentis prærogativis punctis, tuitionibus, evictionibus, nexibus et ligamentis plenarie in personam ejusdem Magnifici Palatini

Mariæburgensis et ejus Successorum transfert, transportat. Hac sua personali recognitione ad præmissa mediante. In forma alias Inscriptionis Cessionariæ de Jure plenissima & perfectissima. Quam manu sua subscripsit. Anna Oborska Kasztelanowa Liwska. Michał Zambrzycki Cześnik Rozansky mpp. Quam quidem suprascriptam Inscriptionem modo præmisso factam et recognitam Nos firmam ac de Jure validam habentes habericq. ab omnibus volentes ad Acta præsentia Nostra scripi ijsdem inseri et ex ejsdem descriptam authentice extradi permisimus. In quorum Actum Relat ut Supra.

Idem Magcus Palatinus Mariæburgen Summam 20000. florenorū Polonicall Eidem Gnōsæ Oborska debet.

Augustus & Significamus &.

Quo modo coram Nobis & Actis Metrices vpp. Regni Cancellariæ Nostræ minoris personaliter comparens Magnificus Petrus in Kczewo Kczewski Palatinus Mariæburgensis Christburgensis Stanislaviensis Capitaneus Sanus mente & corpore existens à foro, Terris, Districtibus, Jurisdictioneq. Sua quavis propria et competenti recedendo huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ quo ad hunc actum attinet et infrarecognoscenda Spectat se cum persona et bonis Suis Subjiciendo & incorporando palam sponte, libere, benevole, ac per expressum recognovit, præsentibusq. recognoscit verbis. Quia ipse Gnōsæ Annæ Zambrzicka Generosi Ludovici Oborski Castellani Liven Consorti illius Veris & legitimis Successoribus & Hæredibus Summam Viginti Millium florenorum polonicalium Currentis in Regno moneta veri certi liquidiq. debiti tenetur ac debet

A: 1703.



Quomodo
Cancellarie
Magnificu
riæburgens
taneus San
Diſtrictibus
competent
regiæ quo
gnoscenda
bÿciendo e
volé, ac pe
gnoscit. Qui

Augusty & Significamus &.

Quomodo coram Nobis & Actis Metricis Regni vp.
Cancellariæ Nostræ minoris personaliter comparens
Magnificus Petrus in Rczewo Rczewski Palatinus Ma:
riæburgensis, Christburgensis & Stanistavoriens Capi:
taneus Sanus mente et corpore existens à foro Terris
Districtibus Jurisdictioneq; sua quavis propria &
competenti recedendo huic autem Jurisdictioni Ma
regiæ quo ad hunc duntaxat actum et infrarecog:
noscenda attinet se cum persona & bonis suis su:
bjiciendo et incorporando palam, sponte, libere, bene:
vole, ac per expressum recognovit et præsentibus reco
gnoscit. Quia ipse Scriptum certum hic Varsaviæ die

A: 1703

vigesima Sexta Mensis Septembris Anno Domini Millesimo Septingentesimo Tertio conscript: et manu sui recogno: scentis propria subscriptum vadiog: triginta Millium florenorum polonicalium Currentis in Regno moneta vallatum personis Generosorum Ludovici Oborski Castel: lani Livensis & Annæ Zambrzicka Coniugum serviens in omnibus prædicti scripti punctis contentis, clausu: lis, articulis, nexibus, Conditionibus & ligamentis, to: togꝫ ejus tenore non aliter ac si hic de verbo ad verbum insertum et pereundem recognoscentem seorsiva In: scriptione officiosa recognitum esset, Scriptum illud ad præsentem Inscriptionem roboratoriam et è contra Inscriptionem, ad scriptum hocce referendo approbat confirmat, ratificat, illudꝫ in toto et in quavis mi: nima parte illius tenere, complere, illiꝫ satisfacere de bonis suis generaliter mobilibus & immobilibus Summisꝫ pecuniarijs se & Successores suos inscribit & obligat: Idꝫ sub vadio supraspecificato casu contra: ventionis præsenti Inscriptioni roborator[illegible] in toto et in minima parte per se & Successores suos de integro irremissibiliter ad Solvendum Succumbendo. Pro quo quidem vadio ac re aliqua ex eodem Scri: pto roboratorio non completa nihilominus com: plenda ad Officium seu Judicium ex persona et bonis suis competens idem recognoscens cum suis Suc: cessoribus citatus existens /mediante ut supra à proprio foro recessu:/ in primo Citationis termino quē sibi peremptorium assignat comparere, stare, respon: dere, nec tuendo se ullis legum auxilijs exceptionibus exemptionibus dilationibus, alijsꝫ quibusvis Juris bene: ficijs, præcisis etiam appellationibus motionibus earum per adcitationes prosecutionibus, Judicatum Officij seu Judicij illius ad quod citatus fuerit illiusꝫ executio: nem pati vadium in instanti reponere et nihilomi: nus eo soluto rei principali pro qua citabitur in toto satisfacere tenebitur prout se et Successores suos inscribit et obligat. Hac personali recognitione adpre: missa omnia mediante. In forma alias roboratoriæ

Inscriptionis de Jure firmissima et perfectissima. Quam Inscriptionem manu sua propria subscripsit. L. Koscielski Palatin. Maliebur. Quam ejus modi superadscriptam Inscriptionem roboratoriam Nos firmam ac de Jure validam habentes, habenq. ab omnibus volentes ad acta præsentia Suscipi, ijsdem inseri et rursus ex ejsdem descriptam authentice parti affectanti extradi permisimus. In quorum Actum Relatio ejus ut Supra.

Gnosus Izbinski Summam 12000. florenor polon debet Gnoso Kielpinskj. c ~ ~

Augustus & Significamus &

Quomodo coram Nobis & Actis Metrices &. Regni Cancellaria Nostra minoris personaliter comparens Generosus Vladislaus in Izdebno Izbinski Capitaneus Sochaczovien sanus mente et corpore existens à foro, Terris, Districtibus Jurisdictione sua quavis propria et competenti recedendo huic autem Jurisdictioni Nostræ regiæ quo ad hunc duntaxat actum & infrarecognoscenda attinet se cum persona & bonis suis subjiciendo et incorporando palam, sponte, libere, benevole ac per expressum recognovit & præsentibus recognoscit. Quia ipse Summam duodecim Millium florenorum polonicalium Currentis in Regno monetæ, veri certi justi liquidiq; debiti Generoso Stanislao Kielpinski Vice Palatino Mazoviæ debet ac tenetur. Quam quidem Summam duodecim Millium florenorum polonicalium Currentis in Regno monetæ in bonis suis videlicet Pekoszow in Palatinatu Ravensi Terra vera Sochaczovien consistentibus inscribit et assecurat. Tandemq; Summam in et pro Festo Sancti Joannis Baptistæ in Anno Millesimo Septingentesimo Quarto proximè venturo celebrando eidem Generoso Kielpinski Vice Palatino Mazoviæ una cum provisione decem à

quolibet Centum Currenti moneta florenos polonicales computando se et Successores suos soluturum et realiter numeraturum inscribit. Casu vero ejusdem Summæ cum provisione non solutionis intromissionem admittit et cavet. Hæc sua personali recognitione ad præmissa mediante. Alias in forma Inscriptionis de Jure firmissima & perfectissima. Quam manu sua subscripsit W Izbinski Stryje Quam ejusmodi Inscriptionem modo præmisso factam Nos firmam ac de Jure validam habentes, habereq. ab omnibus volentes ad acta præsentia suscipi, ijsdem inseri et extradi permisimus. In quorum &. Actum Varsaviæ Feria Secunda post Festum Sancti Michaelis Archangeli proxima die scilicet prima Mensis Octobris Anno Domini Millesimo Septingentesimo Tertio. Relatu ut Sup. &

Gnoši Vladislaus Izbinski & Stanislaus Kietpinski Contractum roborant.

Augusto & Significamus &.

Quomodo coram Nobis & Actis Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Minoris personaliter comparentes Magnificus Vladislaus in Izdebno Izbinski Capitaneus Sochaczoviensis ex una et Generosus Stanislaus Kietpinski Vice Palatinus Masoviæ ex altera parte sani mente et corpore existentes à Terris, foro, Districtibus Jurisdictioneq. sua quavis propria & competenti recedendo huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ quo ad hunc actum & infrarecognoscenda attinet se cum personis & bonis suis Subjiciendo & incorporando palam sponte, libere, benevole ac per expressum recognoverunt & præsentibus recognoscunt. Quia ipsi Contractum certum hic Varsaviæ die prima Mensis Octobris Anno præsenti Millesimo Septingentesimo Tertio inter se recognoscentes initum conclusum et conscriptum, vadioq. duodecim Millium

v.p.

florenorum polonicalium currentis monetæ Vallatum, in omnibus ejusdem Contractus punctis, clausulis, nexibus, conditionibus, articulis, roborant, confirmant, et ratificant eundemq; in toto et in minima parte tenere adimplere, illiq; quisq; suo pro interesse satisfacere se et Successores suos inscribunt & obligant, Idq; sub vadio Supraspecificato casu contraventionis præsenti roboratoriæ Inscriptioni per se et Successores suos succumbendo. Pro quo quidem vadio ad Officium seu Judicium quodvis competens citati existentes in primo Citationis termino, stare, et non recedendo à Judicis ad quod citabuntur vadium succubitum solvere et nihilominus rei principali in toto satisfacere tenebuntur. Hac sua personali comparitione ad præmissa omnia mediante. In forma alias Inscriptionis roboratoriæ de Jure plenissima & perfectissima, quam manibus suis Subscripserunt. Wąsowski Sł. Stanisław Kietpinski P. W. Mazow. Quam ejusmodi Inscriptionem roboratoriam modo præmisso recognitam Nos firmam ac de Jure validam habentes habericq; ab omnibus volentes ad Acta præsentia suscipi, ejsdem inseri et ex ejsdem descriptam authenticè extradi permisimus. In quorum fidem &c. Actum Varsaviæ Feria Tertia post Festum Sancti Michaelis Archangeli proxima die Secunda Mensis Octobris. Anno Domini Millesimo Septingentesimo Tertio. Relatio ejusd Illmi Dñi Procancellarij Rni.

Litera Moratoriæ Krätæ Jablecka seruien

Augustus &c. Significamus &c.

Quod veniens personaliter ad Nos & Acta Metrices Regni Cancellariæ Nræ minoris Honorata Catharina Jablecka olim Honorati Nicolai Jablecki Consors Vidua derelicta, obtulit & ad acticandum porrexit Literas infrascriptas. Supplicatumq; Nobis est ut easdem ad acta præsentia suscipi ejsdem inseri, et ex ejsdem descriptas authenticè extradi permittere

dignaremur. Earundem vero Literarum tenor est qui
sequitur talis. Augustus Secundus Dei gratia Rex
Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ &. Significamus &.
Quod cum Nobis relatum sit Honoratam Catharinam
Honorati olim Nicolai Jabłecki Consortem Vidnam de-
lictam hostilitate præsenti ad Summam inopiam deve-
nisse, ita ut Creditoribus Suis, non sit solvendo, volentes
calamitati ipsius authoritate Nostra Regia prospicere
ut mora Solutionis interposita Literis Nostris freta
à Creditoribus suis tutior existat et damna resarcire
et cum ijs cumquibus ipsi negotium intercedit Jure
transigere debitaq; sua exigere possit una cum rebus
ipsius eam inprotectionem Nostram assumendam esse
duximus, atq; ipsam ab impetitione et molestatione
omnium Creditorum Suorum exceptis personis Ege-
stris ordinis ad decursum unius anni à publicatione
præsentium computando liberam immunemq; facimus
& pronunciamus. Quibus quidem Literis freta ubiq; in
Regno ditionibusq; nostris Secure versari, negotiaq;
quævis licita & honesta libera peragere et à Jure
Solutionis debitorum ad temporis prædicti Spatium
libera et à quavis executione tuta esse possit. Req; coram
Judicio Lesnensi ad Varsaviam alijsq; quibusvis Ma-
gistratibus pro ijsdem respondere teneatur, persona re-
busq; ipsius sub Nostra protectione salvis manentibq;
ea tamen lege et conditione ne interea bona sua in frau-
dem Creditorum suorum quovis modo alienet. Quod
ad notitiam omnium & singulorum quorum interest
præsertim vero Magistratui Lesnensi deducentes man-
damus uc cum hisce requisiti fuerint à præfata Hono-
Jabłecka Literas præsentes in locis publicis voce preco-
nis proclamari faciant easq; integre observent &
conservent conservariq; et observari ab alijs curent pro
gratia Nostra, Officiorumq; suorum debito secus non
facturi. In quorum fidem præsentibus Sigillum Regni
est appressum. Datum Viazdovij die decima Octava
Mensis Septembris Anno Domini Millesimo Septingentesimo

Tertio Regni vero Nostri Septimo. Joannes Szembek Pro: Cancellarius Regni Locus Sigilli minoris Cancellariæ Regni. Literæ moratoriæ Honestæ Catharinæ Jablecka Viduæ Relatio Illmi & Dni Procancellarij Regni. Michael Augustinus Holwet Regiæ Mtis Secretarius. Cui Supplicationi Nos benigne annuentes præinsertas Literas quarum Originale eadem Offerens ad se recepit & Cancellariam derecepto Nostram quietavit, ad acta Suscipi et extradi permisimus. Inquorum &c Actum Relatis ejusd Illmi & ut sup &

Gnosa Sophia Przybyszewska quietat de Summa 1000. florenorum polonorum Gnosum Dzickanski

Augustus &. Significamus &.

Quomodo coram Nobis & Actis Metrices Regni Cancellariæ Nostræ minoris personali comparens Generosa Sophia Przybyszewska Gnosi Petri Przybyszewski ad præsens absentis Consors legitima sana mente & corpore existens à foro Suo et Jurisdictione competenti recedendo huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ quoad hunc duntaxat actum se cum persona et bonis Suis Subjiciendo & incorporando palam, sponte, libere, benevole, ac per expressum recognovit, & præsentibus recognoscit. Quia ipsa Gnosum Thomam Dzickanski de Summa Mille florenorum polonicalium vigore assignationis Illris et Magcæ Annæ Ducissæ Radziwiłłowa Cancellarissæ Magni Ducatus Lithuaniæ de data Varsaviæ die Sexta Mensis Julij Anno Domini Millesimo Septingentesimo Primo ex bonis Bielawy in Terra Varsaviensi consistentibus Sibi recognoscenti prompta, præsenti; pecunia exoluta et numerata realiter, quietavit, liberum absolutum fecit et pronunciavit prout præsentibus quietat et liberum absolutum facit ac pronunciat. Hac sua personali recognitione ad præmissa mediante. In forma alias quietationis de Jure firmissima & perfectissima. Quam

ejusmodi quietationem modo premisso factam & recognitam Nos firmam et de Iure validam habentes habericq. ab omnibus volentes ad acta præsentia suscipi ijsdem inseri et ex ejsdem authentice descripta parti affectanti extradi permisimus. In quor.m Fidem

Relatio ejusd. Illmi Pro Cancellarii Regni.

Gnosi Oborskie Coniuges roborant Scriptum suum mutuæ advitalitatis.

Augustus &. Significamus &.

Quomodo coram Nobis & Actis Metrices Regni Cancellariæ Nostræ minoris personaliter comparentes Generosi Ludovicus Oborski Castellanus Livensis & Anna Zembrzycka Coniuges legitimi Sani mente & corpore existentes à Terris Districtibus, foro Jurisdictioneq. quavis sua propria recedendo huic autem Jurisdictioni Nræ Regiæ quo ad hunc duntaxat actum et infra recognoscenda attinet Se se cum personis & bonis suis ac posteris subijciendo & incorporando maritus quidem per se Consors vero ejus in assistentia ejusdem mariti Sui uti Tutoris Coniugalis palam Sponte, libere, benevole, ac per expressum recognoverunt & præsens recognoscunt. Quia ipsi Scriptum certum Varsaviæ die Secunda Mensis Octobris Anno Domini Millesimo Septingentesimo Tertio confectum manibusq. recognoscentium subscriptum & Sigillo utensili in cera hispanica appresso signatum, in omnibus prædicti Scripti illius contentis, punctis clausulis, articulis, nexibus, conditionibus, et ligamentis totoq. ejus tenore non aliter ac si hic de verbo ad verbum et per eosdem recognoscentes seorsivis inscriptionibus Officiosis recognitum esset, Scriptum hocce ad præsentem inscriptionem roboratoriam & è contra Inscriptionem ad Scriptum referendo

approbant confirmant ratificant, idemq; Scriptum in toto et in quavis ejus minima parte illius tenere, complere, illi quiq; pro intereſſe totaliter satisfacere de bonis suis generaliter omnibus mobilibus & immobilibus Summisq; pecuniarijs Sese et Succeſſores Suos inscribunt et obligant. Hac sua personali recognitione ad praemissa mediante. Alias in forma roboratoriæ Inscriptionis de Jure firmiſſima. Quam manu sua Subscripsit. Ludwik konstanty Zabor Oborski. K. L. Anna Oborska K Lityn. Quam ejusmodi roboratoriam inscriptionem modo praemiſſo factam & recognitam Nos firmam ac de Jure validam habentes haberiq; ab omnibus volentes ad acta praesentia suscipi ijsdem inseri, et ex ejsdem descriptam authentice extradi permisimus. In quorum fidem Actum ut Supra.

Relatio ejusd Illmi Pro Cancellarij Rni

Cassatio Facultatis emendorum fundorum in Civitate Neokorcinen pro PP: Soc: JESV impetratæ.

Augustus &c Significamus &c.

Quod veniens personaliter ad Nos et Acta Metr: vsp.
cesRegni Cancellariæ Nostræ minoris Nobilis Valentinus Antonius Lecki obtulit & ad acticandum porrexit Literas Privilegij Cassationis emendorum fundorum in Civitate Neokorcinensi per Religiosos Societatis Jesu impetratas manu Nostra Regia subscriptas & Sigillo minoris Cancellariæ Regni communitas sanas salvas ac illaesas omniq; suspicionis nota carentes. Supplicatumq; Nobis est ut eas dem ad Acta praesentia susciſi, ijsdem inseri et ex ejsdem descriptas authentice extradi permittere dignaremur. Earundem vero Literarum tenor est qui sequitur talis. Augustus Secundus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ &c Significamus &c. Relatum est Nobis per Consiliarios lateri Nostro assidentes. Quomodo Religiosi Professi Religionem Societatis JESV Regni nostri in Contrarium Legum

Ao: 1703.

Regni quibus Spiritualibus personis maximè verò Com:
munitatibus non est permissum, imo prohibitum fun:
dos, areas, Domos, Hortos, Lapideas uno verbo bona im:
mobilia solistantia tam terrestria, quam civilia nè
patrimonium Reipublicæ minuatur et vires ejus:
dem enerventur quovis sub prætextu acquirere tum
in præiudicium Iurium Scholæ Regni universalis
Cracoviensis sub Patrocinio & protectione Nostra
& Reipublicæ existentis plurimis constitutionibus fir:
matorum, enervationemq; Status dictæ universitatis
Cracoviensis ad sinistram in Cancellaria Regni Nri
datam informationem ex eadem quandam facultatem
& licentiam in Civitate Nostra Kevkorcinensi et locis
vicinis areas & fundos quocunq; modo & Iure acqui:
rendi in ijsdem domicilia extruendi ac possidendi & occu:
pandi cum adscriptione eorundem fundorum area:
rum domiciliorum Libertatibus & Iurisdictione Ec:
clesiastica sub Datum Lublini in Comitijs Regni Gene:
ralibus die Sexta Mensis Julij Anno nunc Currenti im:
petraverint et exportaverint. Cum vero ejusmodi fa:
cultas & permissio contrariatur Legibus Regni faci:
atq; præiudicium maximum Vniversitati Cracoviensi
Statum ipsius enervet & disturbat Litium & conten:
tionum ratione apertionis Scholarum ad Superabun:
tiam in Regno existentium pridem per antecessores
Nostros & Rempublicam Sopitarum occasionem præbet.
Proinde Nos his omnibus malis occurrere tempestivè
cupientes & ingratia Nostra ac Reipublicæ universita:
tem Cracoviensem conservantes Supramemoratam
facultatem & Licentiam acquirendorum fundorum
& arearum nullam, invalidam, Legibus Regni &
Juribus universitatis Cracoviensis contrariam fu:
isse et esse declaramus eandemq; cassamus, revocamq;
& pro cassata ac revocata haberi volumus & Statui:
mus presentes nostras perpetuis temporibus va:
lituras. Quod ad notitiam Illustris & Magnificorum
Dignitariorum Generosorum Officialium totiusque
Equestris Status Palatinatus Cracoviensis & Sandomi:

viensis.

viensis, nec non Generosi Capitanei nostri Neokorcinen
tum Spectabilis Magistratus Officij Consularis et Iu:
dicij Advocatialis omniumq. Civium et Incolarum
Civitatis prædictæ Neokorcinensis deducendo man:
damus & præcipimus ne ad Acta sua quasvis resi:
gnationes fundorum, arearum in personas Professo:
rum & Clericorum Religionis Societatis JESV quo:
vis sub prætextu recognoscendas suscipiant fundos
& domicilia possidere ipsis permittant. Facientes
præmissa in Executionem præsentium Nostrarum
Legumq; Regni & Iurium universitatis Cracovièn
In quorum fidem præsentes manu Nostra subscriptas
Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsa:
viæ die decima Sexta Mensis Octobris Anno Domini
Millesimo Septingentesimo Tertio. Regni Nostri Anno
Septimo. Augustus Rex Locus Sigilli minoris Cancel:
lariæ Regni. Facultatis emendorum fundorum et
arearum in Civitate Neokorcinensi pro Religiosis So:
cietatis JESU impetratæ Cassatio. Michael Augusti:
nus Holwel Sacræ Regiæ Mttis Secretarius. Cui quidem
Supplicationi uti justæ ac legitimæ Nos benignè annu:
entes præinsertas Cassationis Privilegij super emptio:
ne fundorum pro Religiosis Societatis JESV impe:
trati in Civitate Neokorcinensi emanati Literas No:
